Digitized by Google

BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
14
3 P
H2

? Missale Cisterciensis.
Salmanticae, Jo. Ferdinandus, 1590.?
Bohatta 1273 (unico x p)

XXI Ca 17

14.
3. P.
2.

Digitized by Google

Digitized by Google

De reſponſorio, Alleluia, & Tractu.

POſt epiſtolam ſequitur Reſponſoriũ cum verſu & Alleluia ſemel. Dicitur tamẽ loco illius Tractus à Septuageſima vſque ad Paſcha incluſiuè diebus Dominicis: & in Miſsis de Tempore à Dominica Septuageſimæ vſque ad Sabbathum Sanctum incluſiuè dicitur etiam feria. 2. 4. & 6. & in Miſsis Sanctorum hoc tempore occurrentium.

De Euangelio.

DIcto Alleluia vel Tractu Sacerdos portet librum Miſſalis ad alterã partem altaris in cornu euangelij, & ita diſponat librum vt poſterior pars eius reſpiciat cornu ipſum altaris & non altare & vertens ſe ad altare, iunctis manibus, & moderate erectis ſe inclinet altari, & ſummiſſa voce dicat: Domne iube benedicere, ſibique met reſpondeat: Dominus ſit in corde & in ore, &c. Et ſuper ſe dum ſe erigit formet ſignum crucis à frõte ad pectus, tota manu dextra extenſa. Et vertens ſe ad librum Miſſalis, iunctis & eleuatis parum manibus, dicat voce intelligibili: Dominus vobiſcum. Et reſpondeat Miniſter. Et cum, &c. Et Sacerdos dicat. Iterum ſignans eodem modo. Sequentia ſancti Euangelij, &c. Et reſpondeat Miniſter: Gloria tibi Domine. Et legat Euangelium magna cum deuotione & finito dicat Miniſter, Laus tibi Chriſte: Sacerdos verò vertens ſe ad altare poſtquã ſe ſigno benedictionis muniuit inclinat ſe altari, rediensque ad librum eleuat illum parumper oſculaturq; Euangelij initium prӕterquam in Miſsis defunctorum: & verſo libro Miſſalis ita vt fere ſit è proſpectu altaris, dicat Credo ſi dici debeat.

De Symbolo & Offertorio.

CVm in Symbolo dicere incipit. Et incarnatus eſt de Spiritu ſancto ex Maria Virgine, genua flectat, & flexis genibus dicat, Et homo factus eſt. Dicto Symbolo iunctis manibus vertat ſe Sacerdos ad populum & dicat Dominus vobiſcum. Miniſter reſpondeat: Et cum Spiritu tuo. Poſt vertens ſe Sacerdos ad altare dicit: Oremus, legitque Offertorium. Poſt verò ſtans in medio altaris accipiat calicem, & tenens in manu ſiniſtra, dextra ſuper eum patenam teneat cum hoſtia ſuperpoſita (non tamen eleuet calicem vltra nares) leuans verò oculos moderatè in cœlum dicit: Suſcipe Sancta Trinitas &c. Quo dicto conſtituat calicem ſuper corporale in medio altaris, & cooperiet eum cum ſuperiore parte corporalis, hoſtiamque ponat ſuper aram cooperiatque dimidium eius anteriori extremo corporalis: ſtatimq; vadat ad cornu altaris dextrum vt lauet extremitates pollicis, & indicis vtriuſque manus dicens: Lauabo inter innocentes, &c. Miniſtro aquam fundente. Et exterſis digitis linteolo ad hoc parato, iunctis manibus ſe inclinet in medio altaris profunde dum dicit: In Spiritu humilitatis, &c. voce tamen ſummiſſa. Tunc ſe eleuat & iunctis manibus ante pectus, demiſsiſque in terram oculis, à ſiniſtra manu ad dextram vertit ſe ad populum & verſus eum extendens & iungens manus, vocem aliquantulum eleuata dicit: Orate fratres pro me, &c. Reſpondeatque Miniſter: Suſcipiat Dominus ſacrificium. Sacerdos autem vertit ſe ad altare, qua parte ſe auerterat, dicatque collectas ſecretas ſecretò, & perueniens ad vltimӕ finem, dicat ſtans in medio altaris: Per omnia ſӕcula ſӕculorum voce intelligibili, vſque ad Sanctus.

De Prӕfatione vſque ad Canonem.

CVm dicit Surſum corda eleuet manus hinc inde extenſas vſque ad pectus medium, dicenſque Gratias agamus inclinat parum, & cum dicit Sanctus inclinatus ante pectus tũdit illud ter, ſeq;

BIBLIOTECA NAZ.

eleuet dicens: *Pleni ſunt cœli, &c.* cum autem dicit: *Benedictus* dicens *In nomine Domini* formet crucem dextera ex panſis digitis à fronte ad pectus.

De Canone ab initio vſque ad prius Memento.

STatim finito *Sanctus* incipit *Canonem* profunde inclinatus, & quam deuotiſsimè potuerit dicat. *Te igitur, &c.* & dum peruenerit ad *Vti accepta habeas* ſe eleuet; cumque dicat. *Hæc dona* ✠ *hæc munera* ✠ *hæc ſancta* ✠ *ſacrificia illibata* ſignet ter ſuper calicem & hoſtiam ſigno Crucis ab ore calicis protendens illud, vſq; ad hoſtiam, & conſequenter extenſis manibus vt antea proſequitur *Canonem.* Cumque dicat *Vna cum Papa noſtro* nominet eum, niſi in ſede vacante & ordinarium nominare debet extra ſedem vacantem eius: ſimiliter nominet & regem cum dicit, *Et rege noſtro, &c.*

De Canone à Memento viuorum vſque ad eleuationem calicis incluſiuè.

CVm dicit *Memento Domine* iungit manus vſque ad faciem non tangens illam, & ſtet tantiſper inquiete demiſſo aliquantulum capite, & faciat commemorationem viuorum Chriſti fidelium, ad ſuam voluntatem: & poterit illorum nomina (ſi placuerit) commemorare, quamuis ſufficiat mente tantum memoriam habere, & ſi plures ſint, ne moleſtus ſit circunſtantibus præſertim in Miſsis ſolennibus, poterit ante Miſſam dum ſe præparat, omnium illorum memoriam habere, & intentionem orandi pro illis in Miſſa; & tunc ſufficit vno verbo illorum commemorationem facere: & hoc tam pro viuis, quam pro defunctis. Facta dicta commemoratione viuorum extenſis manibus vt antea ceſſat à Memento dicens. *Et omnium circunſtantium, &c.* Et inclinans ſe cum dicit Ieſu vel Maria continuat vſque ad illa verba. *Quam oblationem tu Deus, &c.* cumque dicit: *Benedictam* ✠ *aſcriptam* ✠ *ratam, &c.* Signet ter ſuper hoſtiam & calicem, ſed cum perueniat ad illud. *Vt nobis corpus* ſemel ſeorſum ſuper hoſtiam, & cum dicit: *Et ſanguis* ſuper calicem ſignet tantum & ſemel. Cum dicat. *Qui pridie* diſcooperiat hoſtiam, & accipiens illam pollice & indice dextræ manus, & illis & pollice ſiniſtræ manus tenens eam erectus ante medium altaris ſtans, dicat: *Accepit panem, &c.* vſque *Manus ſuas,* & cum grauitate eleuans ad cœlum oculos, ſtatimque demittens ad hoſtiam dicat *Eleuatis oculis* vſq; *Omnipotenté tibi gratias agens* & tenens hoſtiam inter pollicem & indicem ſiniſtræ manus facit ſignum Crúcis ſuper ipſam hoſtiam dicens: *Benedixit, fregit, deditque diſcipulis ſuis* vſque *ex hoc omnes,* & tenens hoſtiam pollicibus & indicibus, & manus ſuper corporale & altare conſecratum fixis oculis in hoſtiam, capite moderatè inclinato ſuper eam & formas, ſi conſecrandæ ſint (quas habeat in proſpectu etiam ſuper corporale inter manus & calicem) proferat verba conſecrationis diſtinctè, voce tamen ſummiſſa, reuerenter, attente, deuote, & continuate dicens: *Hoc eſt enim corpus meum.* Et ſtatim genibus flexis, hoſtiam, quam tenet in manibus adoret cum ſumma reuerentia, & ſe erigens cum grauitate eleuet hoſtiam in altum & proponat populo adorandam, ſemper habens oculos intentos in eam. Mox reponat reuerenter illam ſuper corporalia, eorumque anteriore parte cooperiat eam, vt erat ante conſecrationem. Nunquam autem diſiungit amplius pollices & indices vſque ad ablutionem eorum poſt Communionem. Igitur ſic cooperta hoſtia iunctis mani-

manibus ſe inclinet profunde, & eleuatis quartis & quintis digitis vtriuſque manus, leuat aliquantulum partem corporalis qua eſt calix coopertus, ſic vt videat vinum in illo poſitum dum dicit: Simili modo, &c vſque Accipiens hunc præclarum calicem. Tunc enim palmis contingẽs cuppam calicis fixis in vinum oculis ſummiſſa voce & deuote proferat verba conſecrationis ſanguinis Hic eſt enim calix ſanguinis mei, &c. Et finita cõſecratione detegat calicem, & iunctis manibus reuerenter nimis inclinet ſe profunde, mentaliter etiam adorans calicem: & erigat ſe, accipiatque calicem diſcoopertum & reuerenter eleuet, proponatque populo adorandum, illum vtraque manu tenens. Poſt reponat ſuper corporale & operiat ſicut antea ſuperiore corporalis parte.

De Canone ab eleuatione Calicis vſque ad Orationem Dominicam.

DEinde verò ſecretò dicat, Hęc quotieſcumque feceritis, &c. Cumque dicat, Hoſtiam ✠ puram, hoſtiã ✠ Sanctam, hoſtiam ✠ immaculatam manu dextra ter ſignet ſuper hoſtiam, & calicem ſimul: ſed cum dicat Panẽ ✠ ſanctum vitæ æternæ ſignet ſemel & tantum ſuper hoſtiam coopertam: Cum verò dicat. Et Calicem ✠ Salutis perpetuæ ſuper calicem coopertum ſemel ſignet. Deinde ſtans vt prius extenſis manibus, proſequitur. Supra quæ propicio, &c. Et cum ad id venerit Supplices te rogamus, &c. brachijs in modum crucis iunctis pectori, inclinet ſe ante medium altaris, & cum dicat. Ex hac altaris participatione oſculetur altare conſecratum, poſtque eleuet ſe dicens: Sacro Sanctum filij tui. & dicens: Corpus ✠ & ſanguinem ✠ ſumpſerimus, ſignat ſemel ſuper hoſtiam & ſemel ſuper calicem. Et cum dicat: Omni benedictione cœleſti, & gratia repleamur, ſeipſum à fronte ad pectus ſignet ſigno Crucis. Statimque iungat manus & dicat: Memento etiam Domine, &c. Sicut antea pro viuis: faciatque commemorationem defunctorum. Qua facta ſtans vt prius extenſis manibus, proſequitur, Ipſis & omnibus &c. Et dicens Nobis quoque peccatoribus. aliquantulum eleuet vocem, & dextra manu moderate ſuum percutiat pectus ſemel: & vt prius ſtans proſequatur ſecretò Famulis tuis, &c. Vſque ad illud Sancti ✠ ficas, Viui ✠ ficas, bene ✠ dicis vbi ter ſignet ſuper calicem & hoſtiam. Poſt verò diſcooperiat calicem; & hoſtiam & inclinans ſe iunctis manibus, eamque reſumens dicat Et præſtas nobis. Sumat autem eam inter pollicem & indicem dextrę manus, & ſiniſtra teneat calicem per medium eius, ſignetque ſic ſanguinem ter à labio ad labium calicis, dicens: Per ip ✠ ſum, & cum ip ✠ ſo, & in ip ✠ ſo, & deſcendens inter calicem, & ſe faciat hoſtia ſignum Crucis: reducatque eam directe ad calicem cum dicat: Omnis honor & gloria, &c. Tuncque proferat Per omnia ſæcula ſæculorum, Reſpondeatque Miniſter Amen. Poſt modum verò dicens Sacerdos: Oremus eleuet hoſtiam ſuper calicem aliquantulum, ita vt à paucis videatur, ſimul ſe inclinans, & collocans hoſtiam ſuper corporale non cooperiat illam, ſed tantum calicem vt antea dicens: Pater noſter qui es in cœlis, &c.

De Oratione Dominica vſque ad ſumptionem ſanguinis incluſiuè.

MAnus extenſas habeat Sacerdos cum dicit Orationem Dominicam, & ad illud, Et ne nos inducas in tentationem: Miniſter reſ-

pondeat. Sed libera nos à malo: Sacerdos verò. Amen. Proſequaturq;. Libera nos, &c. Vſque ad illud. Da propicius pacem, &c. quod dicens diſcooperiat calicem primo & ſtatim dicens: Vt ope miſericordiæ tuæ, &c. Inclinet ſe profunde, & accipiat hoſtiam pollicibus & indicibus, & intra calicem tenens ex parte eius ſuperiori, pollice & indice ſiniſtræ manus frangat tertiam partem lateris ſiniſtri reuerenter, & deinde aliam tertiam partem dextri, pollice & indice ſiniſtræ tenens hoſtiæ alias duas partes, dicens: Per eundem, &c. vſque Per omnia ſæcula ſæculorum. Cui Miniſter reſpondeat, Amen Et derelictis duabus partibus inter pollicem & indicem ſiniſtræ, pollice & indice dextræ partem quæ primo fracta eſt, ſumat, ſignetque illa particula ter ſuper ſanguinem & ſuper os calicis dicens: Pax Do✠mini ſit ſem✠per, vo✠biſcũ Miniſterque reſpondeat: Amen. Sacerdos autem poſtquam voce intelligibili dixerit ter Agnus Dei qui tollis, &c. aliquantulum intingat particulam illam in ſanguinem dicens: Hæc ſacroſancta commixtio, &c. & iungat alijs particulis. Tenenſque omnes particulas pollicibus & indicibus, inclinatus cum magna reuerentia, intentis oculis in corpus Domini, dicat: Domine Ieſu Chriſte, &c. Et finita hac oratione voce aliquantulum eleuata dicat ter: Domine non ſum dignus, & ſecreto proſequitur, vt intres ſub tectum meum, &c. Et reuerentiam profunde agens ſacramento, dicat: Corpus Domini noſtri Ieſu Chriſti, & ſanguis cuſtodiat, &c. Et ſic conſumat hoſtiam. Poſt modum verò erigat ſe, digitos extergens ſuper ſanguinem, ne forte aliquid hoſtiæ in illis remanſerit: iunctiſque manibus ante faciem aliquantiſper quieſcat in meditatione tanti ſacramenti, & accipiens calicem vtraque manu, ſiniſtra pedem tenens & dextra infra medium eius, & ſtans, reuerenter ſumit totum ſanguinem: ponenſque calicem ſuper corporale extergat pollicibus, dicens: Quod ore ſumpſimus Domine pura mente capiamus, &c.

De faciendis à Communione vſque ad finem Miſſæ.

Accipiens inter palmas manuum calicem, pollice & indice ſuper os eius fere intra eum habens, accedat ad cornu epiſtolæ, & ſuper pollices & indices quibus tetigit corpus Domini accipiat parum vini in calice à miniſtro fundente, & illo vino calicem purificet, & ſumat reuerenter: & iterum à miniſtro eodem modo ſuſcipiat parũ vini & aquæ in calice in eodem cornu exiſtens, ſuperque piſcinulæ locum, ſeu fontem, eoſdem digitos abluat miniſtro aquam infundente, & ſe tergat linteolis in tabula ad hoc paratis. Iterumque accipiens calicem ſumat ſecundam illam ablutionem vini & aquæ: & accipiat aquæ parum à miniſtro, qui calicem purificabit, & effundet aquam in piſcinam ſeu fonticulum, calicemque intrinſecus & extrinſecus extergat, qua parte viderit humectatum. Tunc veniens in medium altaris plicet corporalia, & cooperiat calicem, & ita diſponat omnia eius, ſicut cum de ſacrario accepit eum. Sicque derelicto calice ſuper aram in medio altaris, ſerico velo decenter appoſito veniat ad cornu epiſtolæ; (vbi iam poſitus erit liber Miſſalis à miniſtro) & legat voce intelligibili iunctis manibus, Communionem. Quo facto iunctis manibus ſe vertat ad populum dicens: Dominus vobiſcum. Aperiens manus cum dicat, poſt modum verò iungens, verſuſque ad librum dicat, Poſt communionem. Et finiat dicens: Per omnia ſæcula ſæculorum: & poſtea Oremus ſi plures ſunt dicendæ Collectæ. Ad vltimam autem finitam, dicat Dominus vobiſcum vertens ſe ad populum iunctis mani-

manibus nec aperiens illas, conuerſuſque vt ſolet ad librum dicat. Ite Miſſa eſt in Miſsis in quibus dixit Gloria in excelſis Deo, & in alijs Benedicamus Domino niſi in defunctorum Miſsis, in quibus ſemper dicat. Requieſcant in pace. Statimque ad medium altaris veniens, inclinatus profunde dicat: Placeat tibi Sancta Trinitas vnus Deus, obſequium ſeruitutis meæ, &c. Poſt hæc verò dicens: Meritis & precibus iſtorum oſculetur medium altaris conſecrati proſequēs & omnium, &c. Statimq; ſe erigat ſignetque ſigno Crucis à fronte ad pectus dicens: In vnitate Sancti ſpiritus ad altare adhuc verſus, illico autem ſe vertat ad populum, manuque dextra extenſa, ſignet ſuper populum dicens: Benedicat vos Pater, & Filius. Amem. Tuncque accipiens calicem profunde ſe altari inclinet, & eadem grauitate, qua exiuit è Sacrario, ad illud redeat, dicens: Benedicite omnia opera Domini Domino, &c. in Miſsis non defunctorum, in his autem Deprofundis, &c.

De miniſterio Diaconi & Subdiaconi.

IN Miſsis ſolennibus & in Maioribus in diebus feriatis, eſt vſus miniſterij Diaconi, & Subdiaconi, vel, Diaconi tantum in hoc Sacro inſtituto. In Miſsis igitur in quibus vtriuſque miniſterium contingit, Diaconus indutus Alba & Manipulo poſito in ſiniſtro brachio ſicut Sacerdos è diametro poſita Stola ab humero ſiniſtro ad Cingulum per pectus, & dorſum, ita vt ſub brachio dextro circa Cingulum partes Stolæ prope extrema iungantur. & Subdiaconus cum ſolo Manipulo indutus vterque Dalmatica, & circa collum torque poſito, cum Chorus incipit Pſalmum Introitus. Diaconus portans Calicem eo modo quo Sacerdos in Miſsis priuatis, exeant è Sacrario Subdiaconus primus, dein verò Diaconus, & vltimus Sacerdos, grauiter & compoſite vt dictum eſt in Miſsis priuatis, de Sacerdote. Si tamen Abbas celebret Subdiaconus portet Calicem, & Diaconus Baculum Abbaſque pileo capite impoſito iunctis manibus, paululumque eleuatis extra Caſulam, cum dicitur Gloria Patri. altari ante quod ſunt ſe inclinantes (ſicut & ad reditum debent facere altaribus ante quæ tranſierint) pergant vſque ad medium gradum presbyterij, vbi ſe inclinent ordine quo veniunt; accedenteſque ad primum altaris gradum vbi ſunt celebraturi, Diaconus ad dexteram & Subdiaconus ad ſiniſtram ſe aſpicientes, cum Sacerdos per illorum medium eat ad altare, ei ſe inclinent ſimul. Ipſo verò Sacerdote accedente ad altare oſculanteque in medio eius, Diaconus cornu altaris dextrum oſculetur, in eoque latere ſtet, Subdiaconus autem in ſiniſtro, reſpondentes Sacerdoti, ad confeſsionē modo quo ſupra dictum eſt, de miniſtro in Miſsis priuatis. Finita confeſsione ſignātes ſe ad librum Miſſalis accedant cum Sacerdote & legant pariter Introitum. Quod ſi Abbas celebrat, teneat Diaconus ſemper Baculum, niſi dum extendat Corporalia, vel præparet calicem, Dictis, Kyrie eleiſon, alternatim cum Sacerdote, Corporalia Diaconus extendat. Quod ſi tempus non deſit, Calicem præparet, cum vino tantum: portanſque illum in manu ſiniſtra coopertaſerico offertorij panno, dextra Calici ſuperpoſita Patenam tenens cum hoſtia, Subdiaconus verò vrceolum aquæ in manu dextra, & ſiniſtra cochleariolum argenteum ſuper purificatorium linteolum accipiat, ſicque tendant ad Sacerdotem illi ſe inclinantes. Sacerdote autem faciente commixtionem aquæ cum vino, ſtent ibi miniſtri, poſt verò ſe inclinent illi, calicemque & alia reducant ad locum ſuum in quo erant antea.

Vbi Diaconus Calicem intrinſecus purificet purificatore linteolo. Poſtea ſe gradatim conſtituant poſt Sacerdotem, Diaconus quidem in primo, vel ſecundo gradu altaris, immediatuſque illi Subdiaconus in alio ſequenti: dum Sacerdos dicat Gloria in excelſis Deo cum dicenda eſt. Dicta Gloria accedat Diaconus ad Sacerdotis dextram, Subdiaconus verò ad ſiniſtram, vbi illam cum eo recitabunt. Poſt hæc ad Dominus vobiſcum ſe vt antea poſt Sacerdotem ponant, inclinentque ſe verſus illum, & Diaconus ſic inclinatus anteriorem Caſulæ partem ambabus manibus aliquantulum leuet. Cumque Collectam dicat Sacerdos verſus cornu Euangelij ſe inclinantes vſque ad Collectæ finem illius, maneant ſic: & illa finita ſe erigant & altari ſe inclinent, ſeque iuxta ſeruitij locum reponant. Subdiaconus cum Sacerdos dicat Per Dominum portans manibus ambabus Epiſtolarum librum ante pectus vadat ad medium Presbyterij, vbi ſe primum inclinans libro ſuper ambonem poſito, cantet Epiſtolam.

Finita Epiſtola ſe inclinet feratque librum in locum ſuum, niſi Miſſa ſit Abbatialis, in qua Acolythi Subdiaconum comitantes ante & poſt Epiſtolam librum deferre debent. Quod ſi in aliquo defecit Epiſtolam dicens, Veniam petat vbi eam dixit vt moris eſt. Deinde verò tendat in altare, & coram Sacerdote, legat Reſponſorium & Alleluia, vel Tractum in libro Miſſalis, deferens illum ad Sacerdotem ſi ſedeat in Sedibus iuxta altare poſitis, de cuius licentia poterit poſt Diaconum ſedere.

Diaconus vbi Chorus fere canenda finit poſt Epiſtolam, eat ad locum in quo dicturus eſt Euangelium: indeque Benedictionem ab Abbate ſi celebret, vel, in choro ſit petat, ſi non adſit à Sacerdote celebrante, petere debet qui tunc ſtare debet ad cornu Epiſtolæ altare verſus. Accepta benedictione dicat: Dominus vobiſcum: Dumque dicat Sequentia ſancti Euangelij, &c. diebus ſolennibus, accedente Subdiacono cum Thuribulo thure præparato, illud accipiat, & dum Chorus reſpondeat. Gloria tibi Domine. Librum Euangeliorum thurifaciat ter, & reddat Subdiacono Thuribulum, quod accipiens illi ſe inclinet ſicut & alter ei. Subdiaconus tunc tantiſper Thurifaciat ipſum Diaconum & Librum. Poſt verò celebranti Abbati det baculum grauiter, illius deoſculans manum humiliter. Quod vtique miniſtri ſemper faciant, dum aliquid in manus dant Abbati celebranti. Itaque Sacerdos ſeu Abbas celebrans, verſus Diaconum canentem Euangelium ſtet audiens Euangelium, Sacerdos quidem iunctis manibus, & parum eleuatis, Abbas verò baculum tenens: Subdiacono iuxta celebrantem, in ſecundo gradu altaris ſtante.

Euangelio finito Diaconus portet librum ad Sacerdotem, & principium Euangelij det illi oſculandum: tuncque reſtituat librum ſuo loco. Poſt verò vadat ad ſiniſtrum latus, ſubdiaconus autem ad dextrum, recitentque Credo cum Sacerdote (quando dicendum eſt) finitoque eo, eat vterque ad locum ſuum vſque quo dicat Chorus, Et conceptus eſt, &c. Nam tunc ſtare debent Diaconus poſt Sacerdotem, & poſt Diaconum Subdiaconus verſus altare, & ſtatim genua flectant cum dicatur: Et Homo factus eſt, ſurgantque cum dicat Chorus Crucifixus, &c. Choro tamen finiente Credo, & dicto Dominus vobiſcum, & Oremus accedunt iterum ad altare vt antea, ad recitandum Offertorium cum Sacerdote Diaconus ad dextram eius Subdiaconus verò ad ſiniſtram: qui & librum Miſſalis ad alterum latus transferat,

rat, Diaconuſque interim Corporalia explicata iam detegat ſuperiorem eleuans partem verſus altare, & plicans illic. Poſt vero portet Calicem vt in initio Miſſæ (niſi quòd patenam eleuare non debet) detque Sacerdoti, cui accipienti manum deoſculetur: Subdiaconus autem ſe poſt Sacerdotem collocet thus præparatum habens, & ſeruitor Eccleſiæ, tenens thuribulum apertum Sacerdotique ad eos ſe vertenti Subdiaconus, det illi Cochlearium thuris reuerenter. Quod ſi Abbas in Choro inferiori adfuerit, cum fratre miniſtrante Miſſæ debet ad Abbatem thus deferre inclinans ſe ei ante, & poſt thuris benedictionem, ſicque vt venerunt ad Sacerdotem reuertantur. Dum hęc fiunt Diaconus hoſtiam è patena tollens in anteriore parte Corporalis collocet, ſuper ponens Corporalis partem illam hoſtiæ, Patenamque à Calice ſeparet ad latuſque dextrum reponat, Calicem ſuperiore Corporalis plicatura cooperiens. Poſt quã vero Sacerdos circum Calicem thurificauerit, accipiat ab eo Diaconus thuribularium, ad altariſque latera thurificet à ſiniſtro ad dextrum altaris à tergo tranſiens. Subdiaconus autem aquam Sacerdoti ſe lauanti porrigat. Cui dicenti: Orate fratres, &c. ſe inclinet Diaconus ante Subdiaconum poſitus: qui thuribulum iam habere debet, & caſulæ partem anteriorem Diaconus parum eleuet. Poſt vero ambo extrema digitorum ſuorum abluent Seruitore Miſſæ aquam illis infundente. Diaconus illico det patenam, & offertorij ſericum pannum aptè diſpoſitum Subdiacono, qui ſic deferat, & cum Diacono ad ſuum locum poſt Sacerdotem deſcendat, in quo ſint quo vſque Sacerdos dicat: Surſum corda. Tuncque Diacono ſericum offertorij pannum à tergo illi componente, Subdiaconus patenam coopertam illo eleuet, ſicque ſtet vſque quo Sacerdos Panem noſtrum dicere incipiat: & tunc Patenam diſcoopertam Diacono porrigat, illeque Sacerdoti. Cui Diaconus in euoluendis Miſſalis folijs opportune, & reuerenter aſsiſtere debet. Cum autem Sacerdos conſecrare vult, Diaconus ad eius ſiniſtrum latus poſitus ſtet manibus iunctis, & genibus flexis expectans, Eleuationem Hoſtiæ, & Calicis, & tunc leuet modeſtè parum caſulæ poſteriorem partem: cumque ſe Sacerdos Sacramento vel altari inclinat, ſe pariter Diaconus & Subdiaconus inclinent ſemper.

Onſecratione finita Diaconus in ſuum reuertatur locum, ſitque illic vſque quo Sacerdos ferè incipiat dicere: Viuificas, &c Et tunc accedat deoſculaturus dextrum altaris cornu, immediateque ſe lateri iungat Sacerdotis, cum eoque corporalis plicaturam à Calice tollat: & ſe inclinet: Sacerdoteque hoſtiam eleuante manum in Calicis pedem ſuperponat, & ſtatim Calicem cum Sacerdote cooperiat. Quo facto ad Ablutiones, Sacerdoti miniſtrandas eat Subdiaconus, Diacono interim librum Miſſalis ad dextrum latus transferente, & Corporalia plicante. Statimque cum Sacerdote, illud recitent quod Communio dicitur Diaconus ad dextram, & Subdiaconus ad ſiniſtram.

Poſt hæc autem ad locum ſuum poſt Sacerdotem ſe ponentes veniant, vbi Sacerdote dicente verſus populum Dominus vobiſcum. & Poſt Communionem, recitante vt in principio Miſſæ ſe inclinent, ſicque ſint vſque ad Collectæ illius finem. Tunc autem Diaconus Calicem abſtergat, Subdiaconus vero linteolum purificationis plicet, & librum Miſſalis Sacerdote finiente Collectas, dum dicit: Per Dominum, &c. Ab altari ad ſuum locum referat: amboque vt antea Sacerdoti dicenti: Dominus vobiſcum. ſe inclinent, Diaconus

Calicem iam habens in manibus: qui Sacerdote dicente ſubmiſſa voce, *Ite Miſſa eſt*, vel *Benedicamus Domino* iuxta rationem temporis, reſpondeat cum Subdiacono. *Deo gratias.* Poſtea verò canat Diaconus quod Sacerdos ſummiſſe dixit. Quod ſi Abbas Miſſam dicat Subdiaconus calicem tenere debet, Diaconus vero Baculum qui & pileum illi ad Benedictionem dandam imponat (eſt enim hoc ſicut & tollere illi de officio Diaconi) & dum ſe vertit ad populum det illi Baculum, amboque verſus Euangelij cornu inclinati ſint interim. Quo facto Diaconus accipiat ab Abbate Baculum verſuſque altare ſe inclinent pariter miniſtri: poſt vero ordine quo è Sacrario egreſsi ſunt ad illud reuertantur.

SI dies Communionis Fratrum non Sacerdotum fuerit, cum Sacerdos dicat: *Domine Ieſu Chriſte fili Dei, &c.* accipiat imaginem vnam Subdiaconus, quam vulgo dicimus *Porta Paz*, alteram ſibi retineat Diaconus quã Sacerdoti deoſculandam præbeat flexis genibus parumque ſurgens cum Sacerdos eam deoſculari velit: ſtatimque eam det Subdiacono, qui & alteram miniſtro fratri dare debet vt populo pacis ſignum deferat & det. Quam vero Diaconus illi dedit, deferat ad medium presbyterij, detque patri inter omnes qui in Choro ſunt antiquo, qui aſſociatus erit fratribus ad Communionem euntibus & reuertentibus. Dum communicant Fratres, Subdiaconus ad dextrum latus poſt Sacerdotem iunctis manibus & flexis genibus, leuans parum verſus ſeipſum caſulæ latus. Diaconus autem ad ſiniſtrum vt mixtum det fratribus qui communicauerunt. Statimque vt Sacerdos ſanguinem ſumpſerit, communicabunt Fratres. Ad hoc autem poſtquam Sacerdos calicem eleuauerit, vadat Diaconus cum fratre Miſſæ miniſtrante & Acolytis ſi fuerint, ad locum vbi eſt Cuſtodia, per latus dextrum, educatque eam per ſiniſtrum ponatque illic vt renouetur Sanctiſsimum Sacramentum, nouis formis poſitis in ea à Sacerdote, coadiuuante illum Diacono, aperienteque illam prius capſulamque extrahente & aperiente in qua ſunt formæ, & claudente peracta Communione. Faciet autem Diaconus quod debet ante quam Sacerdos dicat: *Domine Ieſu Chriſte fili Dei, &c.* Cumque fit eleuatio Hoſtiæ, & Calicis à Sacerdote his diebus duo incendantur Cerei â duobus fratribus è Choro ad hoc exeuntibus, vel ab Acolythis ſi fuerint; cum quibus debent Diaconum educentem, vel inducentem Cuſtodiam comitari, Subdiacono ante illam thurificante grauiter, cum Diaconus introducit, & miniſtro Miſſæ cum educit. Quod ſi Diaconus & Subdiaconus non Sacerdotes ſint, primi communicent, alternatim latus caſulæ flexis genibus ſuſtinentes, primus tamen omnium Diaconus: ſtatimque ad dandum mixtum eis qui communicauerint pergat. Vnus denique miniſter ſolum aſsiſtens, vicem duplicis debet ſupplere, cum fratre eo qui Miſſæ deſeruit.

CVm autem Sacerdos, vel Abbas exuit ſe veſtibus ſacris Subdiaconus ab eo Caſulam ſumat & reponat in locum ſuum, Diaconus autem Baculum ſiue Calicem quem defert. Abbas autem, ſeu alius Sacerdos veſtibus exutus ſacris, veniam in presbyterio petat, etiam in Miſsis de feria, vel flexis genibus, vel fimbrias cucullæ tendens parum in pauimento, illiſque manuum articulos ſuperponens habita ratione temporis, vt in libro ceremoniarum hæc & alia ſiqua hic omittuntur minutiora, reperies.

Quibus

Quibus diebus cum duplici miniſtro Miſſa dicatur, & quibus cum vnico tantum.

IN omnibus diebus quibus Abbas ſolenniter celebrat, duplex aſſiſtat miniſter: ſed & duo Acolythi cum facibus accenſis, & Cantores cum pluuialibus Abbatem comitentur è ſacrario exeuntem, & ad illud reuertentem; Acolythi etiam toti Miſſæ aſſiſtant miniſtros adiuuantes. In Miſſis quoque dierum duodecim lectionum, & in Miſsis de Sancto Patre Bernardo in ferijs tertijs, & in ijs quæ dicuntur quartis ferijs tempore Reſurrectionis, & in Miſsis de Spiritu ſancto quintis ferijs, ſicut & in ijs quæ de Beata Virgine Maria Sabbathis decantantur: duo debent aſsiſtere miniſtri. In omnibus autem alijs Miſsis tam de Sanctis quam de feria, & de defunctis (præterquam in ſolennibus anniuerſarijs, & pro præſenti defuncto celebrandis) vnus tantum miniſter aſsiſtat Diaconus, Alba, Stola & torque, & manipulo vt ſupra dictum eſt diſpoſitis, ſine Dalmatica tamen, in omnibus exercens Subdiaconi miniſterium: niſi quod frater qui ſeruitor Eccleſiæ dicitur, ad lotionem manuum Sacerdoti, & ad ablutiones poſt communionem miniſtrare debet, & librum Miſſalis ſuo tempore tranſmutare.

Miſſæ Abbatiales quando dicantur.

ABbas celebrat Miſſam his diebus in conuentu ſolenniter. In vigilia Natiuitatis Domini: & ipſo die Natiuitatis, Epiphaniæ: in Dominica Palmarum, in Cœna Domini, in feria ſexta Paraſceue, vigilia Paſchæ, & in die Paſchæ: Aſcenſionis Domini, in vigilia Pentecoſtes, & ipſo die, in Dominica Trinitatis, Corporis Chriſti. In vigilia: & in die Aſſumptionis, & Natiuitatis Mariç, & in omnibus ſolennitatibus eiuſdem. In die ſancti P. Benedicti, Bernardi, Ioannis Baptiſtæ, Petri & Pauli: & in Dedicatione Eccleſiæ, & omnium Sanctorum. Item in pręcipuis quinque officijs defunctorum & pro pręſenti defuncto.

Quomodo per hebdomadam dicantur Miſſæ in conuentu.

DOminicis diebus per Aduentum Domini vtraque Miſſa ſit de Dominica. Feria ſecunda pro defunctis. Feria tertia de ſancto Bernardo. Feria quarta pro familiaribus. Feria quinta de Sancto Spiritu, vel de Dominica prout habetur in vſibus. Feria ſexta de Dominica præcedente. Sabbatho de beata Maria ſcilicet Rorate.

Ab octaua Epiphaniæ vſque ad feriam quartam Cinerum.

DIe Dominica vtraque Miſſa de ipſa Dominica. Feria ſecunda pro defunctis. Feria tertia de Sancto Bernardo. Feria quarta pro familiaribus. Feria quinta de Dominica præcedente. Feria ſexta de S. Cruce. Sabbatho de B. Virgine Maria Salue ſancta parens.

Ab octaua Paſchæ vſque ad rogationes.

DIe Dominica, Prima Miſſa, Reſurrexi. Secunda de Dominica. Feria ſecunda pro defunctis. Feria tertia de ſancto Bernardo. Feria quarta Reſurrexi. Feria quinta de Dominica pręcedente. Feria ſexta de S. Cruce. Sabbatho de B. Virgine Maria Salue ſancta parens.

A feſto ſanctæ Trinitatis vſque ad Aduentum demptis octauis Sacramenti, Aſſumptionis, & Natiuitatis Virginis Mariæ.

DIe Dominica Prima Miſſa de Trinitate. Secunda de Dominica. Feria

ſecunda pro defunctis. Feria tertia de ſancto Bernardo. Feria quarta pro familiaribus. Feria quinta de ſancto Spiritu. Feria ſexta de S. Cruce. Sabbatho de Beata Virgine Maria, Salue ſancta parens.

De Miſſa pro defunctis ſingulis hebdomadis ſemel dicenda.

NOtandum quód ſi Miſſa pro defunctis, feria ſecunda propter aliquos euentus dici non poterit, prima eiuſdem ſeptimanæ die, quæ vacua fuerit, dicatur.

De Miſſa Beatæ Virginis diebus Sabbathis dicenda.

IN omnibus ſabbathis omnino vacantibus in quibus feſtum duodecim lectionum non celebratur, Miſſa de Beata Virgine ſolenniter dicatur, omiſsis vſitatis collectis & ſine flexione genuum. Et notandum quod hæc Miſſa Beatæ Mariæ non intermittitur pro Miſſa alicuius ſancti commemorationem & Miſſam habentis, ſed talis Miſſa de ſancto recommitti debet à Cantore vt priuatim legatur. Omittitur autem Miſſa Beatæ Mariæ quando ſolennes vigiliæ Sanctorum Sabbathis diebus euenerint, & in Sabbatho infra octauas Apparitionis, Aſcenſionis Domini, & Sacramenti, atque in octauis Sanctorum, & in conſuetis officijs defunctorum quæ ſuas Miſſas habere debent ex ordine. Si autem feſtum alicuius ſancti quod habet in ordine duas Miſſas Sabbatho euenerit ſi etiam iſtud proprium officium habeat pro Miſſa. Matutinali nihilominus Miſſa Matutinalis fit de Beata Virgine ſolenniter, exceptis vtriſque feſtiuitatibus Sanctæ Crucis, & feſtis quibus ſermo habetur in capitulo, & niſi præſens defunctus affuerit. In Quadrageſima etiam diebus Sabbathis Miſſa de Beata Virgine ſolenniter decantetur poſt Miſſam de ieiunio. Priuatę autem Miſſæ non dicantur niſi poſt officium Beatę Virginis Marię.

De Miſſa Beatæ Mariæ quotidiana.

MISSA quotidiana de Beata Virgine non dicatur in die Natiuitatis Domini, Paſchę, & Pentecoſtes, ſed dicatur Miſſa de feſto cum collecta de Beata Virgine in ſecundo loco. Quotiens autem dicitur Miſſa de Beata Maria ſiue in cõuentu ſiue priuatim ſemper dicatur, Gloria in excelſis Deo (excepto tempore Aduentus Domini & à Septuageſima vſque ad Paſcha) & Pręfatio. Et te in veneratione, infra tamen octau. alicuius feſtiuitatis Beatę Mariæ non dicitur Miſſa Salue ſancta parens, neque pręfatio. Et te in veneratione, ſed omnia vt in die feſto dicuntur.

De collectis vſitatis quando intermittuntur.

IN vigilia Natiuitatis Domini, & deinceps vſque ad Circunciſionem Domini, in Cœna Domini, & deinceps vſque ad octau. Paſchę: in vigilia Pentecoſtes, & deinceps vſque ad eiuſdem octauas, omnibus diebus Dominicis, & omnibus feſtiuitatibus duodecim lectionum etiam ſi duę Miſſę dicantur in conuentu ad vtramque Miſſam intermittendę ſunt vſitatę collectę, in Sabbathis Quatuortemporum, & omnibus pręcipuis officijs defunctorum. Item in Miſsis de Spiritu ſancto, & de Beata Virgine Maria, quotiens in conuentu celebrantur.

Vſitatæ autem collectæ communiter dicuntur.

Concede quæſumus omnipotens Deus: vt intercesſio. Et omnipotens ſempiterne Deus: qui viuorum. Et nota quod prædicta collecta Concede quæſumus, intermittitur in vigilia omnium Sanctorum, & collect. Omnipotens ſempiterne Deus qui viuorum, in anniuerſario menſis.

Quando collecta Eccleſiæ debet intermitti.

ISTA collecta, Eccleſiæ tuæ, intermittitur his diebus videlicet in vigilia Natiuitatis Domini: In Cœna Domini, in vigilia Paſchæ, & Pentecoſtes: in Exaltatione Sanctæ Crucis, In Sabbathis Quatuortemporum, & in quinque pręcipuis officijs defunctorum, & anniuerſario menſis. Sed notandum quod quando duæ Miſſæ canuntur: ad Miſſam Matutinalem tantum dicitur collecta, Eccleſiæ. Si autem Miſſa Matutinalis fuerit pro præſenti defuncto: tunc ad maiorem Miſſam cum alijs dicatur.

De collecta Concede nos famulos.

COLLECTA de Beata Maria, quotidie ſemel ad Miſſam dici debet in Conuentu exceptis Miſsis defunctorum, & illis diebus in quibus commemoratio Beatæ Mariæ non fit in Laudibus: quæ tamen collecta non dicitur in Vigilijs Pentecoſtes, Aſſumptionis Sanctæ Mariæ. & omnium Sanctorum: licet eiſdem diebus commemoratio Sanctæ Mariæ in Laudibus dicatur.

De Miſſa pro defunctis in conuentu dicenda ſemel in hebdomada.

AD hanc Miſſam dicatur prima collecta, Omnipotens ſempiterne Deus cui: ſecunda, Deus à quo: tertia, Eccleſiæ: quarta, Omnipotens ſempiterne Deus, qui viuorum. Si vero præſens defunctus affuerit, qui ſi de ordine ſit, dicatur primitus collecta Inclina ſingulariter, dehinc aliæ per Ordinem. Si verò fuerit ſecularis, dicatur collecta Inclina pro ipſo ſecundo loco. In ſolenni tricennario prima collecta, Deus veniæ, ſecunda, Omnipotens ſempiterne Deus: cui nunquam, dehinc alię per ordinem vt prius.

De Anniuerſarijs quæ fiunt quolibet menſe.

IN vno quoque menſe anni fiat ſemper vnum Anniuerſarium in ſingulis domibus ordinis vniuerſi: & de eo celebrent omnes pręter hebdomadarios miſſarum quicumque celebrare voluerint illa die: in qua Miſſa dicatur collecta Pręſta Domine quęſumus, & Fidelium, tantum: niſi pręſens defunctus fuerit: & tunc dicatur collecta, Inclina ſingulariter ſecundo loco, & poſtea Fidelium.

In tricennario Monachorum.

PRO quolibet Monacho & conuerſo nouiter defuncto debet dici collecta Deus cui proprium ſingulariter in Miſſa defunctorum quotidiana per xxx. dies continuos quibus finitis abſoluitur

in capitulo, in Miſſa vero in conuentu non dicitur talis collecta, quia in conuentu nullum tricennarium agitur niſi illud, quod fit poſt generale capitulum.

De Miſſa defunctorum quotidiana.

IN hac Miſſa quæ dicitur quotidie pro omnibus defunctis fratribus ſororibus, familiaribus, & benefactoribus ordinis noſtri, prima collecta ſit: Inclina Domine: ſecunda Deus cui proprium, vel Deus veniæ: ſi fuerit tricennarium: & poſt: Omnipotens ſempiterne Deus cui nunquam: quæ quidem collecta debet dici ſingulariter in ſecundo loco ſi præſens defunctus affuerit. Item in die Paſchæ Pentecoſtes, & Natalis Domini hebdomadarius illius Miſſæ in eodem altari vbi Miſſa talis decantari ſolet dicet miſſam de feſto & in ſecundo loco collect. Inclina pluraliter, dehinc Deus cui proprium. cum reliquis.

Quomodo dicitur Miſſa pro præſenti defuncto.

OMnibus diebus quibus duæ Miſſæ cantantur ſi præſens mortuus fuerit prima erit pro ipſo cum duabus collect. Inclina: & Omnipotens ſempiterne Deus qui viuo. Et ſi fuerit epiſcopus dicetur collect. Deus qui inter Apoſtolicos, vel Da nobis Domine, tantum in die ſepulturæ eius. Secunda vero Miſſa dicatur de feſto cum collect. quæ in prima Miſſa dici debuerant. In lx. tamen & in ieiunijs quatuor temporum, & in diebus Dominicis quando Miſſa matutinalis de aliqua vigilia dicenda eſt & Dominicis diebus in Aduentu Domini & à lxx. vſque ad Paſcha quando feſtum. xij. lectionum in quo laboramus aduenerit, & Dominica poſt Natiuitatem Domini quando Miſſa. Dum medium ſilentium dicitur, & quando vigil. Natiuitatis Domini in Dominica euene. & Dominica ante Aſcenſionem Domini quando feſtum in quo laboramus, vel non laboramus occurrerit: & diebus rogationum: & tribus Dominicis ante, xl. & quando feſtum xij. lectionum euenerit in aliqua Dominica in qua incipitur hiſtoria non habens aliam Dominicam pro eadem hiſtoria inchoanda: & ſexta die poſt Natalem Domini, & in octauis Epiphaniæ Domini quando hiſtoria Domine ne in ira. propter celeritatem inſtantis. lxx. incipitur: & tribus diebus quibus laboramus infra octauam Paſchæ, & Pentecoſt. & Dominicis diebus quorum officium differri non poteſt: & ieiunijs præcipuis: & præcipuis officijs defunctorum, & in octau. Sanctorum & eorum qui habent officia intitulata in gradali præter Alexandri Euentij, & Theodoli: & ſi Dominica ante Aſcenſionem Domini Inuentio Sanctæ Crucis euenerit & octau. die Sancti Laurentij ſi Dominica euene. In omnibus his diebus prædictis miſſa de die, & collecta, pro præſenti defuncto dicatur, & poſtea Miſſa in conuentu ſolenniter pro ipſo. In cæteris autem omnibus diebus, ſiue cum vna Miſſa fuerit dicenda, ſiue duæ, Miſſa de die pro Miſſa præſentis defuncti intermitti poteſt. Cauendum autem omnimode eſt: ne quis fratrum ſine propria Miſſa ſepeliatur etiã ſi illa die duæ, vel tres Miſſę cantandæ fuerint. Quando vero nulla alia Miſſa in conuentu dicitur præter illam pro præſenti defuncto prima collecta erit, Inclina ſingulariter; ſecunda, Deus à quo, tertia Eccleſiæ: quarta Omnipotens ſempiterne Deus, qui vi. Quilibet etiam Sacerdos tres Miſſas dicere tenetur pro illo defuncto in quibus prima collecta ſit, Inclina ſingulariter: alij vero legant Pſalterium, vel cl. Miſerere: ſeu totidem Pater noſter: & quicquid pro eo fit antequam ſepeliatur extra debitum eſt.

Ad

Ad quos hymnos decantandos paſum ſemoti à ſedilibus noſtris. ſtare debemus.

STare ſolemus quoties cantamus hos hymnos. Quem terra. & Conditor. Item hymnũ. Intende. Qui regis: ad vtraſque Veſperas, vigil. & Laudes diei natiuitat. Domini, & in die Epiphaniæ ad vigilias. Item Enixa eſt: & A ſolis ortus cardine: per octa. eiuſdem Natiuitat. & in die Epiphaniȩ. Item quoties cantamus Summi largitor prȩmij, Audi benigne conditor, Crux fidelis, Vexilla regis prodeunt, Iam ſurgit hora tertia, Item hymnum. Hic eſt dies verus Dei: ad vtraſque Veſperas, vigi. & Laudes diei Reſurrectionis. Item hymnos, Ad cœnam agni prouidi, & Chorus nouæ: per octauam Reſurrectionis. Item Optatus votis omnium: ad vtraſque Veſperas, vigilias, & Laudes Aſcenſionis. Item Ieſu noſtra redemptio: & Aeterne rex altiſsime, per octau. Aſcenſionis. Item hymnum. Iam Chriſtus aſtra aſcenderat, ad vtraſque Veſperas, vigil. ac Laudes diei Pentecoſtes. Item Beata nobis gaudia. Et Veni creator ſpiritus per octau. Pentecoſt. Item Pange lingua. ad vtraſque veſperas: Necnon hymnos: Verbum ſupernum prodiens. ad vigil. & In diuinis operibus ad Laudes diei ſacramenti. Item Sacris ſolennijs: & Chriſtus lux indeficiens, per octauam eiuſdem ſolennitatis. Item Myſterium Eccleſiæ, ad vtraſque Veſperas, vigil. ac Laudes omnium ſolennitatum beatæ Mariȩ. Item Aue Maris ſtella. & O quam glorifica. per octau. earundem ſolennitatum. Item Chriſtum rogemus & patrem, Ieſu ſaluator ſȩculi, Sanctorum meritis, ad vtraſque Laudes. Aeterna Chriſti munera, ad nocturnos.

Ad quas Antiphonas ſtamus.

STare ſolemus paululum ſemoti à ſedilibus noſtris cantando antiphonas quȩ dicuntur ſuper pſalmos in primis veſperis Natiuitat. & Epiphan. Domini, omnium ſanctorum: omnium ſolennitatum Beatȩ Virginis Mariȩ: necnon & ſacramenti cantando Antiphonas poſt Magnificat, & Benedictus vtrarumque veſperarum, ac Laudum: & etiam Paſchȩ, Aſcenſionis ac Pentecoſt. cantando etiam Magnum hȩreditatis myſterium die Circunciſionis Domini: & cum hoc flectimus genua, & proſternimur ſuper articulos manuum, dicendo: Deus homo factus eſt. Item cantando iſtas antiphonas, O ſapientia. & cæteras ſimiles. Item in vigilia Natiuitatis Domini cantando Antiphonam: Orietur ſicut ſol. ad Benedictus. Item in cœna Domini, Traditor autem dedit, Ad Benedictus: & Cœnantibus, ad Magnificat. Item in Paraſceue cantando antiphonam, Poſuerunt, ad Benedictus. Item ad antiphonam, Cum accepiſſet acetum, Ad Magnificat. Item in vigilia Paſchæ ad Benedictus, ad antiphonam, Mulieres ſedentes.

Ad quas collectas incuruamur.

INcuruamur paululum ſemoti à ſedilibus noſtris ad collectas quæ ſequuntur: videlicet in vigilia Natiuitatis Domini in Miſſa Veſperis. & ſi Dominica fuerit in Laudibus ad collectã. Deus qui nos: & in die Natiuitatis Domini ad collectas vigiliarum Laudum, Tertiæ, & Veſperarũ: necnon quotiens per octau. dicitur collecta. Concede quæſumus omnipotens Deus. In die Circunciſio. Domini ad collectam. Deus qui ſalutis æternæ. & deinde vſque ad Epiphaniam quotiens dicitur. In vigilia Epiphaniæ Domini, ad collect. Corda noſtra, & in die ad collectam, Deus qui hodierna die. In vigilia Paſchæ ad collect. Deus qui hanc ſacratiſsimam noctem. In die Paſchæ, & vſque ad quintam feriam poſt Paſcha ad collect. Deus qui hodierna die. Item in vigil. Aſcenſionis Domini ad collectam veſperarum: & in die ad vtraſque Veſperas & Laudes.

Item

Item ad Cõcede quæſumus omnipotens Deus. In vigil. Pent. in veſperis ad collect. Præſta quæſumus omnipotens Deus: vt claritatis: & in die vſque ad quintam feriam: ad collect. Deus qui hodierna die corda fidelium. In vigilia, & in die ſacramenti ad collectam, Deus qui nobis ſub ſacramento mirabili. In vigilia omnium ſanctorum ad collectam. Domine Deus: & in die ad collectas. Omnipotens ſempiterne Deus: qui nos omnium ſanctorum. In omnibus veſperarum collectis, vigiliarum, laudum, tertiæ, Miſſę: ſimiliter per octauam Aſſumptionis, & Natiuitat. ad collectas dictarum horarum. Item ad collectas omnium commemorationum Beatę Marię ad Miſſas, Laudes, & Veſperas.

De terminatione collectarum.

Per Dominum dicas cum patrem preſbyter oras.
Si Chriſto loqueris: qui viuis tunc bene dicis.
Cum Chriſtum memoras: per eundem dicere debes.
Qui tecum ſi ſit collectę finis in illo.
Cum memoras flamen: eiuſdem dic quoque finem.
Expellens Sathanam: dicas in fine per ignem.

Quando nõ inclinatur ad Gloria Pat.

Crux, candela, cinis, profeſsio, Cœlicus amnis.
Hæc cum cantãtur: tunc gloria ſtando canatur.

Orationes dicendæ quando Sacerdos induitur ſacerdotalibus paramentis.

Cum lauat manus dicat.

Da Domine virtutem manibus meis ad abſtergendum omnem maculã, vt ſine pollutione mentis & corporis valeam tibi ſeruire.

Deinde volens ſe induere dicat.

Exue me Domine veterem hominem cum actibus ſuis. Et indue me nouum hominem qui ſecundum Deum creatus eſt in ſanctitate iuſtitię & veritatis.

Quando ponit Amictum.

Pone Domine galeam ſalutis in capite meo ad expugnandas & ſuperandas diabolicas cateruas. Per Chriſtum.

Ad Albam.

Dealba me Domine, & à delicto meo munda me: vt cum ijs qui ſtolas ſuas dealbauerunt in ſanguine agni gaudijs perfrui merear cæli. Per Chriſtũ.

Ad Cingulum.

Pręcinge Domine cingulo fidei & virtute caſtitatis lumbos corporis mei & extingue in eis ardorem libidinis vt iugiter maneat in eis tenor totius caſtitatis. Per Chriſtum.

Ad Manipulum.

Portare merear Domine manipulum deuota mente cum cordis exultatione quatenus cum electis tuis portionem habeam in requie ſempiterna. Per Chriſtum Dominum.

Ad Stolam.

Redde mihi Domine ſtolam immortalitatis quam perdidi in prętuaricatione primi parentis & quia cum hoc ornamento accedo quamuis indignus ad tuum ſanctum miniſterium: prę̃ſta vt cum eo lętari merear in perpetuũ. Per Chriſtũ.

Quando induit Caſulam.

Domine Ieſu Chriſte qui dixiſti diſcipulis tuis Iugum meum ſuaue eſt & onus meum leue: præſta vt ſic illud portare

tare

tare valeam quatenus tuam poſsim conſe qui gratiam. Qui viuis. Ante Confeſsionem. Veni ſancte Spiritus, &c. Pater noſter & Aue Maria, &c. Poſtea ſe ſignãs dicat In nomine Patris & Filij & Spiritus ſancti, Amen.

CONfiteor Deo & B. Marię, & Beatis Benedicto, & Bernardo, & omnibus ſanctis & vobis fratres, quia peccaui nimis, cogitatione, locutione, & opere, mea culpa. Ideo precor vos, orate pro me.

Reſpon.

MIſereatur tui omnipotens Deus & dimittat tibi omnia peccata tua: liberet te ab omni malo: conſeruet & confirmet in omni opere bono: & perducat ad vitam æternam, Amen.

INdulgentiam & remiſsionem omnium peccatorum noſtrorum per gratiam ſancti Spiritus tribuat nobis omnipotens & miſericors Dominus. Reſp. Amen.

Verſ. Adiutorium noſtrum in nomine Domini. Reſp. Qui fecit cęlum & terrã.
Verſ. Sit nomen Domini benedictum.
Reſp. Ex hoc nunc & vſque in ſęculum.

Inclinatus ſtatim dicat.

AVfer à nobis Domine iniquitates noſtras vt mereamur puris mentibus introire ad ſancta ſanctorum. Per Chriſtum Dominum noſtrum.

Benedictio ſuper Diaconum.

DOminus ſit in corde & in ore tuo vt digne annuncies Euangelium Chriſti.

Offertorio dicto eleuans Calicem dicat.

SVſcipe ſancta Trinitas vnus Deus hãc oblationem quam tibi offerimus in memoriam beatę Paſsionis, Reſurrectionis, & Aſcenſionis Dñi noſtri Ieſu Chriſti, & in honorem beatę Marię ſemper Virginis genitricis eiuſdem Domini noſtri, & omnium ſanctorum & ſanctarum cæleſtium virtutum, & viuificę crucis, vt eã acceptare digneris pro nobis peccatoribus, & pro animabus omnium fidelium defunctorum. Qui viuis & regnas Deus. Per omnia ſæcula ſęculorum. Amen.

Hanc ſequentem orationem dicat Sacerdos inclinatus ante altare poſt offertoriũ.

IN ſpiritu humilitatis & in animo contrito, ſuſcipiamur Domine à te, & ſic fiat ſacrificium noſtrum vt à te ſuſcipiatur hodie & placeat tibi Domine Deus.

Poſtea erectus vertat ſe verſus chorum dicens.

Orate fratres pro me peccatore vt meum pariter ac veſtrum in conſpectu Domini acceptabile fiat ſacrificium. Reſp. Dñs ſit in corde tuo & in labijs tuis, ſuſcipiatq; de manibus tuis ſacrificiũ iſtud & orationes tuę aſcendãt in memoriã ante Deũ pro noſtra & totius populi ſalute. Amen.

Quando dicitur Gloria & Credo.

GLoria in excel. & Ite miſſa eſt. Dicuntur in vig. Paſchę, & Pẽt. Et in omnibus Dñicis & feſtis, xij. lect. extra Aduen. lxx. & xl. Per octa. Natalis Epipha. paſchę, Aſcenſio. Pente. Sacramẽti, Aſſumptio. & Natiui. Marię quando Miſſę de ipſis ſolennita. celebrantur. In miſsis etiã votiuis ſancti Spiritus, & B. Mariæ, excepta vigil. Aſſump. in qua non dicitur niſi ſit Dñica. Credo dicatur in diebus Nata. Circunci. Apparitionis. Paſchę, Aſcenſi. Pente. Sacramenti & omnibus Dñicis ad quaſcũq; Miſſas pręterquãad Miſſas defũctorũ. Pręterea in omnibus ſolẽnit. B. Mariæ. In Inuẽtione & Exalta. ſanctę Crucis. In ſpinea corona: omnibuſq; ſolẽnitatibus Apoſtolorũ, & Euãg. In feſto omniũ ſanctorũ, & Dedic. Eccleſię. Sãctorum Benedicti, Bernardi, & alijs feſtis in quibus fit ſermo in cap. in miſsis de eiſdem ſanctis.

Gratiarum actio poſt Miſſam.

Aña Trium puerorum cantemus hymnum: quem cantabant ſancti in camino ignis benedicentes Dominum.

Can-

Canticum trium puerorum.

BEnedicite omnia opera Domini Domino.&c. Pſalmus.150.
LAudate Dominum in ſanctis eius:laudate eum in firma.&c.

Deinde repetitur antiphona.

TRium puerorum cantemus hymnum:quem cantabant in camino ignis benedicentes Dominum.

Deinde Sacerdos dicit.

Kyrie eleiſon.Chriſte eleiſon.Kyrie eleiſon.Pater noſter. Verſ. Et ne nos inducas in tentationem.Reſp. Sed libera nos à malo. Verſ. Confiteantur tibi Domine omnia opera tua.Reſp. Et ſancti tui benedicant tibi. Verſ. Exultabunt ſancti in gloria.Reſp. Lætabuntur in cubilibus ſuis. Verſ. Non nobis Domine non nobis.Reſp. Sed nomini tuo da gloriam. Verſ. Domine exaudi orationem meam.Reſp. Et clamor meus ad te veniat. Verſ. Dominus vobiſcum.Reſp. Et cum ſpiritu tuo. Oremus.

DEus,qui tribus pueris mitigaſti flãmas ignium,concede propicius:vt nos famulos tuos non exurat flamma vitiorum.

ACtiones noſtras,quæſumus Domine,aſpirando præueni: & adiuuando proſequere: vt cuncta noſtra oratio, & operatio à te ſemper incipiat,& per te cœpta finiatur.

DA nobis,quæſumus Domine, vitiorum noſtrorum flammas extinguere:qui beato Laurentio,tribuiſti tormentorum ſuorum incendia ſuperare. Per Chriſtum Dominum noſtrum.Amen.

¶ Aliæ orationes pro opportunitate Sacerdotis ante celebrationem & Communionem dicendæ.

Oratio S.Ambroſij Epiſcopi.

SVmme ſacerdos & vere pontifex Ieſu Chriſte,qui te obtuliſti Deo Patri in ara crucis hoſtiam puram & immaculatam pro nobis miſeris peccatoribus,& qui dediſti nobis carnem tuam ad manducandum,& ſanguinem tuum ad bibendum,& poſuiſti myſterium iſtud in virtute Spiritus ſancti,dicens: Hæc quotieſcunque feceritis,in mei memoriam facietis. Rogo per tuum ſanguinem pretioſum,magnum ſalutis noſtræ pretium.Rogo per hanc miram,& ineffabilem charitatem, qua nos miſeros, & indignos ſic amare dignatus es, vt lauares nos à peccatis noſtris in ſanguine tuo. Doce me ſeruum tuum indignum quem inter cætera dona tua ad officium ſacerdotale vocare dignatus es,nullis meis meritis,ſed ſola dignatione miſericordiæ tuæ. Doce me quæſo per ſpiritum tuum tãtum myſterium tractare ea reuerentia & honore, eaque deuotione & timore quibus oportet & decet.Fac me Domine Ieſu Chriſte per gratiam tuam ſemper illud de tanto myſterio credere & intelligere, ſentire & firmiter retinere, dicere & cogitare, quòd tibi placet, & expedit animæ meæ. Intret ſpiritus tuus bonus in cor meum, qui ſonet ibi ſine ſono,& ſine ſtrepitu verborum loquatur omnem veritatem tantorum myſteriorum. Profunda ſunt nimis,& ſacro tecta velamine.Propter magnam clementiam tuam, concede mihi hodie & ſemper miſſarum ſolennia puro corde & pura mente celebrare.Libera cor meum ab immundis,& nefandis, vanis & obnoxijs cogitationibus.Muni me beatorum angelorum pia & fida tutela, atque fortiſsima cuſtodia,vt hoſtes omnium bonorum confuſi diſcedant per virtutem tanti myſterij, & per manum ſancti angeli tui.Repelle à me Domine Ieſu Chriſte, & à cunctis ſeruis tuis duriſsimum ſpiritum ſuperbiæ,cenodoxiæ, inuidiæ,iracundiæ,fornicationis, & immũditię,dubietatis & blaſphemię.Confundantur qui nos perſequuntur,pereant illi qui cuncta perdere feſtinant. Rex virtutum,

tūtum, caſtitatis, & integritatis, amator Deus cœleſti rore benedictionis tuæ extingue in corpore meo totum fomitem ardentem libidinis: vt maneat in me tenor totius caſtitatis animæ & corporis. Mortifica in me carnis ſtimulos, & omnes libidinis commotiones, & da mihi veram & perpetuam caſtitatem cum cæteris donis tuis quæ tibi placent in veritate, vt ſacrificium laudis caſto corpore, & mundo corde quotidie valeam tibi offerre. Quanta enim Domine Ieſu Chriſte cordis contritione, & lachrymarū fonte, quanta reuerentia & tremore, quanta corporis caſtitate, & animi puritate iſtud diuinum & cœleſte ſacrificium eſt celebrandum, vbi caro tua in veritate ſumitur: vbi ſanguis tuus in veritate bibitur, vbi ſumma imis iunguntur: vbi adeſt præſentia ſanctorum angelorum: vbi tu es ſacerdos, & ſacrificium mirabiliter, & ineffabiliter conſtitutus? Quis digne hoc celebrare poterit, niſi tu Deus omnipotens offerentem feceris dignum? Scio, & vere ſcio, & ipſum pietati tuæ confiteor, quia non ſum dignus accedere ad myſterium tantum, propter nimia peccata mea, & infinitas negligentias meas. Sed ſcio veraciter & credo ex toto corde, & ore confiteor, quia potes me facere dignum qui ſolus potes mundum facere de immundo conceptum ſemine, de peccatoribus facere iuſtos, & ſanctos. Per hanc omnipotentiam tuam te rogo, vt concedas mihi peccatori hoc cœleſte ſacrificium celebrare cum timore & tremore, cum cordis puritate, & lachrymarum fonte, cum lætitia ſpiritali, & cœleſti gaudio. Sentiat mens mea dulcedinem beatiſsimæ præſentiæ tuæ, & excubias ſanctorum angelorum tuorum in circuitu meo. Ego enim Domine memor venerandæ paſsionis tuæ accedo ad altare tuum, licet peccator, vt offeram tibi ſacrificium, quod tu inſtituiſti: & offerri præcepiſti in commemorationem tui, pro ſalute noſtra. Suſcipe ergo iſtud quæſo ſumme Deus, dulciſsime Ieſu Chriſte pro Eccleſia tua ſancta: & pro cuncto populo tuo quem acquiſiſti ſanguine tuo pretioſo. Et quoniam me peccatorem inter te, & eundem populum medium eſſe voluiſti, licet in me boni operis teſtimonium non agnoſcas, officium diſpenſationis creditæ non recuſes, nec per me indignum famulum tuum, eorum ſalutis pereat pretium: pro quibus victima factus ſalutaris dignatus es eſſe redemptio. Profero ergo Domine, (ſi dignaris propitius intueri) tribulationes plebium, pericula populorum, captiuorum gemitum, miſeriam orphanorum, neceſsitates peregrinorum, inopiam debilium, deſperationes languentium, defectus ſenum, ſuſpiria iuuenum, vota virginum, lamenta viduarum. Tu enim miſereris omnium Domine: & nihil odiſti omnium quę feciſti. Memorare quæ ſit noſtra ſubſtantia: quia tu pater noſter es: ne iraſcaris ſatis, neque multitudinem viſcerum tuorum ſuper nos contineas. Non enim in iuſtificationibus noſtris proſternimus preces noſtras ante faciem tuam, ſed in miſerationibus tuis multis. Aufer â nobis Domine iniquitates noſtras: & ignem ſancti Spiritus in nobis clementer accende. Aufer cor lapideum de carne noſtra: & da nobis cor carneum, quod te timeat, diligat, & honorificet: in te delectetur, te ſequatur: & te perfruatur. Oramus Domine clementiam tuam, vt ſereno vultu familiam tuam, ſacri tui nominis officia prǽſtolantem aſpicere digneris. Et vt nullius ſit irritum votum, nullius vacua poſtulatio: tu nobis preces ſuggere,

quas ipſe audire propicius, & exaudire delecteris. Rogamus etiam te ſancte Pater pro ſpiritibus fidelium defunctorum: vt ſit illis ſalus ęterna, ac perpetua ſanitas, gaudium, & refrigerium ſempiternum: hoc magnum pietatis ſacramentum. Domine Deus meus ſit illis hodie magnum, & plenum gaudium de te pane viuo & vero, qui de cœlo deſcendiſti, & das vitam mundo de carne ſancta, & benedicta, agni videlicet immaculati, qui tollis peccata mundi. Et potari de fonte pietatis tuæ, qui per lanceam militis de latere emanauit crucifixi Domini noſtri, vt conſolati exultent in laude & gloria tua ſancta. Peto Domine clementiam tuam, vt deſcendat ſuper hunc panem, & calicem iſtum plenitudo diuinitatis tuę. Deſcendat etiam Domine illa ſancti Spiritus tui inuiſibilis forma, & incomprehenſibilis maieſtas, ſicut quondam in Patrum hoſtias deſcendebat, quę & oblationes noſtras corpus & ſanguinem tuum efficiat, & me indignum ſacerdotem tuum doceat tantum tractare myſterium, ita vt placide ac benigne ſacrificium ſuſcipias de manibus meis ad ſalutem omnium tam viuorum, quam defunctorum. Rogo te Domine per ipſum ſacroſanctum myſterium corporis & ſanguinis tui, quo quotidie in Eccleſia tua paſcimur & potamur, abluimur & ſanctificamur, atque vnius tuę ſummæque diuinitatis participes efficimur, quatenus des mihi virtutes tuas ſanctas, quibus repletus, bona conſcientia ad altare tuum accedam, ita vt hęc cęleſtia ſacramenta efficiantur mihi ſalus & vita. Tu enim dixiſti ore tuo ſancto & benedicto: Panis quem ego dedero, caro mea eſt pro mundi vita. Et qui manducat me, vita viuet propter me, ipſe manet in me, & ego in eo. Ego ſum panis viuus, qui de cęlo deſcendi. Si quis manducauerit ex hoc pane, viuet in æternum. Panis dulciſsime, ſana palatum cordis mei, vt ſentiam ſuauitatem amoris tui. Sana ab omni languore, vt nullam pręter te amem pulchritudinem. Panis candidiſsime, habens in te omne delectamentum, & omnis ſaporis ſuauitatem: qui nos ſemper reficis: comedat te cor meum, & dulcedine ſaporis tui repleantur viſcera animę meę. Manducat te angelus pleno ore, manducet te peregrinus homo pro modulo ſuo, ne deficere poſsit in via, tali recreatus viatico. Panis ſancte, panis viue, panis pulcher, panis munde, qui deſcendiſti de cœlo, & das vitam mundo, veni in cor meum, & munda me ab omni inquinamento carnis & ſpiritus. Intra in animam meam, ſana & ſanctifica me intus, & exterius. Eſto tutamen, & perpetua ſalus corporis & animę meę. Repelle à me inſidiantes mihi. Hoſtes recedant procul à præſentia tua, vt foris & intus per te munitus recto tramite perueniam ad tuum regnum, vbi non myſterijs ſicut in hoc tempore agitur, ſed facie ad faciem te videbimus, cum tradideris regnum Deo Patri, & erit Deus omnia in omnibus. Tunc me de te ſatiabis ſatietate mirifica, vt nec eſuriam, nec ſitiam in ęternum. Qui cum eodem Deo Patre, & Spiritu ſancto viuis & regnas, per omnia ſęcula ſęculorum. Amen.

Alia Oratio ante Miſſam.

AD menſam dulciſsimi conuiuij tui, pie Domine Ieſu Chriſte ego peccator de proprijs meritis nihil pręſumens, ſed de tua confidens miſericordia, & bonitate, accedere vereor

reor & contremiſco. Nam cor & corpus habeo multis criminibus maculatum, mentem & linguam non cautè cuſtoditam. Ergo ò pia Deitas, ò tremenda maieſtas, ego miſer inter anguſtias deprehenſus, ad te fontem miſericordię recurro: ad te feſtino ſanandus: ſub tuam protectionem fugio: & quem iudicem ſuſtinere nequeo, ſaluatorem habere ſuſpiro. Tibi Domine plagas meas oſtendo: tibi verecundiam meam detego. Scio peccata mea multa, & magna, pro quibus timeo, Spero miſericordias tuas, quarum non eſt numerus. Reſpice ergo in me oculis miſericordiæ tuæ, Domine Ieſu Chriſte, Rex æterne, Deus, & homo, crucifixus propter hominem. Exaudi me ſperantem in te: miſerere mei pleni miſerijs & peccatis, tu qui fontem miſerationis nunquam manare ceſſabis. Salue ſalutaris victima, pro me & omni humano genere in patibulo crucis oblata. Salue nobilis & pretioſe ſanguis, de vulneribus crucifixi Domini mei Ieſu Chriſti profluens, & peccata totius mundi abluens. Recordare Domine creaturæ tuæ, quam tuo ſanguine redemiſti: pœnitet me peccaſſe: cupio emendare quod feci. Aufer ergo à me clementiſsime Pater omnes iniquitates, & peccata mea: vt purificatus mente & corpore, digne deguſtare merear ſancta ſanctorum: & concede, vt ſancta prælibatio corporis & ſanguinis tui, quã ego indignus ſumere intendo, ſit peccatorum meorum remiſsio, ſit delictorum perfecta purgatio, ſit turpium cogitationum effugatio, bonorumque ſenſuum regeneratio, operumque tibi placentium ſalubris efficacia, animæ quoque & corporis contra inimicorum meorum inſidias firmiſsima tuitio. Amen.

Oratio Sancti Thomæ Aquinatis.

OMnipotens ſempiterne Deus, ecce accedo ad Sacramentum vnigeniti Filij tui Domini noſtri Ieſu Chriſti. Accedo tanquam infirmus ad medicum vitæ, immundus ad fontem miſericordiæ, cæcus ad lumen claritatis æternæ; pauper & egenus ad Dominum cœli & terræ. Rogo ergo immenſæ largitatis tuæ abundantiam, quatenus meam curare digneris infirmitatem, lauare fœditatem, illuminare cæcitatem, ditare paupertatem, veſtire nuditatem: vt panem Angelorum, Regem regum, Dominum dominantium tanta ſuſcipiam reuerentia & humilitate, tanta contritione & deuotione, tanta puritate & fide, tali propoſito & intentione, ſicut expedit ſaluti animę meæ. Da mihi, quæſo, Dominici corporis & ſanguinis, non ſolùm ſuſcipere Sacramentum, ſed etiam rem & virtutem Sacramenti. O mitiſsime Deus, da mihi corpus vnigeniti Filij tui Domini noſtri Ieſu Chriſti, quod traxit de Virgine Maria, ſic ſuſcipere: vt corpori ſuo myſtico merear incorporari, & inter eius membra connumerari. O amantiſsime Pater, concede mihi dilectum Filium tuum, quem nunc velatum in via ſuſcipere propono, reuelata tandem facie perpetuo contemplari. Qui tecum viuit & regnat.

Aliæ orationes poſt celebrationem, & Communionem dicendæ.

¶ Oratio Sancti Thomæ.

GRatias tibi ago Domine ſancte, Pater omnipotens, æterne Deus qui me peccatorem, indignum famulum tuum nullis meis meritis, ſed ſola dignatione miſericordiæ tuæ ſatiare dignatus es pretioſo corpore & ſanguine Filij tui Domini noſtri Ieſu Chriſti. Et precor vt hæc ſancta Communio non ſit mihi reatus ad pœnam, ſed interceſsio ſalutaris ad veniam. Sit mihi armatura fidei, & ſcutum bonæ voluntatis. Sit vitiorum meorum euacuatio, concupiſcentiæ & libidinis exterminatio, charitatis & patiētiæ, humilitatis & obedientię augmentatio: contra inſidias inimicorum omnium, tam viſibilium, quam inuiſibilium firma defenſio: motuum meorum, tam carnalium, quam ſpiritualium, perfecta quietatio, in te vno ac vero Deo firma adhæſio: atque finis mei fœlix cōſummatio. Et precor te, vt ad illud ineffabile conuiuium me peccatorē perducere digneris: vbi tu cum Filio tuo & Spiritu ſancto, ſanctis tuis es lux vera, ſatietas plena, gaudiū ſempiternum, iucunditas conſummata, & fęlicitas perfecta. Per Chriſtum Dominum noſtrum.

Alia Oratio Sancti Bonauenturę.

TRāsfige dulciſsime Domine Ieſu medullas & viſcera animæ meæ, ſuauiſsimo ac ſalubertimo, amoris tui vulnere, vera ſerenaque, & apoſtolica ſanctiſsima charitate, vt langueat & liqueſiat anima mea ſolo ſemper amore, & deſiderio tui, te concupiſcat, & deficiat in atria tua, cupiat diſſolui, & eſſe tecum. Da, vt anima mea te eſuriat, panem angelorum, refectionem animarum ſanctarum, panem noſtrum quotidianum, ſuperſubſtantialem, habentem omnem dulcedinem, & ſaporem, & omne delectamentum ſuauitatis: te, in quem deſiderant angeli proſpicere, ſemper eſuriat & comedat cor meum, & dulcedine ſaporis tui repleantur viſcera animę meæ: te ſemper ſitiat fontem vitæ, fontem ſapientiæ & ſcientię, fontem ęterni luminis, torrentem voluptatis, vbertatem domus Dei: te ſemper ambiat, te quęrat, te inueniat, ad te tendat, ad te perueniat, te meditetur, te loquatur, & omnia operetur in laudē & gloriam nominis tui, cum humilitate & diſcretione cum dilectione & delectatione, cum facilitate & affectu, cum perſeuerantia vſque in finem: & tu ſis ſolus ſemper ſpes mea, tota fiducia mea, diuitię meę, delectatio mea, iucunditas mea, gaudium meum, quies & tranquillitas mea, pax mea, ſuauitas mea, odor meus, dulcedo mea, cibus meus, refectio mea, refugium meum, auxilium meum, ſapientia mea, portio mea, poſſeſsio mea, theſaurus meus, in quo fixa & firma & immobiliter ſemper ſit radicata mens mea, & cor meum. Amen.

Rhythmus Sancti Thomæ ad ſacram Euchariſtiam.

ADoro te deuote, latens Deitas,
Quę ſub his figuris verè latitas:
Tibi ſe cor meum totum ſubijcit,
Quia te contemplans totum deficit.
Viſus, tactus, guſtus in te fallitur,
Sed auditu ſolo tutò creditur.
Credo quidquid dixit Dei Filius.
Nil hoc verbo veritatis verius.
In cruce latebat ſola Deitas,

At hic latet, ſimul & humanitas:
Ambo tamen credens atque confitens,
Peto quod petiuit latro pœnitens.
Plagas, ſicut Thomas, non intueor,
Deum tamen meum te confiteor.
Fac me tibi ſemper magis credere,
In te ſpem habere, te diligere.
O memoriale mortis Domini,
Panis viuus, vitam præſtans homini:
Præſta meæ menti de te viuere,
Et te illi ſemper dulce ſapere.
Pie pellicane Ieſu Domine,
Me immundum munda tuo ſanguine:
Cuius vna ſtilla ſaluum facere
Totum mundum quit ab omni ſcelere.
Ieſu, quem velatum nunc aſpicio,
Oro, fiat illud, quod tam ſitio:
Vt te reuelata cernens facie,
Viſu ſim beatus tuæ gloriæ. Amen.

DE DEFECTIBVS IN CELEBRATIONE MISSARVM OCCVRRENTIBVS.

SAcerdos celebraturus, omnem adhibeat diligentiam, ne aliquid ex requiſitis ad ſacramentum Euchariſtiæ conficiendum deſit. Poteſt autem defectus contingere ex parte materiæ conſecrandæ, & ex parte formæ adhibendæ, & ex parte miniſtri cõficientis. Quicquid enim horum deficit, ſcilicet materia debita, forma cum intentione, & ordo ſacerdotalis in conficiente, non conficitur ſacramentum. Et his exiſtentibus, quibuſcunque alijs deficientibus, veritas adeſt ſacramenti. Alij vero ſunt defectus, qui in Miſſæ celebratione occurrentes, etſi veritatem ſacramenti non impediant, poſſunt tamen aut cum peccato, aut cum ſcandalo contingere.

De defectibus materiæ.

DEfectus ex parte materiæ poſſunt contingere, ſi aliquid deſit ex ijs, quæ ad ipſam requiruntur. Requiritur enim vt ſit panis triticeus, & vinum de vite: & vt huiuſmodi materia conſecranda, in actu conſecrationis ſit coram ſacerdote.

De defectu panis.

SI panis non ſit triticeus, vel ſi triticeus ſit admiſtus granis alterius generis in tanta quantitate, vt nõ maneat panis triticeus, vel ſit alioqui corruptus, non conficitur ſacramentum. Si ſit confectus de aqua roſacea, vel alterius diſtillationis, dubium eſt an conficiatur. Si cœperit corrumpi, ſed non ſit corruptus, ſimiliter ſi non ſit azymus, ſecundum morem eccleſiæ Latinæ, conficitur; ſed conficiens grauiter peccat. Si celebrans ante conſecrationem aduerterit hoſtiam eſſe corruptam, aut non eſſe triticeam, remota illa hoſtia, aliam ponat, & à Canone iterum incipiat, & proſequatur Miſſam. Si id aduerterit poſt conſecrationem, etiam poſt illius hoſtiæ ſeu ſanguinis ſumptionem poſita alia, à conſecratione incipiat, ſcilicet, ab illis verbis; Qui pridie quam pateretur, & illam priorem ſi non ſumpſit, ſumat poſt ſumptionem corporis & ſanguinis, vel alij ſumendam tradat, vel alicubi reuerenter conſeruet. Si autem ſumpſerat, nihilominus ſumat eam quam conſecrauit: quia præceptum de perfectione ſacramenti maioris eſt ponderis, quàm quod à ieiunis ſumatur. Aduertendum autem, quòd ſi hoc contingat poſt ſumptionem ſanguinis, apponi debet rurſus nouus panis, & vinum cum aqua, facta prius oblatione, & proſequenda omnia quæ ſequuntur, ne ſacramentum remaneat imperfectum, & vt debitus ſeruetur ordo. Si hoſtia conſecrata diſpareat, vel caſu aliquo, vt vento, aut miraculo, vel à

mure

mure accepta, vel alio animali, & nequeat reperiri; tunc altera conſecretur (ab eo loco incipiendo. Qui pridie quam pateretur: facta eius prius oblatione) & illud animal ſi capi poteſt, occidatur, & comburatur, & cineres eijciantur in Sacrarium, vel ſub altari.

De defectu vini.

SI vinum ſit factum penitus acetum, vel penitus putridum, vel de vuis acerbis, ſeu non maturis expreſſum, vel admixtum tantum aquæ vt vinum ſit corruptum; non conficitur ſacramentum.

Si vinum cœperit aceſcere, vel corrumpi, vel fuerit aliquantum acre, vel muſtum, tunc de vuis expreſſum, vel non fuerit admixta aqua, vel fuerit admixta aqua roſacea, ſeu alterius diſtillationis, conficitur Sacramentum, ſed conficiens grauiter peccat.

Si celebrans ante conſecrationem ſanguinis, quamuis poſt conſecrationem corporis, aduertat aut vinum, aut aquam, aut vtrunque non eſſe in calice; debet ſtatim apponere vinum cum aqua, & conſecrare, incipiendo ab illis verbis, Simili modo, &c.

Si poſt verba conſecrationis aduertat vinum non fuiſſe poſitum, ſed aquam, depoſita aqua, iterum vinum cum aqua ponat in calice, & reſumat à verbis prædictis. Si hoc aduertat poſt ſumptionem corporis, vel huiuſmodi aquæ, apponat aliam hoſtiam iterum conſecrandam, & vinum in calice, & vtrunque conſecret, & ſumat in fine, quamuis aliam hoſtiam conſecratam, vel aquam ſumpſerit, propter ſacramenti integritatem in celebratione ſeruandam.

Si quis percipiat ante conſecrationem, vel poſt conſecrationem totum vinum eſſe acetum, vel aliàs corruptum, idem ſeruetur quod ſupra, ac ſi deprehenderet non eſſe poſitum vinum, vel ſolam aquam fuiſſe appoſitam in calice.

Si autem celebrans ante conſecrationem calicis, aduertat non fuiſſe appoſitam aquam, ſtatim ponat eam, & proferat verba conſecrationis.

Si id aduertat poſt conſecrationem calicis, nullo modo apponat, quia non eſt de neceſsitate ſacramenti.

Si materia quæ eſſet apponenda ratione defectus, vel panis, vel vini, non poſſet vllo modo haberi, ſi id ſit ante conſecrationem corporis, vlterius procedi non debet: ſi poſt conſecrationem corporis, aut etiam vini deprehenditur defectus alterius ſpeciei, altera iam conſecrata: tunc ſi nullo modo haberi poſsit, procedendũ erit, & miſſa abſoluenda. Quod ſi expectando aliquandiu haberi poſſit, expectandum erit ne imperfectum ſacrificium remaneat.

De defectibus formæ.

DEfectus ex parte formæ poſſunt contingere, ſi aliquid deſit ex ijs quæ ad integritatem verborum in ipſa conſecratione requiruntur. Verba autem conſecrationis, quæ ſunt forma huius ſacramenti, ſunt hæc. Hoc eſt enim corpus meum. Et, Hic eſt enim calix ſanguinis mei, noui & æterni Teſtamenti, myſterium fidei, qui pro vobis, & pro multis effundetur in remiſsionem peccatorum. Si quis autem aliquid diminueret, vel immutaret de forma conſecrationis corporis & ſanguinis, & in ipſa verborum immutatione verba idem

idem non ſignificarent, non conficeret ſacramentum. Si quis aliquid adderet quod ſignificationem non mutaret, conficeret quidem, ſed grauiſſime peccaret. Si celebrans non recordetur ſe dixiſſe ea, quę in conſecratione communiter dicuntur, non debet propterea turbari. Si tamē certo ei, vel valde probabiliter conſtet, ſe omiſiſſe aliquid eorum quę ſunt de neceſsitate ſacramenti, id eſt, formā conſecrationis, reſumat ipſam formam, & cętera proſequatur per ordinem. Si autem non ſunt de neceſsitate ſacramenti, non reſumat, ſed procedat vlterius.

De defectibus Miniſtri.

Defectus ex parte Miniſtri, poſſunt contingere quo ad ea quę in ipſo requiruntur. Hęc autem ſunt. In primis intentio, deinde diſpoſitio animę, diſpoſitio corporalis, diſpoſitio veſtimentorum, diſpoſitio in miniſterio ipſo, quo ad ea quę in ipſo poſſunt occurrere.

De defectu intentionis.

Si quis non intendit conficere, ſed deluſoriè aliquid agere. Item ſi aliquę hoſtię ex obliuione remaneant in altari vel aliqua pars vini, vel aliqua hoſtia lateat, cum non intendat conſecrare, niſi quas videt. Item ſi quis habeat coram ſe vndecim hoſtias, & intendat conſecrare ſolum decem, non determinans quas decem intendit, non conſecrat, quia requiritur intentio. Secus ſi putans quidem eſſe decem, tamen omnes voluit conſecrare, quas coram ſe habebat: nam tunc omnes erunt conſecratæ: atque ideo quilibet ſacerdos talem ſemper intentionem habere deberet, ſcilicet, conſecrandi eas omnes, quas ante ſe ad conſecrandum poſitas habet. Si ſacerdos putans ſe tenere vnam hoſtiam, poſt conſecrationem inuenerit fuiſſe duas ſimul iunctas, in ſumptione ſumat ſimul vtranque. Quod ſi deprehendat poſt ſumptionem corporis, & ſanguinis, aut etiam poſt ablutionem, reliquias aliquas relictas conſecratas, eas ſumat, ſiue paruæ ſint, ſiue magnæ, quia ad idem ſacrificium ſpectant. Si vero relicta ſit hoſtia integra conſecrata, eam in tabernaculo cum alijs reponat: ſi hoc fieri nequit, ſequenti ſacerdoti ibi celebraturo, in altari ſupra corporalia decenter opertam, ſumendam vna cum altera, quam eſt conſecraturus relinquat: vel ſi neutrum horum fieri poſsit, in ipſo calice ſeu patena decenter conſeruet, quo vſque vel in tabernaculo reponatur, vel ab altero ſumatur: quod ſi non habeat quomodo honeſtè conſeruetur, poteſt eam ipſemet ſumere. Si intentio non ſit actualis in ipſa conſecratione propter euagationem mentis, ſed virtualis, cum accedens ad altare intēdat facere quod facit Eccleſia, cōficitur ſacramentū, etſi curare debet ſacerdos, vt etiam actualē intētionem adhibeat.

De defectibus diſpoſitionis animæ.

Si quis ſuſpenſus, excōmunicatus, & degradatus celebret: cōficit quidem Sacramentum, ſed grauiſsime peccat, tam propter communionem, quam indigne ſumit, quam propter executionem ordinum, quæ ſibi erat interdicta. Si quis habens copiam confeſſoris celebret in peccato mortali, grauiter peccat. Si quis autem in caſu neceſsitatis non habens copiam confeſſoris, in peccato mortali abſque contritione celebret, grauiter peccat. Secus ſi conteratur: debet tamen

cum

cum primum poterit confiteri. Si in ipſa celebratione Miſſæ ſacerdos recordetur ſe eſſe in peccato mortali, conteratur cum propoſito confitendi, & ſatisfaciendi. Si recordetur ſe eſſe excommunicatum, vel ſuſpenſum, aut locum eſſe interdictum: ſimiliter conteratur cum propoſito petendi abſolutionem: ante conſecrationem autem, ſi non timetur ſcandalum, debet Miſſam inceptam deſerere, ſecus ſi eſſet publicè excommunicatus.

De defectibus diſpoſitionis corporis.

SI quis non eſt ieiunus poſt mediã noctem, etiam poſt ſumptionem ſolius aquæ, vel alterius potus, aut cibi, per modum etiam medicinæ, & in quãtumcumque parua quantitate, non poteſt communicare, nec celebrare. Si autem ante mediam noctem cibum, aut potum ſumpſerit, etiam ſi poſtmodum non dormierit, nec ſit digeſtus, non peccat, ſed ob perturbationẽ mentis, ex qua deuotio tollitur, conſulitur aliquando abſtinendum. Si reliquiæ cibi remanentes in ore transglutiantur, non impediunt communionem, cum non transglutiantur per modum cibi, ſed per modum ſaliuæ. Idem dicendum, ſi lauando os, deglutiatur ſtilla aquæ præter intentionem. Si plures Miſſas in vna die celebret, vt in nocte Natiuitatis, in vltima tantum Miſſa percipiat purificationem. Si præceſſerit pollutio nocturna, quæ cauſata fuerit ex præcedenti cogitatione, quæ ſit peccatum mortale, vel venerit propter nimiam crapulam, abſtinendum eſt à communione, & celebratione. Si dubium eſt, an in præcedenti cogitatione fuerit peccatum mortale, conſulitur abſtinendum, extra tamen caſum neceſſitatis. Si autem certum eſt non fuiſſe in illa cogitatione peccatum mortale, vel nullam fuiſſe cogitationem, ſed eueniſſe ex naturali cauſa, aut ex diabolica illuſione, poteſt communicare, & celebrare, niſi ex illa corporis commotione tanta euenerit perturbatio mentis, vt abſtinendum videatur.

De defectibus in miniſterio ipſo occurrentibus.

POſſunt etiam defectus occurrere in miniſterio ipſo, ſi aliquid ex requiſitis ad illud deſit: vt ſi non celebretur in loco ſacro vel deputato ab Epiſcopo: nec in altari conſecrato: nec tribus mappis cooperto. Si non adſunt luminaria cerea: ſi non ſit tempus debitum celebrandi, quod eſt ab aurora vſque ad meridiem, communiter: ſi celebrans ſaltem Matutinum cum Laudibus non dixerit: ſi omittat aliquid ex veſtibus ſacerdotalibus: ſi veſtes ſacerdotales, & mappæ non ſint ab Epiſcopo vel ab alio hanc habente poteſtatem benedictæ: ſi non adſit clericus, vel alius deſeruiens in Miſſa, vel adſit qui deſeruire non debet, vt mulier: ſi non adſit calix, cum patena conueniens, cuius cuppa debet eſſe aurea, vel argentea, vel ſtannea: non ærea, vel vitrea: ſi corporalia non ſint munda, quæ debent eſſe ex lino, nec ſerico in medio ornata, & ab Epiſcopo, vel ab alio hanc habente poteſtatem benedicta: ſi celebrat capite cooperto ſine diſpenſatione: ſi non adſit Miſſale, licèt memoriter ſciret Miſſam, quam intendit dicere.

Si Sacerdote celebrante violetur Eccleſia ante canonem, dimittatur Miſſa: ſi poſt canonem, non dimittatur.

Si Sacerdos ante conſecrationem grauiter infirmetur, vel in ſyncopen inciderit, aut moriatur, prætermittitur

Miſſa: ſi poſt conſecrationem corporis tantum, ante conſecrationem ſanguinis, vel vtroque conſecrato, id accidit, Miſſa per alium Sacerdotem expleatur ab eo loco, vbi ille deſijt: ſi autem non obierit, ſed fuerit infirmus, adeo vt poſsit communicari, & non adſit alia hoſtia conſecrata, diuidat hoſtiam, & vnam partem præbeat infirmo, aliam ipſe ſumat: ſi autem ſemiprolata forma corporis obijt Sacerdos, aut ſemiprolata forma ſanguinis, tunc alter ſimiliter proſequatur Miſſam & ſuper eandem hoſtiam, ſeu eundem calicem repetat integram formam, ab eo loco (Qui pridie quam pateretur) & in ſanguine, ab eo loco (Simili modo poſtea quā cœnatū eſt) vel poſſet ſuper alium panē & in calice ſimiliter cum in forma calicis deficit, ſuper alium calicem præparatum, integram formam proferre, & hoſtiam primi Sacerdotis inter reliquias ſeruare, vel eam ſumere poſt ablutionem ſanguinis, ſi conſtat quod non ſit conſecrata: in dubio vero tutius eſt accipere poſt ſumptionem, & idem de calice relicto ſemiconſecrato.

Si quis extra huiuſmodi caſus neceſsitatis, integra ſacramenta non ſumpſerit, grauiſsime peccat.

Si muſca vel aranea, vel aliquid aliud ceciderit in calicem ante conſecrationem, proijciat vinum ſubtus altare, & aliud ponat in calice, miſceat parum aquæ, offerat, & proſequatur miſſam: ſi poſt conſecrationem ceciderit muſca, aut aliquid eiuſmodi, & fiat nauſea Sacerdoti, extrahat eam, & lauet cum vino, finita miſſa comburat, & cōbuſtio, ac lotio huiuſmodi in piſcina proijciatur: ſi autem non fuerit ei nauſea, nec vllum periculum timeat, ſumat cum ſanguine.

Si aliquod venenoſum ceciderit in calice, vel quod prouocaret vomitum, vinum conſecratum reponendum eſt in alio calice, & aliud vinum cum aqua apponendum denuo conſecrandum: & finita miſſa ſanguis repoſitus in panno lineo, vel ſtuppa tādiu ſeruetur, donec ſpecies vini fuerint deſiccatæ, & tunc comburatur, & combuſtio in ſacrario proijciatur.

Si aliquod venenatum contigerit hoſtiam conſecratam, tunc alteram conſecret, & ſumat modo quo dictum eſt, & illa ſeruetur in tabernaculo loco ſeparato, & animal captum occidatur, & comburatur, vt ſupra dictum eſt.

Si ſumendo ſanguinem, particula remanſerit in calice, digito ad labium calicis adducat, & ſumat ante purificationē, vel infundat vinum & ſumat.

Si hoſtia ante conſecrationem inueniatur fracta, niſi populo euidenter appareat, talis hoſtia conſecretur: ſi autem ſcandalum populo eſſe poſsit, alia accipiatur, & offeratur: quod ſi illius hoſtiæ iam erat facta oblatio, eam poſt ablutionem ſumat. Quod ſi ante oblationem hoſtia appareat confracta, accipiatur altera integra, ſi citra ſcādalum, aut longā moram fieri poterit.

Si propter frigus, vel negligentiam hoſtia conſecrata dilabatur in calicem propterea nihil eſt reiterandum, ſed Sacerdos miſſam proſequatur.

Si in hyeme ſanguis congeletur in calice, inuoluatur calix pannis calefactis: ſi id non proficeret, ponatur in feruenti aqua, dummodo in calice non intret, donec liquefiat.

Si per negligentiam aliquid de ſanguine Chriſti ceciderit, ſi quidem ſuper tabulam, lingua lambatur, & pars illa tabulæ radatur quantum ſatis eſt. Item ſi non fuerit tabula, locus ipſe radatur, & comburatur: cinis verò iuxta altare recondatur.

Si

Si verò ſuper lapidem altaris ceciderit, ſorbeat Sacerdos ſtillam, & locus bene abluatur, & ablutio in ſacrarium proijciatur.

Si ſuper linteũ altaris & ad aliud linteum ſtilla peruenerit, ſi vſque ad tertium, & linteamina ter abluantur vbi ſtilla ceciderit, calice ſuppoſito, & aqua ablutionis in ſacrarium proijciatur, & pars illa lintei ſiue pallæ poſt ablutionem abſcindatur, & comburatur, & cinis in piſcina condatur.

Quod ſi in ipſo ſolum corporali, aut ſi in veſtibus ipſis ſacerdotalibus ceciderit, ſatis erit ablui, & ablutio in piſcinam proijciatur.

Si in ſubſtrato pedibus panno, vel tapeto, & ablui oportebit, & partem abſcindi, & comburi, & cineres ſimiliter in piſcinam immitti.

At ſi contingat totum ſanguinem poſt conſecrationem effundi, ſi quidem aliquid vel parum remanſit, illud ſumatur, & de effuſo reliquo ſanguine fiat vt dictum eſt.

Si verò nihil omnino remanſit, ponat iterum vinum & aquam, & conſecret ab eo loco (ſimili modo poſteaquã cœnatum eſt) facta prius tamen calicis oblatione.

Si Sacerdos euomat Euchariſtiam, ſi ſpecies integræ appareant, reuerenter ſumantur, niſi nauſea fiat: tunc enim ſpecies conſecratæ caute ſeparentur, & in aliquo loco ſacro reponantur. Quod ſi ſpecies non appareant, comburatur vomitus, & cineres in piſcinam proijciantur.

Si hoſtia conſecrata, vel aliqua eius particula dilabatur in terram, reuerenter accipiatur, & locus vbi cecidit, mundetur, & aliquantulum abradatur, & puluis ſeu abraſio huiuſmodi in piſcinam proijciatur.

Si ceciderit extra corporale in mappam, ſeu alio quouis modo in aliquod linteum, mappa vel linteum huiuſmodi diligenter lauetur, & lotio ipſa in piſcinam effundatur.

Poſſunt etiam defectus in miniſterio ipſo occurrere, ſi Sacerdos ignoret ritus, & cæremonias ipſas in eo ſeruandas, de quibus omnibus in ſuperioribus rubricis copioſe dictum eſt.

FINIS.

ECCE VNVM VIRGO, TELLVS EXPECTAT ET ÆTHER
VERBVM, REDDE TVVM ET SVSCIPE DIVA PATRIS



RVMPERE SI VOTI SANCTISSIMA VINCLA NECESSEEST,
TANTA SED VT PARIAM PIGNORA CEDO DEO.

PROPRIVM

MISSARVM

DE TEMPORE,

SECVNDVM VSVM ORDINIS CISTERCIENSIS.

DOMINICA I. ADVENTVS.

Statio ad S. Mariam Maiorem.

Ad Miſſam. Introitus.

AD te leuáui ánimã meã: Deus meus, in te confído, nõ erubéſcam: neq; irrídeãt me inimíci mei: étenim vniuérſi, qui te expéctant, non confundéntur.

Pſalm. Vias tuas Dómine demónſtra mihi, & ſémitas tuas édoce me. ℣. Glória Patri, & Fílio, & Spirítui ſancto. Sicut erat in princípio, & nunc, & ſemper, & in ſæcula ſæculórum. Amen.

Quo finito repetitur Introitus. Ad te leuáui, vſq; ad Pſalmum. Hic modus repetendi Introitũ ſeruatur per totum annum.

Non dicitur Glória in excélſis. ab hac Dominica vſque ad Natiuitatẽ Domini. Neque Ite Miſſa eſt.

Dominus vobiſcũ.

℟. Et cũ ſpíritu tuo.

Orêmus. Collecta.

EXcita, quæſumus Dómine, potén-

tiam tuam,& veni: vt ab imminéntibus peccatôrum noſtrôrum perículis,te mereâmur protegénte éripi,te liberánte ſaluári. Qui viuis & regnas cum Deo Patre in vnitâte Spíritus ſancti, Deus: per ómnia ſæcula ſæculôrum.

℣. Amén. Ab hac die vſq; ad vigiliam Natiuitatis Dñi pro cõmemoratio. B.Mariæ. Collecta. Deus qui de B. Maríæ.

Léctio Epíſtolæ beáti Pauli apóſtoli ad Romános.

Cap. 13. FRatres: Sciéntes, quia hora eſt iam nos de ſomno ſúrgere. Nunc autem própior eſt noſtra ſalus,quàm cũ credídimus. Nox præcéſsit: dies autem appropinquâuit. Abijciâmus ergo ópera tenebrârum, & induâmur arma lucis. Sicut in die,honéſtè ambulêmus. Non in comeſſatiónibus,& ebrietátibus:non in cubílibus, & impudicítijs: nõ in contentiône,& æmulatiône,ſed induímini Dóminum Ieſum Chriſtum.

Pſal. 24. ℟. Vniuérſi, qui te expéctant,non confundéntur,Dómine. ℣. Vias tuas Dómine, notas fac mihi: & ſémitas tuas édoce me. Allelúia. ℣. Oſténde no-

Pſal. 84. bis Dómine, miſericórdiam tuam: & ſalutâre tuum da nobis, Allelúia.

Dñs vobíſcum. ℟. Et cũ ſpíritu tuo.

¶ Inítium ſancti Euangélij: ſecúndùm Marcum.

INítium Euãgélij Ieſu Chríſti filij Dei: ſicut ſcriptum eſt in Eſaía prophéta. Eccè mitto ángelum meum ante fáciem tuam, qui præparâbit viam tuam ante te. Vox clamántis in deſérto. Parâte viam Dñi rectas fácite ſémitas eius. Fuit Ioánnes in deſérto baptízans,& prædicans baptíſmũ pœniténtiæ,in remiſsiônem peccatôrum. Et egrediebâtur ad illum omnis Iudææ régio & Hieroſolymítæ vniuérſi: & baptizabántur ab illo in Iordâne flúmine: confiténtes peccâta ſua. Et erat Ioánnes veſtîtus pilis caméli, & zona pellícea circa lumbos eius: & locúſtas & mel ſyluéſtre edêbat. Et prædicâbat dicens, Venit fórtior me poſt me: cuius nõ ſum dignus procúmbens ſóluere corrígiam calciamentôrum eius. Ego baptízo vos aqua: ille verò baptizâbit vos ſpíritu ſancto. Credo. 1.c.A

Offert·

Pſal. 24. Offerto. Ad te leuáui Dómine ánimam meam: Deus meus in te confído, non erubéſcam: neque irrídeant me inimíci mei: étenim vniuérſi, qui te expéctant, non confundéntur. Secreta.

HÆc ſacra nos Dómine, poténti virtûte mundátos, ad ſuum fáciant, puriôres venîre princípiũ. Per Dñm.

Pſal. 84. Commu. Dóminus dabit benignitâtem: & terra noſtra dabit fructũ ſuũ.

Poſt communionem.

SVſcipiâmus Dómine, miſericórdiam tuam in médio templi tui: vt reparatiônis noſtræ ventûra ſolénnia, cóngruis honóribus præcedâmus. Per Dóminum.

Dóminus vobíſcum. ℟. Et cum ſpi.
Benedicâmus Dño. ℟. Deo grátias.

DOMINICA II. Aduentus.

Statio ad S. Crucem in Hieruſalem.

Introitus.

Iſai. 30. POpulus Sion, ecce Dñs véniet ad ſaluándas gẽtes: & audîtam faciet Dóminus glóriam vocis ſuę in lætítia cordis veſtri.

Pſal. 79. Pſal. Qui regis Iſraël inténde, qui dedúcis velut ouem Ioſeph. ℣. Glória Patri & Filio. Collecta.

EXcita Dómine, corda noſtra ad præparándas vnigéniti tui vias: vt per eius aduéntum, purificátis tibi méntibus ſeruîre mereâmur. Qui tecum viuit & regnat.

Léctio epiſtolæ beáti Pauli apóſtoli ad Romános.

FRatres: Quæcúnque ſcripta ſunt, ad noſtram doctrînam ſcripta ſunt: vt per patiéntiam & cõſolatiônem ſcripturârũ ſpem habeâmus. Deus autem patiéntiæ & ſolátij, det vobis idípſum ſápere in altérutrũ ſecundum Ieſum Chriſtum: vt vnánimes, vno ore honorificêtis Deum & Patrem Dómini noſtri Ieſu Chriſti. Propter quod ſuſcípite ínuicem, ſicut & Chriſtus ſuſcêpit vos in honôrem Dei. Dico enim Chriſtum Ieſum miniſtrum fuiſſe circunciſiônis propter veritâtẽ Dei, ad confirmándas promiſsiónes patrũ. Gẽtes autem ſuper miſericórdia honorâre Deũ, ſicut ſcriptum eſt. Proptérea confitêbor tibi in géntibus Dómine, & nómini tuo can- cap. 15.

tâbo.Et íterum dicit.Lętámini gentes cum plebe eius. Et íterum.Laudâte omnes gentes Dóminum,&magnificâte eum omnes pópuli. Et rurſum Iſaías ait.Erit radix Ieſſe:& qui exúrget régere gentes,in eum gentes ſperábunt. Deus autem ſpei rélpeat vos omni gáudio & pace in credéndo,vt abundêtis in ſpe,& virtûte Spíritus ſancti.

Pſal. 49. ℟.Ex Sion ſpécies decôris eius:Deus manifeſtè véniet. ℣.Congregâte illi ſanctos eius, qui ordinauérũt teſtamén tum eius ſuper ſacrifícia.

Pſal. 121. Alleluia. ℣.Lætâtus ſum in his, quæ dicta ſunt mihi:in domum Dómini íbimus, Allelúia.

¶ Sequéntia ſancti Euangélij ſecúndum Lucam.

21. c. IN illo tẽpore : Dixit Ieſus diſcípulis ſuis. Erunt ſigna in ſole & luna & ſtellis:& in terris preſſûra géntium,præ confuſiône ſónitus maris & flúctuum,areſcéntibus homínibus præ timôre & expectatiône quæ ſuperuénient vniuérſo orbi.Nam virtútes cœlôrum mouebúntur. Et tunc vidébunt fílium hóminis veniéntem in nube: cum poteſtâte magna,&maieſtâte.His autem fíeri incipiéntibus:reſpícite &leuâte cápita veſtra: quóniam appropínquat redémptio veſtra. Et dixit illis ſimilitúdinem. Vidête ficúlneã & omnes árbores: Cùm prodúcunt iam ex ſe frúctũ: ſcitis, quoniã prope eſt ęſtas. Ita & vos cum viderîtis hęc fíeri,ſcitôte, quóniam propè eſt regnum Dei. Amen dico vobis:quia non præterîbit generátio hæc ; donec ómnia fiant.Cœlum & terra tranſíbunt:verba autem mea: non tranſíbunt. Credo.

Offerto.Deus tu conuértens viuificâbis nos;& plebs tua lætábitur in te: oſténde nobis Dómine,miſericórdiam tuã,&ſalutâre tuũ da nobis. Pſal. 84.

Secreta

PLacâre,quæſumus Dómine,humilitâtis noſtræ précibus, & hóſtijs:& vbi nulla ſúppetunt ſuffrágia meritôrum:tuis nobis ſuccúrre præſidijs.Per Dóminum noſtrũ.

Communio.Hierúſalem ſurge,& ſta in excélſo:& vide iucũditâtem,quæ véniet tibi à Deo tuo. Baruch 4.

Poſt cõmu

REpléti cibo ſpirituâlis alimóniæ, ſúpplices te,Dómine,

mine, deprecâmur: vt huius participatiône myſterij, dóceas nos terrêna deſpícere: & amâre cæléſtia. Per Dómi num noſtrum.

DOMINICA III. Aduentus.

Statio ad ſanctum Petrum.

Introitus.

Phil. 4. GAudête in Dómino ſemper: íterum dico, gaudête: modéſtia veſtra nota ſit ómnibus homínibus: Dóminus propè eſt: nihil ſolíciti ſitis: ſed in omni oratiône petitiónes veſtræ innotéſcant apud Deũ.

Ibid. Pſal. Et pax Dei, quæ exúperat ómnem ſenſum: cuſtódiat corda veſtra, & intelligéntias véſtras.

Collecta.

AVrem tuam, quæſumus Dómine, précibus noſtris accómmoda: & mentis noſtrę ténebras, grátia tuę viſitatiônis illuſtra. Qui viuis.

Léctio Epiſtolæ beáti Pauli apóſtoli ad Corínthios.

1. C. 4. FRatres: Sic nos exíſtimet homo vt miníſtros Chriſti & diſpenſatóres myſteriô rum Dei. Hîc iam quæritur inter diſpenſatóres: vt fidêlis quis inueniâtur. Mihi autem pro mínimo eſt. Vt à vobis iú dicer aut ab humáno die: ſed neq; me ipſum iúdico. Nihil enim mihi cónſcius ſum: ſed non in hoc iuſtificâtus ſum. Qui autem iúdicat me: Dóminus eſt. Itaq; nolîte ante tẽpus iudicâre: quoadúſq; véniat Dóminus qui & illuminâbit abſcóndita tenebrârũ: & manifeſtâbit conſília córdium. Et tunc laus erit vnicuíq; à Deo.

℟. Qui ſedes, Dómine, ſuper Cherubím, éxcita poténtiam tuam, & veni. Pſal. 97.

℣. Qui regis Iſraél, inténde, qui dedúcis, velut ouem, Ioſeph. Alleluia. ℣. Excita, Dómine, poténtiam tuam, & veni: vt ſaluos fácias nos, Alleluia.

Sequéntia ſancti Euangélij ſecúndum Matthæum.

IN illo témpore: Cùm audíſſet Ioánnes in vínculis ópera Chriſti, mittens duos de diſcípulis ſuis, ait illi. Tu es qui ventûrus es, an álium expectâmus? Et reſpóndens Ieſus: ait illis. Eúntes renunciâte Ioánni: quæ audíſtis & vidíſtis. Cæ- C. 11

ci vident, cláudi ámbulant, le
próſi mundántur: ſurdi áu-
diunt; mórtui reſúrgunt: páu-
peres euangelizántur. Et beâ
tus eſt: qui non fúerit ſcanda
lizâtus in me. Illis autem ab-
eúntibus: cœpit Ieſus dícere
ad turbas de Ioánne. Quid
exíſtis in deſértum vidêre?
Arúndinem vento agitâtam?
Sed quid exíſtis vidêre? Hó-
minem móllibus veſtîtũ? Ec-
cè qui móllibus veſtiútur: in
dómibus regũ ſunt. Sed quid
exíſtis vidêre? Prophêtam?
Etiam dico vobis; & plúſquã
prophêtam. Hic eſt enim, de
quo ſcriptum eſt. Eccè mitto
ángelum meum ante fáciem
tuam: qui præparâbit viam
tuam ante te. Credo.

Pſal. 84. Offertorium. Benedixíſti, Dómine, terram tuam: auertíſti captiuitâtem Iacób: remiſiſti iniquitâtem plebis tuæ.

Secreta.

DEuotiônis noſtræ tibi, quæſumus Dómine, hóſtia iúgiter immolêtur, quæ & ſacri péragat inſtitûta myſtérij, & ſalutâre tuum in nobis mirabíliter operêtur. Per Dóminum noſtrum.

Iſai. 35. Communio. Dícite puſillánimis: Confortámini, & nolîte timêre: eccè Deus noſter véniet, & ſaluábit nos.

Póſt communionem.

IMplorâmus Dómine, cleméntiam tuam: vt hæc diuîna ſubſídia à vitijs expiátos ad feſta vẽtûra nos præparent. Per Dóminum noſtrum Ieſum Chriſtum.

FERIA QVARTA.

Quatuor temporum Aduentus.

Statio ad S. Mariam Maiorem.

Introitus.

ROrâte cæli déſuper, & nubes pluãt iuſtum: aperiâtur terra, & gérminet ſaluatôrẽ. Iſai. 45.
Pſalm. Et iuſtítia oriâtur ſimul: ego Dóminus creáui eum. Hic dicitur.
Dóminus vobíſcum. Collecta.

PRæſta, quæſumus, omnípotens Deus: vt redemptiônis noſtræ ventûra ſolénnitas: & præſéntis nobis vitæ ſubſídia cónferat: & ætérnæ beatitúdinis prẹmia largiâtur. Per Dóminum noſtrum Ieſum Chriſtum.

Prophetia. I.

Léctio Iſaíæ Prophétæ.

IN diêbus illis Dixit Iſaías Prophêta. Erit in nouíſſi- c. 2.

mis

mis diêbus prępparâtus mons domus Dómini in vértice móntium: & eleuábitur ſuper colles: & fluent ad eum omnes gentes: & ibunt pópuli multi, & dicent. Venîte, aſcendâmus ad montem Dómini: & ad domum Dei Iacób: & docêbit nos vias ſuas; & ambulábimus in ſémitis eius: quia de Sión exîbit lex: & verbum Dómini de Hieruſalém. Et iudicâbit gentes, & árguet pópulos multos. Et conflábunt glá-dios ſuos in vómeres, & lánceas ſuas in falces. Non leuâbit gens contra gentē glá-dium: nec exercebúntur vltrà ad prælium. Domus Iacób venîte, & ambulêmus in lúmine Dei noſtri.

Pſal. 23 ℟. Tóllite portas príncipes veſtras: & eleuámini portæ æternáles: & introîbit rex glóriæ. ℣. Quis aſcéndet in montem Dómini: aut quis ſtabit in loco ſancto eius? ínnocens mánibus & mundo corde. Hic non dicitur. ℣. Dóminus vobíſcum. ſed Orêmus. Collecta.

FEſtína, quæſumus Dómine, ne tardáueris: & auxílium nobis ſupérnæ virtûtis impénde: vt aduéntus tui cōſolatiónibus ſubleuéntur: qui in tua pietâte confídunt. Qui viuis.

Léctio Iſaíæ Prophétæ.

IN diêbus illis: Locûtus eſt Dóminus ad Acház, dicēs. c.7. Pete tibi ſignum à Dómino Deo tuo in profúndum inférni: ſiue in excélſum ſuprà. Et dixit Acház. Non petam: & non tentâbo Dóminum. Et dixit. Audîte ergò domus Dauíd. Nunquid parùm vobis eſt, moléſtos eſſe homínibus: quia moléſti eſtis & Deo meo: Propter hoc dabit Dóminus ipſe vobis ſiggnum. Eccè virgo concípiet, & páriet Fílium: & vocábitur nomen eius Emmánuel. Butyrum & mel cómedet: vt ſciat reprobâre malum, & elígere bonum.

℟. Propé eſt Dóminus ómnibus inuocántibus eum, ómnibus, qui inuocant eum in veritâte. Pſal. 144 ℣. Laudem Dómini loquêtur os meum, & benedîcat omnis caro nomen ſanctum eius.

Sequéntia ſancti Euángelij ſecúndùm Lucam.

IN illo témpore: Miſſus eſt c.1. ángelus Gábriel à Deo in

ciuitâtem Galilææ, cui nomen Nazaréth, ad vírginem deſponſâtam viro, cui nomen erat Ioſéph, de domo Dauíd: & nomen vírginis Marîa. Et ingréſſus ángelus ad eam dixit. Aue grátia plena: Dóminus tecum: benedícta tu in muliéribus. Quæ cùm audíſſet, turbâta eſt in sermône eius: & cogitâbat qualis eſſet iſta ſalutâtio. Et ait ángelus ei. Ne tímeas Marîa: inueníſti enim grátiam apud Deum. Eccè concípies in vtero, & páries Fílium: & vocâbis nomen eius Ieſum. Hic erit magnus: & fílius Altíſſimi vocábitur. Et dabit illi Dóminus Deus ſedem Dauíd patris eius: & regnâbit in domo Iacób in ætérnum: & regni eius non erit finis. Dixit autem Marîa ad ángelum. Quómodo fiet iſtud, quóniam virum non cognóſco? Et reſpóndens ángelus, dixit ei. Spíritus ſanctus ſuperuéniet in te: & virtus Altíſſimi obumbrâbit tibi. Ideòque & quod naſcêtur ex te ſanctum: vocábitur Fílius Dei. Et eccè Eliſabéth cognâta tua: & ipſa concêpit fílium in ſenectûte ſua. Et hic menſis, eſt ſextus illi, quæ vocâtur ſtérilis: quia non erit impoſsíbile apud Deum omne verbum. Dixit autem Marîa. Eccè ancílla Dómini: fiat mihi ſecúndum verbum tuum.

Offertorium. Aue Marîa grátia plena Dóminus tecum: benedícta tu in muliéribus, & benedíctus fructus ventris tui. Luc. 1.

Secreta.

ACcépta tibi ſint, quæſumus Dómine, noſtra ieiúnia: quæ & expiándo nos tua grátia dignos effíciant, & ad promíſſa ſempitérna perdúcant. Per Dóminum noſtrum Ieſum Chriſtum.

Communio. Eccè, virgo concípiet, & páriet Fílium, & vocábitur nomen eius Emmánuel. Iſa. 7

Poſt communionem.

SAlutâris tui Dómine, múnere ſatiáti, ſúpplices deprecâmur: vt cuius lætâmur guſtu, renouêmur effectu. Per Dóminum noſtrum Ieſum Chriſtum.

FERIA SEXTA
Quatuor Temporum Aduentus.

Statio ad ſanctos duodecim Apoſtolos.

Introitus.

Pſal. 118. PRope es tu Dómine, & omnes viæ tuæ véritas: inítio cognóui de teſtimónijs tuis: quia in ætérnum tu es.

Ibid. Pſalm. Beáti immaculáti in via, qui ámbulant in lege Dómini. ℣. Glória Patri, & Fílio.

Collecta.

EXcita, quæſumus Dómine, poténtiam tuam, & veni: vt hi, qui in tua pietâte confídunt, ab omni cítiùs aduerſitâte liberéntur. Qui viuis & regnas.

Léctio Iſaíæ Prophétæ.

cap. 11. HÆc dicit Dóminus Deus. Egrediêtur virga de radîce Ieſſé: & flos de radîce eius aſcéndet. Et requiéſcet ſuper eum ſpíritus Dómini, ſpíritus ſapiéntiæ & intelléctus, ſpíritus conſílij & fortitúdinis, ſpíritus ſciéntiæ & pietâtis: & replêbit eum ſpíritus timôris Dómini. Non ſecúndum viſiônem oculôrum iudicâbit, neque ſecúndum audîtū áurium árguet: ſed iudicâbit in iuſtítia páuperes, & árguet in æquitâte pro manſuétis terræ. Et percútiet terram virga oris ſui: & ſpíritu labiôrum ſuôrum interfíciet ímpium. Et erit iuſtítia cíngulum lumbôrum eius: & fides cinctórium renum eius.

℟. Oſténde nobis Dómine miſericórdiam tuam: & ſalutâre tuum da nobis. Pſal. 84.

℣. Benedixíſti Dómine terram tuam. auertíſti captiuitâtem Iacób. Ibid.

Sequéntia ſancti Euangélij ſecúndùm Lucam.

IN illo témpore: Exúrgens Marîa ábijt in montâna cum feſtinatiône, in ciuitâtem Iudá, & intrâuit in domum Zacharíæ: & ſalutâuit Eliſabéth. Et factum eſt, vt audîuit ſalutatiônem Maríæ Eliſabéth: exultâuit infans in vtero eius. Et replêta eſt Spíritu ſancto Eliſabéth: & exclamâuit voce magna, & dixit. Benedícta tu inter mulíeres: & benedíctus fructus ventris tui. Et vnde hoc mihi, vt véniat c. 1.

mater Dómini mei ad me? Eccè enim vt facta eſt vox ſalutatiônis tuæ in áuribus meis: exultauit in gáudio infans in vtero meo. Et beâta quæ credidíſti: quóniam perficiéntur ea, quæ dicta ſunt tibi à Dómino. Et ait María. Magníficat ánima mea Dóminum. Et exultâuit ſpíritus meus, in Deo ſalutári meo.

Pſal. 84. Offerto. Deus tu conuértens viuificábis nos: & plebs tua lætábitur in te: oſténde nobis Dómine miſericórdiam tuam: & ſalutáre tuum da nobis.

Secreta.

MVnéribus noſtris, quæſumus Dómine, précibuſq; ſuſcéptis, & cæléſtibus nos munda myſtérijs, & cleménter exáudi. Per Dóminũ noſtrum.

Zac. 14. Communio. Eccè Dóminus véniet, & omnes ſancti eius cum eo: & erit in die illa lux magna.

Poſt communionem.

TVi nos Dómine, ſacraménti libátio ſancta reſtáuret: & à vetuſtâte purgátos, in myſtérij ſalutâris fáciat tranſíre conſórtium. Per Dóminum noſtrum Ieſum Chriſtum.

SABBATHO

Quatuor Temporum Aduentus.

Statio ad ſanctum Petrum.

Introitus.

VEni, & oſténde nobis fáciem tuã Dómine, qui ſedes ſuper Cherubím: & ſalui érimus. Pſal. 79.

Pſal. Qui regis Iſraël, inténde: qui de dûcis velut ouẽ Ioſeph. ℣. Glória Patri & Fílio. Non dicitur Dñs vobíſcũ. vſq; poſt Hymnũ. Benedíctus es, &c. Orêmus. Collecta. Ibid.

DEus, qui cónſpicis, quia ex noſtra prauitâte afflígimur: concêde propítius: vt ex tua viſitatiône conſolêmur. Qui viuis.

Prophetia prima.

Léctio Iſaiæ Prophétæ.

IN diêbus illis: Clamábunt ad Dóminum à facie tribulántis: & mittet eis ſaluatôrem, & propugnatôrem: qui líberet eos. Et cognoſcêtur Dóminus ab Ægypto: & cognóſcẽt Ægyptij Dóminum in die illa: & colent eum in hóſtijs & munéribus: & vota vouébunt Dómino, & ſol uent. Et percútiet Dóminus c. 19

Ægyptum plaga, & ſanâbit
eã: & reuerténtur ad Dómi-
nũ, & placâbitur eis: & ſanâ-
bit eos Dóminus Deꝰ noſter.

Pſal. 18. ℟. A ſummo cælo egréſsio eius: & occúrſus eius vſque ad ſummum eius. ℣. Cæli enárrant glóriam Dei, & ópera mánuum eius annúnciat firmaméntum.

Collecta.

CONcêde quæſumus, omnípotẽs Deus: vt qui ſub peccáti iugo, ex vetúſta ſeruitûte deprímimur: expectáta vnigéniti Fílij tui noua natiuitâte liberêmur. Per eúndẽ Dóminum.

2. Léctio Iſaíæ Prophétæ.

c. 35 HÆc dicit Dóminus Deus. Lætábitur deſérta & ínuia: & exultâbit ſolitûdo: & florêbit quaſi lílium. Gérminans germinâbit: & exultâbit lætabúnda & laudãs. Glória Líbani data eſt ei: decor Carméli & Sarón. Ipſi vidébunt glóriam Dómini: & decôrem Dei noſtri. Confortâte manus diſſolútas: & génua debília roborâte. Dícite puſillánimis: Confortámini, & nolîte timêre. Eccè Deus noſter vltiônem addûcet retributiônis: Deus ipſe véniet, & ſaluâbit vos. Tunc aperiéntur óculi cæcôrum: & aures ſurdôrum patébunt. Tunc ſáliet, ſicut ceruus, claudus: & apérta erit lingua mutôrũ: quia ſciſſæ ſunt in deſérto aquæ: & torrẽtes in ſolitúdine: & quæ erat árida, erit in ſtagnum: & ſítiens in fontes aquârum. Ait Dóminus omnípotens.

Pſal. 18. ℟. In Sole póſuit Dóminus tabernáculum ſuum, & ipſe tanquam ſponſus procédens de thálamo ſuo. ℣. A ſummo cælo egréſsio eius, & occúrſus eius vſq; ad ſummum eius.

Collecta.

INdígnos nos, quæſumus Dñe, fámulos tuos, quos actiônis própriæ culpa contríſtat: vnigéniti Fílij tui aduéntu lætífica. Per eûndem Dóminum noſtrum.

3. Léctio Iſaíæ Prophêtæ.

HÆc dicit Dóminus. Super mõtẽ excélſum aſcẽde tu, qui euangelízas Sión. Exálta in fortitúdine vocem tuam: qui euangelízas Hieruſalẽ. Exálta: noli timêre. Dic ciuitátibus Iudæ. Ecce Deus veſter: ecce Dóminus Deus in fortitúdine véniet: & bráchium eius dominábitur. Eccè, merces eius cum eo: & c.40

opus illîus coram ipſo. Sicut paſtor, gregem ſuum paſcet: & in bráchio ſuo congregâbit agnos: & in ſinu ſuo leuâbit eos Dñs Deus noſter.

Pſal. 79 ℟. Dómine Deus virtûtum conuérte nos: & oſténde fáciem tuam, & ſalui érimus. ℣. Excita Dómine, poténtiam tuam, & veni: vt ſaluos fácias nos.

Collecta.

PRæſta, quæſumus, omnípotens Deus: vt Fílij tui ventûra ſolénnitas, & præſéntis nobis vitæ remédia cónferat: & præmia ætérna concêdat. Per eúndem Dóminũ noſtrum.

4. Léctio Iſaíæ Prophétæ.

c. 45 HÆc dicit Dóminus Chriſto meo Cyro: cuius apprehéndi déxteram: vt ſubíiciam ante fáciem eius gẽtes: & dorſa Regum vertam: & apériam coram eo iánuas: & portæ non claudéntur. Ego ante te ibo: & glorióſos terræ humiliâbo. Portas æreas cónteram: & vectes férreos cõfríngam. Et dabo tibi theſáuros abſcónditos: & arcâna ſecretôrum: vt ſcias, quia ego Dóminus: qui voco nomen tuum, Deus Iſraél: propter Iacób ſeruum meum, & Iſraél eléctum meum. Et vocáui te nómine tuo: aſſimiláui te: & non cognouíſti me. Ego Dóminus: & nõ eſt ámpliùs: extra me non eſt Deus. Accinxi te, & non cognouíſti me: vt ſciant hi, qui ab ortu Solis: & qui ab occidénte: quóniam abſque me non eſt Deus. Ego Dóminus, & non eſt alter: formans lucem: & creans ténebras: fáciens pacem, & creans malum. Ego Dóminus: fáciẽs ómnia hæc. Rorâte cæli déſuper: & nubes pluant iuſtum: aperiâtur terra: & gérminet ſaluatôrem: & iuſtítia oriâtur ſimul. Ego Dóminus creáui eum.

℟. Excita Dómine, poténtiam tuam, & veni: vt ſaluos fácias nos. ℣. Qui regis Iſraél, inténde: qui dedûcis velut ouem, Ioſéph: qui ſedes ſuper Cherubím, appâre coram Ephraím, Beniamín & Manaſſé. Pſal. 79.

Collecta.

PReces pópuli tui, quæſumus Dómine, cleménter exáudi: vt qui iuſtè pro peccátis noſtris afflígimur: pietâtis tuæ viſitatiône conſolêmur. Per Dóminum noſtrum Ieſum Chriſtum.

Lectio Danielis prophetæ.

c.3. IN diêbus illis: Angelus Dómini deſcéndit cum Azaría & ſócijs eius in fornâcẽ: & excúſsit flammã ignis de fornâce: & fecit médium fornâcis quaſi ventum roris flãtem. Flamma autem diffûſa eſt ſuper fornâcẽ cúbitis quadragínta nouem: & incéndit quos réperit iuxta fornâcem de Chaldęis miníſtros regis: qui eam incendébãt. Illos autem omníno non tétigit ignis: neque contriſtâuit: nec quicquam moléſtiæ íntulit. Tũc hi tres, quaſi ex vno ore, laudábant: & glorificábant & benedicébãt Deum in fornâce, dicéntes. Hymnus.

Dani, 3. BEnedíctus es Dómine Deus patrum noſtrôrum. Et laudábilis & gloriôſus in ſæcula.

Et benedíctũ nomen glóriæ tuę: quod eſt ſanctum. Et laudábile & gloriôſum in ſæcula.

Benedíctus es in tẽplo ſancto glóriæ tuæ. Et laudábilis & gloriôſus in ſęcula.

Benedíctus es ſup thronũ ſanctũ regni tui. Et laudábilis & gloriôſus in ſæcula.

Benedíctus es ſuper ſceptrum diuinitâtis tuæ. Et laudábilis & gloriôſus in ſæcula.

Benedíctus es, qui ámbulas ſuper pēnas ventôrum. Et laudábilis, & gloriôſus in ſæcula.

Benedíctus es, qui ſedes ſuper Chérubim; íntuens abyſſos. Et laudábilis, & gloriôſus in ſæcula.

Benedícant te omnes ángeli, & ſancti tui. Laudábilẽ, & gloriôſum in ſæcula.

Benedícant te cœli, terra, mare, & ómnia, quæ in eis ſunt. Laudábilem, & gloriôſum in ſæcula.

Glória Patri, & Fílio, & Spirítui ſancto. Et laudábili & gloriôſo in ſæcula.

Sicut erat in princípio, & nunc, & ſemper, & in ſæcula ſæculôrum amen. Et laus & honor potéſtas, & impérium.

Benedíctus es Dómine Deus patrum noſtrôrum. Et laudábilis & gloriôſus in ſæcula. Hic dicitur ℣ Dóminus vobíſcum. Orêmus. Collecta

DEus, qui tribus púeris mitigáſti flammas ígnium: concêde propítius: vt nos fámulos tuos non exûrat flamma vitiôrum. Per Dominum noſtrum.

Sequitur Collecta Deus qui de beatæ Mariæ. Et Deus à quo, & nulla alia ex vſitatis

Lectio Epiſtolæ B. Pauli apoſtoli ad Theſſalonicénſes.

FRatres: Rogâmus vos per aduéntum Dómini noſtri 2. c. 2.

Ieſu Chriſti: & noſtræ congregatiônis in ipſum, vt non citò moueámini à veſtro ſenſu: neque terreámini, neque per ſpíritum, neque per ſermônem, neq; per epíſtolam, tanquã per nos miſſam, quaſi inſtet dies Dômini. Ne quis vos ſedûcat vllo modo: quóniã, niſi vénerit diſcéſſio primùm: & reuelâtus fúerit homo peccâti, fílius perditiônis, qui aduerſâtur, & extóllitur ſupra omne quod dícitur Deꝰ, aut quod cólitur: ita vt in tẽplo Dei ſédeat, oſténdens ſe tanquam ſit Deus. Non retinẽtis, quòd cùm adhuc eſſem apud vos, hæc dicêbam vobis? Et nũc quid detíneat, ſcitis: vt reuelêtur in ſuo témpore. Nam myſtérium iam operâtur iniquitâtis: tantùm vt qui tenet, nunc téneat, donec de médio fiat. Et tunc reuelábitur ille inîquus, quem Dóminus Ieſus interfíciet ſpíritu oris ſui: & déſtruet illuſtratiône aduéntus ſui.

Pſal. 79. Tract. Qui regis Iſraél, inténde: qui dedúcis, velut ouem Ioſeph. ℣. Qui ſedes ſuper Cherubím, appáre coram Ephraím, Beniamín, & Manaſſe.

℣. Excita, Dómine poténtiam tuam, & veni, vt ſaluos fácias nos.

Sequéntia ſancti Euangélij ſecúndùm Lucam.

ANno quintodécimo Impérij Tybérij Cęſaris, procurántePóntio Piláto Iudæam, tetrárcha autem Galilææ Herôde, Philíppo autẽ fratre eius tetrárcha Iturææ, & Traconítidis regiônis, & Lyſánia Abilínę tetrárcha, ſub princípibus ſacerdôtum Anna & Cáipha: factum eſt verbum Dómini ſuper Ioánnem Zacharíę fílium, in deſérto. Et venit in omnem regiônem Iordânis, prædicans baptíſmum pœniténtiæ in remiſſiônem peccatôrum: ſicut ſcriptum eſt in libro ſermônum Iſaíæ Prophétæ. Vox clamántis in deſérto, Parâte viam Dómini, rectas fácite ſémitas eius. Omnis vallis implébitur: & omnis mons & collis humiliábitur. Et erunt praua in diré cta: & áſpera in vias planas. Et vidèbit omnis caro ſalutâre Dei.

(c. 3. — Iſa. 40.)

Offerto. Exúlta ſatis fília Sion: prædica fília Hieruſalém: ecce rex tuus ve- Zac. 9.

nit tibi, ſanctus, & ſaluâtor. Secreta.

SAcrifícijs prǽſéntib⁹, quęſumus, Dómine, placâtus, inténde: vt & deuotióni noſtræ profíciant, & ſalúti. Per.

Pſal. 18. Communio. Exultâuit vt gigas ad curréndam viam: à ſummo cælo egréſſio eius, & occúrſus eius vſque ad ſummum eius. Poſt communio.

QVæſumus, Dómine Deus noſter: vt ſacroſáncta myſtéria, quę pro reparatiônis noſtræ munímine contulíſti: & præſens nobis remédium eſſe fácias, & futûrum. Per Dóminum noſtrum Ieſum Chriſtum.

****

DOMINICA IIII. Aduentus.

Statio ad SS. duodecim Apoſtolos.

Introitus.

Pſal. 105 MEménto noſtri Dómine in beneplácito pópuli tui. Víſita nos in ſalutári tuo: ad vidéndum in bonitâte electôrum tuôrũ in lætítia gentis tuę: vt laudêris cum hæreditâte tua.

Eod. Pſal. Confitémini Dómino quóniam bonus: quóniam in ſæculum miſericórdia eius. Collecta.

EXcita Dómine poténtiam tuam & veni: & magna nobis virtûte ſuccúrre: vt per auxílium grátiæ tuæ quod noſtra peccâta præpédiunt: indulgéntia tuæ propiciatiônis accéleret. Qui viuis.

Léctio epíſto. B. Pauli apoſt. ad Philippenſes.

FRatres: Gaudête in Dño ſemper: íterũ dico gaudête. Modéſtia vr̃a nota ſit ómnibus homínibus: Dñs propè eſt. Nihil ſolíciti ſítis: ſed in omni oratiône & obſecratiône, cũ gratiàrũ actiône, petitiónes vr̃æ innotéſcãt apud Deũ. Et pax Dei quæ exúperat omnẽ ſenſum, cuſtódiat corda veſtra & intelligentias vr̃as, in Chr̃o Ieſu Dño nr̃o. 4. A

℟. Prope eſt Dóminus ómnibus inuocántibus eum: ómnibus qui inuocant eum in veritâte. ℣. Láudem Dómini loquêtur os meum: & benedícat omnis caro nomen ſanctum eius. Alleluia. Pſal. 144.

℣. Veni Dómine & noli tardâre: reláxa facínora plebis tuæ.

¶ Sequéntia ſancti Euangélij ſecúndum Ioãnnẽ.

IN illo témpore. Miſérunt Iudæi ab Hieroſólymis ſacerdó- 1. c.

tes & leuítas ad Ioánnem, vt interrogárent eum: Tu quis es? Et conféſſus eſt & non negâuit. Et conféſſus eſt, quia non ſum ego Chriſtus. Et interrogauérunt eum. Quid ergo? Elías es tu? Et dixit. Non ſum. Prophêta es tu? Et reſpõdit. Non. Dixérunt ergo ei. Quis es? Vt reſpõſum demus his qui miſérunt nos? Quid dicis de te ipſo? Ait. Ego vox clamántis in deſérto: dirígite viam Dñi. Sicut dixit Iſaías prophêta. Et qui miſſi fúerãt erant ex phariſæis. Et interrogauérunt eum, & dixérunt ei. Quid ergo baptízas, ſi tu non es Chriſtus, neq; Elías, neq; prophêta? Reſpóndit eis Ioánnes dicens. Ego baptízo in aqua: médius autẽ veſtrũ ſtetit quẽ vos non ſcitis. Ipſe eſt qui poſt me ventûrus eſt, qui ante me factus eſt; cuius ego non ſum dignus vt ſoluã eius corrígiã calciaménti. Hæc in Bethánia facta ſunt trans Iordânẽ, vbi erat Ioánnes baptízans. Credo.

Offerto. Confortámini & iam noli te timére: ecce enim Deus noſter retribuens iudícium: ipſe véniet & ſaluos nos fáciet.

Secreta.

Sacrifícijs pręſéntibus, quę ſumus Dómine, placâtus inténde: vt & deuotióni noſtræ profíciant, & ſalúti. Per Dóminum noſtrum.

Cõmunio. Ecce virgo concípiet, & páriet fílium: & vocábitur nomen eius Emmánuel. Iſa. 7

Poſt cõmunio.

Sumptis munéribus, Dómine quæſumus? vt cum frequentatiône myſtérij creſcat noſtræ ſalûtis efféctus. Per Dóminum noſtrum.

****

IN VIGILIA Natiuitatis Domini.

Statio ad S. Mariam maiorem.

Introitus.

Hodie ſciêtis, quia véniet Dóminus, & ſaluâbit nos: & mane vidébitis glóriam eius. Exo. 16.

Pſalm. Dómini eſt terra, & plenitûdo eius: orbis terrárum, & vniuérſi qui hábitãt in eo ℣. Glória. Pſal. 23.

Collecta.

Deus, qui nos redemptiônis noſtræ ánnua expectatiône lætíficas: præſta, vt vnigénitum tuum, quem re-

dempto

demptôrem læti ſuſcípimus: veniéntem quoque iúdicem ſecúri videâmus Dóminum noſtrum Ieſum Chriſtum filium tuum. Qui tecum.

Non dicitur alia Collecta niſi fuerit præſens defunctus.

Léctio Iſaíæ Prophétæ.

c.62. HÆc dicit Dóminus. Propter Sión non tacébo: & própter Hieruſalém non quiéſcam: dónec egrediâtur vt ſpléndor iuſtus eius: & Saluâtor eius vt lámpas accendâtur. Et vidébunt gentes iuſtum tuum: & cúncti réges ínclytum tuum. Et vocábitur tibi nomen nouum: quod os Dñi nominâuit. Et eris corôna glóriæ in mánu Dñi: & diadêma regni in manu Dei tui. Nõ vocáberis vltrà derelícta: & terra tua non vocábitur ámplius deſolâta: ſed vocáberis, volúntas mea in ea: & terra tua inhabitábitur, quia cõplácuit Dño in te.

Léctio Epíſtolæ beáti Pauli apóſtoli ad Romános.

c.1. PAulus ſeruus Ieſu Chriſti, vocâtus Apóſtolus, ſegregâtus in Euãgéliũ Dei (quod antè promíſerat per Prophétas ſuos in ſcriptúris ſanctis) de Fílio ſuo, qui factus eſt ei ex ſémine Dauíd ſecúndum carnẽ: qui prædeſtinâtus eſt Fílius Dei in virtûte, ſecúndum ſpíritũ ſanctificatiônis, ex reſurrectiône mortuôrũ Ieſu Chriſti Dómini noſtri. Per quem accépimus grátiã, & Apoſtolâtum, ad obediéndum fídei in ómnibus géntibus pro nómine eius: in quibus eſtis & vos vocáti Ieſu Chriſti Dómini noſtri.

℟. Hódie ſciétis, quia véniet Dóminus, & ſaluâbit nos: & manè vidébitis glóriam eius. Exo. 16. ℣. Qui regis Iſraél, inténde. qui dedûcis, velut ouẽ, Ioſéph: Psal. 79. qui ſedes ſuper Cherubím, appâre coram Ephraím, Beniamín, & Manaſſe.

Si venerit in Dñica Alleluia.

℣. Veni Dómine, & noli tardâre: relaxa facínora plebis tuæ. Allelúia.

Sequéntia ſancti Euangélij ſecúndum Matthæum.

c.1. IN illo tẽpore: Cùm eſſet deſpõſâta mater Ieſu María, Ioſéph, ante quàm cõuenírent, inuénta eſt in vtero habens de Spíritu ſancto. Ioſéph autẽ vir eius, cùm eſſet iuſtus, & nollet eam tradúcere, vó-

luit occúltè dimíttere eã. Hæc autem eo cogitánte, eccè ángelus Dómini in ſomnis appáruit ei, dicens. Ioſéph fili Dauíd, noli timêre accípere Marîam cóniugẽ tuã. Quod enim in ea natum eſt, de Spíritu ſancto eſt. Páriet autem fílium, & vocâbis nomẽ eius I E S V M. Ipſe enim ſaluum fáciet pópulum ſuum à peccátis eôrum.

Pſal. 23. Offertorium. Tóllite portas, príncipes, veſtras: & eleuámini portæ æternáles: & introîbit rex glóriæ.

Secreta.

DA nobis, quæſumus, omnípotens Deus: vt, ſicut adoránda Fílij tui natalítia præuenîmus: ſic eius múnera capiâmus ſempitérna gaudéntes. Qui tecum viuit & regnat in vnitâte.

Iſa. 40. Communio. Reuelábitur glória Dómini: & vidêbit omnis caro ſalutâre Dei noſtri.

Poſt communionem.

DA nobis, quæſumus Dómine, vnigéniti Fílij tui recenſita natiuitâte reſpirâre: cuius cæléſti myſtério páſcimur & potâmur. Per eúndem Dóminum noſtrum.

****

IN NATIVITATE DOMINI.

¶Sacerdos, ſi in die Natalis Domini celebrat tres Miſſas, in prima & ſecunda Miſſa non ſumat purificationem, ſed in tertia Miſſa.



AD PRIMAM MISSAM in nocte.

Statio ad S. Mariam Maiorem ad præſepe.

INTROITVS.

DOminus dixit ad me: Fílius meus es tu, ego hódie génui te. Pſal. 2.

Pſal. Quare fremuérunt gentes: & pópuli Ibid.

puli meditáti ſunt inánia? ℣. Glória
Pa. Dicitur Gloria in excelſis.

Collecta quæ ſola dicatur.

DEus, qui hanc ſacratíſſi-
mam noctem veri lúmi
nis fecíſti illuſtratiône claré-
ſcere, da quæſumus: vt, cuius
lucis myſtéria in terra cog-
nóuimus: eius quoq; gáudijs
in cœlo perfruâmur. Qui te-
cum viuit & regnat.

Léctio Iſaíæ prophétæ.

9.A. HÆc dicit Dóminus. Pó-
pulus géntium qui am-
bulâbat in ténebris: vidit lu-
cem magnam. Habitántibus
in regiône vmbræ mortis: lux
orta eſt eis. Páruulus enim na
tus eſt nobis: filius datus eſt
nobis. Et factus eſt principâ-
tus ſuper húmerum eius &
vocábitur nomen eius admi-
rábilis: conſiliárius: Deus:
fortis: pater futúri ſęculi: prin
ceps pacis. Multiplicábitur
eius impériũ: & pacis nõ erit
finis. Super ſólium Dauíd &
ſuper regnum eius ſedêbit vt
confírmet illud & corróbo-
ret in iudício & iuſtítia. A
2.D modo & vſq; in ſempitérnũ.

Léctio epíſtolæ beáti Pauli
apóſtoli ad Titum.

CHaríſſime: Appáruit grá- c.2.
tia Dei ſaluatôris noſtri
ómnibus homínibus, erúdiẽs
nos: vt abnegántes impietâ-
tẽ, & ſæculária deſidéria: ſo-
briè, & iuſtè, & piè viuâmus
in hoc ſæculo: expectãtes beâ
tam ſpem, & aduéntũ glóriæ
magni Dei, & ſaluatôris no-
ſtri Ieſu Chriſti: qui dedit ſe-
metípſum pro nobis: vt nos
redímeret ab omni iniquitâ-
te: & mũdâret ſibi pópulum
acceptábilem, ſectatôrem bo
nôrum óperum. Hæc lóque-
re, & exhortâre: in Chriſto
Ieſu Dómino noſtro.

℟. Tecũ princípiũ in die virtûtis tuæ: Pſal.
in ſplendóribus ſanctôrũ ex vtero ante 109.
lucíferũ génui te. ℣. Dixit Dñs Dño Ibid.
meo: ſede à dextris meis: donec ponã
inimícos tuos ſcabéllum pedũ tuôrũ.
Allelúia. ℣. Dñs dixit ad me: Fílius Pſal.
meus es tu, ego hódie génui te. Alla. 2.

Sequéntia ſancti Euangélij
ſecúndum Lucam.

IN illo témpore: Exiit c.2.
edíctũ à Cæſare Au-
gúſto, vt deſcriberẽ-
tur vniuérſus orbis. Hæc de-
ſcríptio prima, facta eſt à præ
ſide Syriæ Cyríno. Et ibant
omnes, vt profiteréntur, ſín-

guli in ſuam ciuitâtẽ. Aſcéndit autem & Ioſéph à Galilęa de ciuitâte Nazaréth, in Iudæam, in ciuitâtem Dauíd, quæ vocâtur Bethlehém: eò quòd eſſet de domo & família Dauíd: vt profiterêtur cũ María deſponſáta ſibi vxôre, prægnánte. Factum eſt autẽ: cùm eſſent ibi, impléti ſunt dies, vt páreret. Et péperit fílium ſuum primogénitũ: & pannis eum inuóluit: & reclinâuit eũ in præſépio: quia non erat ei locus in diuerſório. Et paſtóres erant in regiône eâdem vigilântes, & cuſtodiéntes vigílias noctis ſuper gregem ſuum. Et eccè, ángelus Dómini ſtetit iuxta illos: & cláritas Dei circunfúlſit illos: & timuérunt timôre magno. Et dixit illis ángelus. Nolîte timêre. Eccè enim euãgelízo vobis gáudium magnum, quod erit omni pópulo: quia natus èſt vobis hódie ſaluâtor: qui eſt Chriſtus Dóminus, in ciuitâte Dauíd. Et hoc vobis ſignum. Inueniêtis infántem pannis inuolûtum: & póſitum in præſépio. Et ſúbitò facta eſt cum ángelo multitûdo milítię cœléſtis, laudántium Deum, & dicéntiũ. Glória in altíſſimis Deo: & in terra pax homínibus bonæ voluntâtis. Credo.

Offerto. Lætẽntur cæli, & exúltet terra ante fáciem Dómini: quóniam venit. Pſal. 95.

Secreta.

Accépta tibi ſit, Dómine quæſumus, hodiérnæ feſtiuitâtis oblátio: vt tua grátia largiẽte, per hæc ſacroſáncta commércia, in illîus inueniâmur forma, in quo tecum eſt noſtra ſubſtántia. Qui tecum viuit & regnat.

Pręfatio. Ætérne Deus. Quia per incarnáti. Infrà actio. Cõmunicántes, & noctem ſacratíſſimam celebrántes.

In hac Miſſa tantùm dicitur, noctem, deinceps verò, dié.

Communio. In ſplendóribus ſanctôrum, ex vtero ante lucíferum génui te. Pſal. 109.

Poſt communio.

Da nobis, quæſumus Dómine Deus noſter, vt, qui natiuitâtem Dómini noſtri Ieſu Chriſti nos frequentâre gaudêmus: dignis conuerſatiónibus ad eius mereâmur peruenîre consórtium. Qui tecum viuit & regnat.

****

AD SECVNDAM Miſſam in aurora,

Statio ad ſanctam Anaſtaſiam.

Introitus.

Iſai. 9. LVx fulgêbit hódie ſuper nos: quia natus eſt nobis Dóminus: & vocábitur admirábilis, Deus, princeps pacis, pater futúri ſæculi cuius regni non erit finis.

Pſal. 92. Pſal. Dóminus regnâuit, decórē índuit: índuit Dóminus fortitúdinem, & præcínxit ſe virtûte. ℣. Glória Patri & Fílio.

Collecta.

DA, quæſumus, omnípotens Deus: vt, qui noua incarnáti verbi tui luce perfúndimur: hoc in noſtro reſpléndeat ópere, quod per fidem fulget in mēte. Per eúndem Dóminum noſtrum.

De S. Anaſtaſia. Cōmemo.

DA, quæſumus omnípotens Deus, vt qui beátæ Anaſtáſiæ mártyris tuæ ſoléennia cólimus: eius apud te patrocínia ſentiâmus. Per Dóminum noſtrum.

Léctio Iſaíæ prophétæ.

c. 61. HÆc dícit Dóminus. Spíritus Dómini ſuper me, eò quòd vnxerit me, ad annunciándum manſuétis míſit me: vt medêrer contrítis corde: & prædicârem captíuis indulgéntiam, & cláuſis apertiônem, vt prædicârem annum placábilē Dómino: & diem vltiônis Deo noſtro: vt conſolârer omnes lugéntes: & pónerem fortitúdinē lugéntibus Sión & darem eis corônam pro cínere: óleum gáudij pro luctu: pállium laudis pro Spíritu mœrôris. Et vocabúntur in ea fortes iuſtítiæ: plantátio Dómini ad glorificándum. Eccè Dóminus: audîtum fécit in extrémis terræ. Dícite fíliæ Sión. Eccè ſal- c. 62
uâtor tuus venit: eccè merces eius cum eo: & opus eius coram illo. Et vocábunt eos pópulus ſanctus redémpti á Dómino Deo noſtro.

Léctio epíſtolæ beáti Pauli apóſtoli ad Titum.

CHaríſsime, Appáruit benígnitas, & humánitas c. 3.
ſaluatôris noſtri Dei: non ex opéribus iuſtítię, quę fécimus nos: ſed ſecúndum ſuam miſericôrdiam ſaluos nos fecit. Per lauâcrum regeneratiônis

& renouatiônis Spíritus ſancti, quem effûdit in nos abúndè per Ieſum Chriſtum Saluatôrem noſtrum: Vt iuſtificáti grátia ipſíus, hærédes ſimus ſecúndum ſpem vitæ ætérnæ, in Chriſto Ieſu Dómino noſtro.

Pſal. 117. ℟. Benedíctus qui venit in nómine Dómini: Deus Dóminus, & illúxit nobis. ℣. A Dómino factum eſt iſtud: & eſt mirábile in óculis noſtris.

Pſal. 92. Allelúia. ℣. Dóminus regnâuit, decórem índuit: índuit Dóminus fortitúdinem, & præcínxit ſe virtûte. Allel.

Sequéntia ſancti Euangélij ſecúndum Lucam.

c. 2. IN illo témpore: Paſtóres loquebātur ad ínuicem. Tranſeâmus vſq; Bethlehém: & videâmus hoc verbum, quod factum eſt: quod fecit Dóminus, & oſténdit nobis. Et venérunt feſtinántes: & inuenérunt Marîam & Ioſéph, & infántem póſitum in præſépio. Vidéntes autem, cognouérunt de verbo, quod dictum erat illis de púero hoc. Et omnes, qui audiérunt, miráti ſunt, & de his, quæ dicta erant à paſtóribus ad ipſos. Marîa autē conſeruâbat ómnia verba hæc, cónferens in corde ſuo. Et reuérſi ſunt paſtóres, glorificántes & laudántes Deum in ómnibus, quæ audíerant, & víderant: ſicut dictum eſt ad illos.

Credo.

Offertorium. Deus enim firmâuit orbem terræ, qui non commouébitur: parâta ſedes tua, Deus, ex tunc, à ſæculo tu es. Pſal. 92.

Secreta.

MVnera noſtra, quæſumus Dómine, natiuitâtis hodiérnę myſtérijs apta prouéniant, vt, ſicut homo génitus idem refúlſit Deus, ſic nobis hæc terrêna ſubſtántia cónferat, quod diuînum eſt. Per eúndem Dóminum noſtrum Ieſum Chriſtum.

De S. Anaſtaſia. Secreta.

ACcipe, quæſumus Dómine, múnera dignánter oblâta: & beátæ Anaſtáſię ſuffragántibus méritis, ad noſtræ ſalûtis auxílium prouenîre concêde. Per Dóminum noſtrum.

Præfatio & Cōmunicântes. vt ſuprà in prima Miſſa.

Cōm. Exúlta fília Sión: lauda fília Hieruſalē: ecce, rex tuus venit ſanctus, Zac. 9.

& ſaluâtor mundi. Poſt cõmunio.

HVius nos, Dómine, ſacramẽti ſemper nóuitas natâlis inſtâuret: cuius natíuitas ſingulâris humânam répulit vetuſtâtẽ. Per eúndẽ Dñm.

De S. Anaſtaſia. Poſt cõmu.

SAtiáſti, Dómine, famſliã tuã munéribus ſacris: eius, quæſumus, interuẽtiône nos réfoue ⁊ cuius ſolénnia celebrâmus. Per Dñm noſtrum.

****

AD TERTIAM Miſſam in die Natiuitatis Domini.



Statio ad ſanctam Mariam maiorem.

introitus.

PVer natus eſt nobis, & fílius datus eſt nobis: cuius impérium ſuper húmerum eius: & vocábitur nomen eius magni conſílij ángelus. Iſai. 9.

Pſal. Cãtâte Dño cánticũ nouũ: quia mirabília fecit. ℣. Glória. Collect. Pſal. 97.

COncêde, quæſumus omnípotẽs Deus: vt nos vnigéniti tui noua per carnẽ natíuitas líberet ⁊ quos ſub peccáti iugo vetúſta ſéruitus tenet. Per eúndem Dñm noſtrum.

Léctio Iſaíæ prophétæ.

HÆc dicit Dñs. Propter hoc ſciet pópulus meus nomen meũ in die illa: quia ego ipſe qui loquébar eccè adſum. Quã pulchri ſuper montes pedes annũciántis & prędicántis pacẽ ⁊ annũciãtis bonũ ⁊ prædicántis ſalûtẽ: dicéntis Sión regnâbit Deus tuus. Vox ſpeculatôrũ tuôrũ: leuauérunt vocẽ ⁊ ſimul laudábũt quia óculo ad óculũ vidébũt: cum conuérterit Dñs Sión. Gaudête & laudâte ſimul deſérta Hieruſalém: quia conſolâtus eſt Dñs pópulũ ſuũ, redêmit Hieruſalẽ. Parâuit Dñs bráchium ſánctũ ſuũ in óculis 52. B

lis ómnium géntium: & vide
bunt omnes fines terræ ſalu
târe Dei noſtri.

Léctio epíſtolæ beáti Pauli
apóſtoli ad Hebræos.

c. 1. FRatres: Multifáriam, mul
tíſq; modis olim Deus lo
quens pátribus in Prophétis:
nouíſſimè diêbus iſtis locú-
tus eſt nobis in Fílio: quem
conſtítuit hęrêdem vniuerſô
rum: per quem fecit & ſæcu-
la. Qui cùm ſit ſplendor gló-
riæ, & figûra ſubſtántiæ eius,
portánſq; ómnia verbo vir-
tûtis ſuæ: purgatiônem pec-
catôrũ fáciens, ſedet ad déx-
teram maieſtâtis, in excélſis:
tãtò mélior ángelis effèctus,
quantò differéntius præ illis
nomẽ hæreditâuit. Cui enim
dixit aliquándo angelôrum:
Pſal. 2. Fílius meus es tu: ego hódie
2. Regũ. 7 génui te? Et rurſum: Ego ero
illi in patrem, & ipſe erit mi
hi in fílium? Et cùm íterum
introdûcit primogénitum in
Pſal. 96. orbem terræ, dicit. Et adórẽt
eum omnes ángeli Dei. Et
Pſal. 103. ad ángelos quidem dicit. Qui
facit ángelos ſuos, ſpíritus: &
miniſtros ſuos, flammam ig-
Pſal. 44 nis. Ad Fílium autem: Thro-
nus tuus Deus in ſæculum ſæ
culi: vírga æquitâtis, virga re
gni tui. Dilexíſti iuſtítiam, &
odíſti iniquitâtem: proptérea
vnxit te Deus, Deus tuus, óleo
exultatiônis, præ particípi-
bus tuis. Et, Tu in princípio Pſal. 101,
Dómine terram fundáſti: &
ópera mánuum tuârum ſunt
cœli. Ipſi períbunt, tu autem
permanêbis: & omnes, vt ve
ſtiméntum, veteráſcent. Et
velut amíctum, mutâbis eos,
& mutabúntur. Tu autem
idem ipſe es, & anni tui non
defícient.

℟. Vidérunt omnes fines terræ ſalutâ Pſal, 97.
re Dei noſtri: iubilâte Deo omnis ter-
ra. ℣. Notum fecit Dóminus ſalutâre
ſuum: ante conſpéctum géntium reue-
lâuit iuſtítiam ſuã. Alleluia. ℣. Dies
ſanctificâtus illúxit nobis: veníte gen-
tes, & adorâte Dóminum, quia hódie
deſcẽdit lux magna ſuper terrã. Alle.

Inítium ſancti Euangélij
ſecúndum Ioannem.

IN princípio erat c. 1.
verbum: & verbũ
erat apud Deum: &
Deus erat verbum. Hoc erat
in princípio apud Deũ. Om-
nia per ipſum facta ſunt: & ſi
ne ipſo factũ eſt nihil. quod

factum

factum eſt, In ipſo vita erat: & vita erat lux hóminum: & lux in ténebris lucet: & ténebræ eam non comprehendérũt. Fuit homo miſſus à Deo, cui nomen erat Ioánnes. Hic venit in teſtimónium: vt teſtimónium perhibêret de lúmine, vt omnes créderẽt per illúm. Non erat ille lux: ſed vt teſtimónium perhibêret de lúmine. Erat lux vera, quę illûminat omnem hóminem veniéntem in hunc mundũ. In mundo erat: & mundus per ipſum factus eſt: & mundus eum nõ cognôuit. In própria venit: & ſui eum non recepérũt. Quotquot autẽ recepérũt eum, dedit eis poteſtâtẽ filios Dei fíeri: his qui credunt in nómine eius. Qui nõ ex ſanguínibus, neque ex voluntâte carnis, neq; ex volũtâte viri: ſed ex Deo nati ſunt. Et verbum caro factum eſt: & habitâuit in nobis (& vídimus glóriam eius, glóriã qua ſi vnigéniti à Patre) plenum grátiæ & veritâtis. Credo.

Pſal. 88. Offert. Tui ſunt cœli, & tua eſt terra: orbem terrârum & plenitúdinem eius tu fundáſti: iuſtítia & iudícium præparátio ſedis tuæ. Secreta.

OBlâta, Dómine, múnera, noua vnigéniti tui natiuitâte ſanctífica: noſque à peccatôrum noſtrôrum máculis emũnda. Per eúndẽ Dóminum noſtrum.

Præfatio, & Cõmunicántes. vt ſuprà in ſecunda Miſſa.

Communio. Vidérunt omnes fines terræ ſalutâre Dei noſtri. Pſal. 97.

Poſt communionem.

PRæſta, quæſumus omnípotens Deus: vt natus hodie ſaluâtor mundi, ſicut diuínæ nobis generatiônis eſt autor: ità & immortalitâtis ſit ipſe largîtor. Qui tecũ viuit.

Supradicta Miſſa in quatuor feſtis ſequentibus ſit matutina & dicantur alternatim. Epiſtola. Appáruit gratia. Euangel. Exijt edíctum. Et Epiſtola. Appáruit benígnitas. Euangel. Paſtóres loquebãtur. Glória in ex. Præfatio. & Communicántes. Et poſt Collectam. Cõcêde. dicitur Collecta de feſto cũ occurrẽtibus commemorationibus. Si tamen eſſet Dominica pri

ma Miſſa eſſet de ipſa Dominica. Prima die vacante poſt natale in craſtino videlicet ſancti Thomæ. Epiſtola. Appáruit grátia Dei. Euãgelium. Exijt edíctum. Cætera vt in maiore Miſſa Natalis Domini.

MISSA DE Dominica infra Octauam Natiuitatis Domini.

Introitus.

Sap. 18. DVM médium ſiléntiũ tenérent ómnia, & nox in ſuo curſu médiũ iter habêret, omnípotens ſermo tuus, Dómine, de cœlis à regálibus ſédibus venit.

Pſal. 92. Pſal. Dóminus regnâuit, decôrem índuit: índuit Dóminus fortitúdinem, & præcínxit ſe virtûte. ℣. Glória Patri & Filio.

Collecta.

OMnípotens ſempitérne Deus, dírige actus noſtros in beneplácito tuo: vt in nómine dilécti Filij tui mereâmur bonis opéribus abundâre. Per eúndem Dóminum noſtrum Ieſum Chriſtum.

Léctio epíſtolæ beáti Pauli Apóſtoli ad Gálatas.

FRatres: Quanto témpore hæres páruulus eſt, nihil differt à ſeruo, cum ſit Dóminus ómnium: ſed ſub tutóribus & actóribus eſt, vſq; ad præfinîtum tempus à patre. Ità & nos, cùm eſſêmus páruuli, ſub eleméntis mundi huius erâmus ſeruiéntes. At, vbi venit plenitûdo témporis, miſit Deus Fílium ſuum, factũ ex mulíere, factum ſub lege: vt eos, qui ſub lege erant, redímeret, vt adoptiônem filiôrum reciperêmus. Quóniam autem eſtis filij Dei, miſit Deus ſpíritum Fílij ſui in corda veſtra, clamántẽ, Abba pater. Itaque iam non eſt ſeruus, ſed fílius. Quòd ſi Fílius: & hæres per Deum. c.4.

℟. Speciósus forma præ filijs hóminum: diffúſa eſt grátia in lábijs tuis. Pſal. 44.

℣. Eructâuit cor meum verbum bonum: dico ego ópera mea regi: lingua mea cálamus ſcribæ velóciter ſcribẽtis.

Allelúia. ℣. Dóminus regnâuit, decôrem índuit: índuit Dóminus fortitúdinẽ, & præcínxit ſe virtûte, Alleluia. Pſal. 92.

Sequén-

Sequéntia ſancti Euangélij ſecúndum Lucam.

c.2. IN illo témpore: Erant Ioſéph & Marîa mater Ieſu, mirātes ſuper his, quæ dicebántur de illo. Et benedíxit illis Símeon, & dixit ad Marîam matrem eius. Ecce, póſitus eſt hic in ruînam, & in reſurrectiônē multôrum in Iſraél: & in ſignum, cui contradicêtur: & tuam ipſius ánimam pertranſibit gládius: vt reueléntur ex multis córdibus cogitatiónes. Et erat Anna Prophetíſſa, filia Phanuél, de tribu Aſér: hæc procéſſerat in diêbus multis, & víxerat cum viro ſuo annis ſeptem à virginitâte ſua. Et hæc vídua vſque ad annos octogínta quátuor: quæ non diſcedêbat de templo, ieiúnijs & obſecratiónibus ſéruiens nocte ac die. Et hæc, ipſa hora ſuperuéniens, confitebâtur Dómino, & loquebâtur de illo ómnibus, qui expectábant redemptiônē Iſraél. Et vt perfecérunt ómnia ſecúndum legem Dómini, reuérſi ſunt in Galilæam, in ciuitâtem ſuam Nazaréth. Puer autem créſcêbat, & confortabâtur: plenus ſapiéntia: & grátia Dei erat in illo. Credo.

Offert. Deus enim firmâuit orbem terræ, qui non commouébitur: paráta ſedes tua, Deus, ex tunc, à ſæculo tu es. Pſal. 92.

Secreta.

COncêde, quæſumus, omnípotens Deus: vt óculis tuæ maieſtâtis munus oblâtum, & grátiam nobis piæ deuotiônis obtíneat, & effé ctum beátæ perennitâtis acquîrat. Per Dóminum noſtrum Ieſum Chriſtum.

Ad hanc Miſſam non dicitur Præfatio de Natiuitate nec Communicántes.

Communio. Tolle púerum, & matrem eius, & vade in terram Iſraél: defúncti ſunt enim, qui quærébant ánimam púeri. Matth. 2.

Poſt communionem.

PEr huius, Dómine, operatiônem myſtérij, & vítia noſtra purgéntur: & iuſta deſidéria compleántur. Per Dóminum noſtrum Ieſum Chriſtum.

****

IN DIE
Circuncisionis, & in Octaua Natiuitatis Domini.

Statio ad S. Mariam trans Tyberim.



INTROITVS.

Iſa. 9 PVer natus eſt nobis, & fílius datus eſt nobis: cuius impérium ſuper húmerum eius: & vocábitur nomen eius magni cõſilij ángelus.

Pſal. 97. Pſalm. Cantâte Dómino cánticum nouum: quia mirabília fecit. ℣. Glória patri.

Collecta.

DEus qui ſalûtis ætérnæ, beátæ Maríæ virginitâte fœcúnda, humáno géneri præmia præſtitíſti: tríbue, quæſumus: vt ipſam pro nobis intercédere ſentiâmus: per quam merúimus autôrẽ vitæ ſuſcípere Dóminum noſtrũ Ieſum Chriſtum Fílium tuum. Qui tecum viuit.

Léctio Epíſtolæ beáti Pauli apóſtoli ad Titum.

CHaríſsime: Appáruit benígnitas, & humánitas c. 3. ſaluatôris noſtri Dei: non ex opéribus iuſtítiæ, quæ fécimus nos: ſed ſecúndum ſuam miſericórdiam ſaluos nos fecit. Per lauâcrum regeneratiônis, & renouatiônis Spíritus ſancti: quem effûdit in nos abúndè per Ieſum Chriſtum ſaluatôrem noſtrum: vt iuſtificáti grátia ipſíus, hærédes ſimus ſecúndum ſpem vitæ ætérnæ: in Chriſto Ieſu Dómino noſtro.

℟. Vidérunt omnes fines terræ ſalutâre Dei noſtri: iubiláte Deo omnis terra. Pſal. 97. ℣. Notum fecit Dóminus ſalutâre ſuum: ante conſpéctum géntium reueláuit iuſtítiam ſuam.

Allelúia. ℣. Dies ſanctificâtus illúxit

nobis:

nobis:venîte gentes, & adorâte Dómi num : quia hódie deſcéndit lux magna ſuper terram. Alleluia.

Sequéntia ſancti Euangélij ſecúndum Lucam.

c.2. IN illo témpore:Poſtquã cõſummáti ſunt dies octo,vt circunci derêtur puer:vocâtum eſt nomen eius Ieſus. Quod vocâtum eſt ab ángelo,priúſquam invtero cõciperêtur. Credo.

Pſal. 88. Offert. Tui ſunt cœli, & tua eſt terra: orbem terrârum, & plenitúdinem eius tu fundáſti:iuſtítia & iudícium,prę parátio ſedis tuæ. Secreta.

MVnéribus noſtris,quæſumus, Dómine, precibúſq; ſuſcéptis:& cœléſtibus nos munda myſtérijs, & cleménter exáudi.Per Dñm.

Præfatio & Communicántes vt ſupra in die Natiuitatis Domini.

Pſal. 97. Communio. Vidérunt omnes fines terræ ſalutâre Dei noſtri.

Poſt communionem.

HÆc nos commúnio,Dómine,purget à crímine: & cœléſtis remédij fáciat eſſe conſórtes. Per Dóminum noſtrum Ieſum Chriſtum Fílium tuum.Qui tecum.

In Dóminica occurrente inter Circuncifionem & Epiphaniam Introitus. Puer natus. Cætera ſicut in die Circunciſionis;ſine tamen præfatione natiuitatis, & commemoratione Dóminicæ,& euãgelio: ſed dicitur ſequens.

Sequêntia ſancti Euangélij ſecúndùm Lucam.

IN illo témpore: Paſtóres loquebántur adínuicem. Trãſeâmus vſq; Bethlehém : & videâmus hoc verbum,quod factum eſt : quod fécit Dóminus,& oſtêndit nobis.Et venérunt feſtinántes: & inuenérunt Marîam, & Ioſéph, & infántem póſitum in pręſépio. Vidéntes auté,cognouérunt de verbo,quod dictũ erat illis de púero hoc. Et omnes qui audiérũt,miráti ſunt: & de his, quæ dicta erant à paſtóribus ad ipſos.Marîa autem conſeruâbat ómnia verba hæc : cónferens in corde ſuo.Et reuérſi ſunt paſtóres, glorificántes & laudántes Deum; in ómnibus quæ audíerant & víderant:ſicut dictum eſt ad illos. Credo. c.2.

****

IN VIGILIA EPIPHANIÆ.

Introitus.

Iſai. 9. PVer natus eſt nobis, & fílius datus eſt nobis: cuius impériũ ſuper húmerum eius: & vocábitur nomẽ eius magni consílij ángelus.

Pſal. 97. Pſalm. Cantâte Dómino cánticum nouum: quia mirabília fecit. ℣. Glória Patri & Fílio.

Collecta.

COrda noſtra quæſumus Dómine ventúræ feſtiuitâtis ſplendor illúſtret: quo mundi huius ténebris carêre valeâmus: & perueniâmus ad pátriam claritâtis ætérnę. Per Dóminum.

Léctio Epiſtolæ beáti Pauli apóſtoli ad Titum.

3.c. CHariſſime. Appáruit benígnitas & humánitas ſaluatôris noſtri Dei. Nõ ex opéribus iuſtítiæ quæ fécimus nos, ſed ſecúndum ſuam miſericórdiam ſaluos nos fecit per lauâcrum regeneratiônis & renouatiônis Spíritus ſancti: quem effûdit in nos abúndè, per Ieſum Chriſtum ſaluatôrem noſtrum: vt iuſtificáti grátia ipſíus hærédes ſimus ſecúndũ ſpem vitæ ætérnę. In Chriſto Ieſu Dño nřo.

℟. Vidérunt omnes fines terræ ſalutâre Dei noſtri: iubilâte Deo omnis terra. ℣. Notum fecit Dóminus ſalutâre ſuum: ante conſpéctum géntium reuelâuit iuſtítiam ſuam. Allelúia. ℣. Dies ſanctificâtus illúxit nobis: veníte gentes & adoráte Dóminũ quia hódie deſcéndit lux magna ſuper terram. Alleluia. Pſal 97.

Sequéntia ſancti Euangélij ſecúndum Matthæum.

IN illo témpore: Defúncto Herôde, ecce ángelus Dómini appáruit in ſomnis Ioſéph, in Ægypto, dicens. Surge, & áccipe púerum, & matrẽ eius, & vade in terram Iſraél. Defúncti ſunt enim, qui quærébant ánimam púeri. Qui conſúrgens, accêpit púerũ & matrem eius: & venit in terram Iſraél. Audiens autem, quòd Archelâus regnâret in Iudæa pro Herôde patre ſuo, tímuit illò ire. Et admónitus in ſomnis, ſecéſsit in partes Galilęæ. Et véniens habitâuit in ciui- c.2.

tâte

tâte, quæ vocâtur Nazaréth: vt adimplerêtur quod dictú eſt per prophêtas: quóniam Nazaræus vocábitur.

Pſal. 88. Offert. Tui ſunt cœli & tua eſt terra: orbem terrârum & plenitúdinem eius tu fundáſti: iuſtítia & iudícium præparátio ſedis tuæ. Secreta.

TRíbue quæſumus Dómi ne vt cum præſéntibus immolêmus ſacrifícijs & ſumâmus quod ventúræ ſolen nitâtis pia múnera prælo-quúntur. Per Dóminum.

Pſal. 97. Communio. Vidérunt omnes fines terræ ſalutâre Dei noſtri.

Poſt communionem.

ILlúmina quæſúmus Dómine pópulum tuum ⁊ & ſplēdôre glóriæ tuæ cor eius ſemper accénde: vt ſaluatôrem ſuum & inceſſánter agnóſcat ⁊ & veráciter apprehéndat, Dóminum noſtrum.

IN EPIPHANIA DOMINI.

Statio ad Sanctum Petrum.



INTROITVS.

ECcè, áduenit dominâtor Dóminus: & regnum in manu eius, & potéſtas, & impérium. Mal. 3.

Pſal. Deus, iudíciū tuū regi da, & iuſtítiā tuā fílio regis. ✝. Glia. Collect. Pſal. 71.

DEus, qui hodiérna die vnigénitum tuum géntibus ſtella duce reueláſti ⁊ cō cêde propítius: vt qui iam te ex fide cognóuimus ⁊ vſq; ad contēplándam ſpéciem tuæ celſitúdinis perducâmur. Per eúndem Dóminum noſtrū.

Lectio Iſaiæ Prophétæ.

c. 60 SVrge, illuminâre Hieruſa
lém: quia venit lumẽ tuũ,
& glória Dómini ſuper te or
ta eſt. Quia eccè ténebræ opé
rient terram, & calîgo pópu-
los. Super te autẽ oriêtur Dó
minus, & glória eius in te vi
débitur. Et ambulábunt gen-
tes in lúmine tuo, & reges in
ſplendôre ortus tui. Leua in
circúitu óculos tuos, & vide:
omnes iſti congregáti ſunt,
venérunt tibi. Fílij tui de lon
gè vénient: & filiæ tuæ de lá
tere ſurgent. Tunc vidêbis, &
áfflues: & mirábitur & dila-
tábitur cor tuum, quando cõ
uérſa fúerit ad te multitûdo
maris, fortitûdo géntium vé
nerit tibi. Inundátio camelô-
rum opériet te, dromedárij
Madián, & Ephá. Omnes de
Sabá vénient, aurum & thus
deferéntes: & laudem Dómi
no annunciántes.

Iſai. 60. ℟. Omnes de Sabá vénient, aurum & thus deferéntes: & laudem Dómino annunciántes. ℣. Surge, & illuminâre Hieruſalém: quia glória Dómini ſuper te orta eſt. Alleluia. ℣. Vídimus ſtel
Matth. 2. lam eius in oriénte: & vénimus cũ munéribus adorâre eum. Alleluia.

Sequéntia ſancti Euangélij ſecúndum Matthæum.

CVm natus eſſet Ie- c. 2.
ſus in Bethlehém
Iudæ in diêbus He
rôdis regis: eccè, Ma
gi ab oriénte venérunt Hie-
roſólymã, dicéntes. Vbi eſt,
qui natus eſt rex Iudæôrum?
Vídimus enim ſtellam eius
in oriénte & vénimus ado-
râre eum. Audiens autem He
ródes rex, turbâtus eſt, & om
nis Hieroſólyma cum illo. Et
cóngregans omnes príncipes
ſacerdôtum & ſcribas pópuli,
ſciſcitabâtur ab eis, vbi Chri-
ſtus naſcerêtur. At illi dixé-
runt ei, in Bethlehêm Iudæ.
Sic enim ſcriptũ eſt per pro-
phétam: Et tu Bethlehém ter
ra Iudá, nequâquam mínima
es in princípibus Iudá. Ex te
enim éxiet dux, qui regat pó
pulum meũ Iſraél. Tunc He-
ródes clam vocátis Magis, di
ligénter dídicit ab eis tempus
ſtellæ, quæ appáruit eis. Et
mittens illos in Bethlehém,
dixit. Ite, & interrogâte dili-
génter de púero: & cùm in-
uenerîtis, renunciâte mihi: vt
& ego véniens, adôrem eum.

Qui

Qui cùm audiſſent regem, abiérunt. Et ecce ſtella, quam víderant in oriénte, antecedêbat eos, vſq; dum véniens, ſtaret ſuprà vbi erat puer. Vidéntes autem ſtellam, gauíſi ſunt gáudio magno valde. Et intrántes domum, inuenérũt púerũ cũ María matre eius: *Et procidéntes adorauérunt eum. Et apértis theſáuris ſuis, obtulérunt ei múnera: aurum, thus, & myrrham. Et reſpónſo accépto in ſomnis ne redírent ad Herôdem: per áliam viam reuérſi ſunt in regiônem ſuam. Credo.

Pſal. 71. Offert. Reges Tharſis & ínſulæ múnera ófferent: reges Arabum, & Sabá dona addúcent: & adorábunt eum omnes reges terræ, omnes gentes ſéruient ei. Secreta.

Eccléſiæ tuæ, quæſumus, Dómine, dona propítius intuêre, quibus non iam aurum, thus, & myrrha profértur: ſed quod eíſdem munéribus declarâtur, immolâtur, & ſúmitur, Ieſus Chriſtus Fílius tuus. Qui tecum.

Præfatio. Ætérne Deus. Quia cum vnigénitus. Infra actionem. Cõmunicántes, & diẽ ſacratíſsimum celebrántes, quo vnigénitus tuus. vt in Præfationibus. Et dicuntur per Octauam ad Miſſam de Epiphania.

Cõmunio. Vídimus ſtellam eius in oriénte: & vénimus cum munéribus adorâre eum. Matth. 2. Poſt communio.

Præſta quæſumus, omnípotens Deus, vt quæ ſolénni celebrâmus offício, purificátæ mentis intelligéntia conſequâmur. Per Dóminũ.

****

DOMINICA I. poſt Epiphaniam.

Státio ad ſanctam Mariam.

Introitus.

In excélſo throno vidi ſedêre virum, quẽ adôrat multitúdo angelôrum pſalléntes in vnum: ecce cuius impérium pérmanet in ætérnum. Eccleſ.

Pſal. Iubiláte Deo omnis terra: ſeruíte Dómino in lætítia. ℣. Glória Patri & Fílio. Dicitur Glória in excélſis. in omnibus Dominicis vſq; ad Septuageſimã ex Pſal. 99.

cluſiue. Collecta.

VOta, quæſumus Dómine, ſupplicántis pópuli cœléſti pietâte proſéquere: vt, & quæ agénda ſunt, vídeant: & ad impléndа quæ víderint, conualéſcant. Per Dóminum noſtrum.

Léctio epíſtolæ beáti Pauli apóſtoli ad Romános.

Cap. 12. FRatres: Obſecro vos per miſericórdiã Dei, vt exhibeâtis córpora veſtra hóſtiam viuéntem, ſanctã, Deo placéntem, rationábile obſéquium veſtrum. Et nolíte cõformári huic ſæculo, ſed reformámini in nouitâte ſenſus veſtri, vt probêtis quæ ſit volúntas Dei bona, & beneplácens, & perfécta. Dico enim per grátiam Dei, quæ data eſt mihi: ómnibus qui ſunt inter vos. Non plus ſápere quàm opórtet ſápere: ſed ſápere ad ſobrietâtem. Et vnicuíque, ſicut Deus diuîſit mẽſûram fidei. Sicut enim in vno córpore multa membra habêmus, ómnia autem mẽbra non eúndem actum habent: ità multi vnum corpus ſumus in Chriſto, ſínguli autem alter altérius membra, in Chriſto Ieſu Dómino noſtro. Pſal. 71.

℟. Benedíctus Dóminus Deus Iſraél, qui facit mirabília magna ſolus à ſæculo. ℣. Suſcípiant montes pacem pópulo tuo: & colles iuſtítiam. Alleluia. ℣. Iubilâte Deo omnis terra: ſeruîte Dómino in lætítia. Alleluia. Pſal. 99.

Sequéntia ſancti Euangélii ſecúndum Lucam.

Cap. 2. CVm factus eſſet Ieſus annôrum duódecim, aſcendéntibus illis Hieroſólymam ſecúndum conſuetúdinem diéi feſti, conſummatíſque diêbus, cum redírent, remánſit puer Ieſus in Hieruſalém, & non cognouérunt paréntes eius. Exiſtimántes autem illum eſſe in comitátu, venérunt iter diéi, & requirébant eum inter cognátos & notos. Et non inueniéntes, regréſsi ſunt in Hieruſalém, requiréntes eum. Et factũ eſt, poſt tríduum inuenérunt illum in templo ſedéntem in médio doctôrum, audiéntem illos, & interrogántem eos. Stupébant autem omnes qui eum audiébant ſuper prudéntia & reſpónſis

eius. Et vidéntes admiráti ſunt. Et dixit mater eius ad illú. Fíli, quid fecíſti nobis ſic? Ecce pater tuus & ego dolẽtes quærebâmus te. Et ait ad illos. Quid eſt, quòd me quærebâtis? Neſciebâtis, quia in his quæ patris mei ſunt, opórtet me eſſe? Et ipſi non intellexérunt verbum, quod locûtus eſt ad illos. Et deſcéndit cum eis, & venit Nazaréth: & erat ſúbditus illis. Et mater eius conſeruâbat ómnia verba hæc in corde ſuo. Et Ieſus proficiêbat ſapiéntia & ætâte & grátia apud Deum & hómines. Credo.

Pſal. 99. Offer. Iubiláte Deo omnis terra: ſeruíte Dómino in lætítia: intrâte in conſpéctu eius in exultatióne; quia Dóminus ipſe eſt Deus.

Secreta.

OBlâtum tibi Dómine, ſacrifíciũ viuíficet nos ſemper & múniat. Per Dóminum noſtrum. Præfatio de Epiphania non dicitur.

Luc. 2. Cõmu. Fíli, quid fecíſti nobis ſic? Ego & pater tuus doléntes quærebâmus te. Et quid eſt quod me quærebâtis? Neſciebâtis, quia in his quæ Patris mei ſunt, opórtet me eſſe?

Poſt communionem.

SVpplices te rogâmus omnipotens Deus: vt quos tuis réficis ſacraméntis, tibi étiam placitis móribus dignánter deſeruîre concédas. Per Dóminum noſtrum.

IN OCTAVA EPIPHANIAE.

Introitus.

ECce áduenit dominâtor Dñs, & regnum in manu eius, & potéſtas, & impérium. Mal. 3.

Pſal. Deus, iudíciũ tuum regi da, & iuſtítiã tuã fílio regis. ℣. Glória Patri, & Fílio. Pſal. 71. Colle.

DEus qui hodiérna die vnigénitum tuum géntibus ſtella duce reueláſti, concêde propícius: vt qui iam te ex fide cognóuimus, vſq; ad cõtemplándam ſpéciem tuæ celſitúdinis perducâmur. Per eúndem Dóminum.

Léctio Iſaíæ Prophétæ.

SVrge, illuminâre Hieruſalém: quia venit lumen tuũ, & glória Dñi ſuper te orta eſt. Quia ecce ténebrę opérient terram, & calîgo pópulos. Super te autem oriêtur Cap. 60.

Dóminus, & glória eius in te vidébitur. Et ambulábunt gẽtes in lúmine tuo, & reges in ſplendôre ortus tui. Leua in circúitu óculos tuos, & vide: omnes iſti congregáti ſunt, venérunt tibi. Fílij tui de longè vénient: & Fíliæ tuæ de látere ſurgent. Tunc vidêbis & áfflues: & mirábitur & dilatábitur cor tuum, quando conuérſa fúerit ad te multitûdo maris, fortitúdo géntium vénerit tibi. Inundátio camelôrum opériet te, dromedárij Madián, & Ephá. Omnes de Sabá vénient, aurum & thus deferéntes: & laudem Dómino annunciántes.

Iſai. 60. ℟. Omnes de Sabá vénient, aurum & thus deferéntes, & laudem Dómino annunciántes. ℣. Surge & illumináre Hieruſalém: quia glória Dómini ſuper te orta eſt. Allelúia. ℣. Vídimus ſtellam eius in oriênte: & vénimus cum munéribus adoráre eum. Allelúia. (Matth. 2)

Sequéntia ſancti Euangélij ſecúndum Ioannem.

c. 1. In illo témpore: Vidit Ioánnes Ieſum veniéntem ad ſe, & ait. Ecce agnus Dei: ecce qui tollit peccâta mundi. Hic eſt, de quo dixi. Poſt me venit vir, qui ante me factus eſt: quia prior me erat, & ego neſciêbam eum. Sed vt manifeſtêtur in Iſraél, proptérea veni ego in aqua baptízans. Et teſtimónium perhíbuit Ioánnes, dicens. Quia vidi Spíritum deſcendéntem quaſi columbam de cœlo, & manſit ſuper eum. Et ego neſciébam eum: ſed qui miſit me baptizâre in aqua, ille mihi dixit. Super quem víderis Spíritũ deſcẽdéntem, & manéntem ſuper eum, hic eſt qui baptízat in Spíritu ſancto. Et ego vidi, & teſtimónium perhíbui: quia hic eſt Fílius Dei.

Offerto. Reges Tharſis & ínſulæ múnera ófferent: reges Arabum, & Sabá dona addúcent: & adorábunt eum omnes reges terræ, omnes gẽtes ſéruient ei. Pſal. 71.

Secreta.

Eccléſiæ tuæ quæſúmus Dómine dona propícius intuêre quibus non iam aurum, thus & myrrha profértur, ſed quod eiſdem munéribus declarátur immolâtur & ſúmitur. Per Dóminũ.

Præfatio. Quia cum vnigénitus tuus. Communicãtes &

diem ſac. ce. quo vnige. &c.
Com. Vidimus ſtellam eius in oriénte & vénimus cum munéribus adoráre eum. Poſt comm.

PRæſta quæſumus omnípotens Deus, vt quæ ſolénni celebrâmus officio ⁊ purificátæ mentis intelligéntia conſequâmur. Per Dóminũ.

****

DOMINICA. II. poſt Epiphaniam.

Introitus.

Pſal 65. OMnis terra adôret te, Deus, & pſallat tibi: pſalmum dicat
Ibid. nómini tuo Altíſsime. Pſal. Iubilâte Deo omnis terra, pſalmum dícite nómini eius: date glóriam laudi eius. ℣. Glória Patri. Collecta.

OMnípotens ſempitêrne Deus, qui cœlêſtia ſimul & terrêna moderâris: ſupplicatiónes pópuli tui clemênter exáudi ⁊ & pacem tuam noſtris concêde tempóribus. Per Dóminum noſtrum.

Léctio epiſtolæ Beáti Pauli Apóſtoli ad Romános.

Cap. 12. FRatres. Habẽtes donatiónes, ſecũdum grátiã quæ data eſt nobis, differẽtes: ſiue prophetíam ſecúndum ratiônem fidei, ſiue miniſtérium in miniſtrando, ſiue qui docet in doctrína: qui exhortâtur in exhortãdo, qui tríbuit in ſimplicitâte, qui præeſt in ſolicitúdine, qui miſerêtur in hilaritâte. Diléctio ſine ſimulatiône. Odiéntes malum: adhærêntes bono. Charitâtem fraternitâtis ínuicem diligéntes: honôre ínuicẽ prçueniêntes. Solicitúdine non pigri: ſpíritu feruéntes: Dómino ſeruiéntes: ſpe gaudéntes: in tribulatiône patiéntes: oratióni inſtántes: neceſsitátibus ſanctôrum communicántes: hoſpitalitâtem ſectántes. Benedícite perſequéntibus vos: benedícite, & nolîte maledícere. Gaudêre cum gaudéntibus: flere cum fléntibus. Idípſum ínuicem ſentiéntes. Nõ alta ſapiéntes: ſed humílibus conſentiéntes.

℟. Miſit Dóminus verbum ſuum, & ſanâuit eos: & erípuit eos de intéritu eôrum. ℣. Confiteántur Dómino miſericórdiæ eius: & mirabília eius filijs hóminum. Pſal. 106. Alleluia. ℣. Laudâte Dóminum omnes ángeli eius, laudâte eũ omnes virtútes eius. Alleluia. Pſal. 148.

Sequéntia ſancti Euangélij ſecúndum Ioánnem.

IN illo tẽpore: Núptię factę ſunt in Caná Galilææ, & erat mater Ieſu ibi. Vocâtus eſt autem & Ieſus, & diſcípuli eius ad núptias. Et deficiénte vino, dicit mater Ieſu ad eum. Vinum non habent. Et dicit ei Ieſus. Quid mihi & tibi eſt múlier? Nondum venit hora mea. Dicit mater eius miníſtris. Quodcúnque díxerit vobis, fácite. Erant autem ibi lapídeæ hydriæ ſex póſitæ, ſecúndum purificatiônem Iudæôrum: capiéntes ſíngulæ metrétas binas vel ternas. Dicit eis Ieſus. Implête hydrias aqua. Et impleuérunt eas vſque ad ſummũ. Et dicit eis Ieſus. Haurîte nunc, & ferte architriclíno. Et tulérunt. Vt autẽ guſtâuit architriclînus aquam vinum factam, & non ſciêbat vnde eſſet, miníſtri autem ſciébant qui háuſerant aquam: vocat ſponſum architriclînus, & dicit ei. Omnis homo, primùm bonum vinum ponit: & cum inebriáti fúerint, tũc id quod detérius eſt. Tu autem ſeruáſti bonum vinum vſque adhuc. Hoc fecit inítium ſignôrum Ieſus in Caná Galilææ: & manifeſtâuit glóriam ſuã. Et credidérunt in eum diſcípuli eius. Credo.

Offerto. Iubilâte Deo vniuérſa terra: pſalmum dícite nómini eius: venîte, & audîte, & narrâbo vobis omnes qui timêtis Deum, quanta fecit Dóminus ánimæ meæ, Allelúia. Pſal. 65.

Secreta.

OBlâta Dómine, múnera ſanctífica: nóſque à peccatôrum noſtrôrum mácalis emúnda. Per Dóminum noſtrum.

Commu. Dicit Dóminus, Implête hydrias aqua, & ferte architriclíno. Dum guſtáſſet architriclînus aquam vinum factam, dicit ſponſo, ſeruáſti bonum vinum vſque adhuc. Hoc ſignum fecit Ieſus primum coram diſcípulis ſuis. Ioã. 2.

Poſt communionem.

AVgeâtur in nobis, Dómine quæſumus tuæ virtutis operátio: vt diuinis vegetáti ſacraméntis, ad eôrum promíſſa capiénda, tuo múnere præparêmur. Per Dóminum noſtrum.

****

DOMINICA III.
poſt Epiphaniam.
Introitus.

OMnis terra adôret te, Deus, & pſallat tibi: pſalmum dicat nómini tuo Altíſsime. Pſal. Iubilâte Deo omnis terra, pſalmum dícite nómini eius; date glóriam laudi eius. Gloria Patri. Collecta.

OMnípotens ſempitérne Deus, infirmitâtem noſtram propítius réſpice: atq; ad protegéndum nos, déxteram tuæ maieſtâtis exténde. Per Dóminum noſtrum.

Léctio epíſtolæ Beáti Pauli Apóſtoli ad Romános.

capi. 12. FRatres: Nolîte eſſe prudéntes apud voſmetípſos. Nulli malum pro malo reddéntes. Prouidéntes bona non tantùm coram Deo, ſed étiam coram ómnibus homínibus. Si fíeri poteſt, quod ex vobis eſt, cum ómnibus homínibus pacem habéntes. Non voſmetípſos defendéntes, charíſsimi: ſed date locum iræ. Scriptum eſt enim. Mihi vindíctam: & ego retribuam, dicit Dóminus. Sed ſi eſuríerit inimîcus tuus, ciba illum. Si ſitit, potum da illi. Hoc enim fáciens, carbónes ignis cóngeres ſuper caput eius. Noli vinci à malo: ſed vince in bono malum.

℟. Miſit Dóminus verbum ſuum, & ſanâuit eos, & erípuit eos de intéritu eôrum. ℣. Confiteantur Dómino miſericórdiæ eius & mirabilia eius filijs hóminum. Alleluia ℣. Laudâte Deũ omnes ángeli eius: Laudâte eum omnes virtútes eius. Pſal. 106.

Sequéntia ſancti Euangélij ſecúndum Matthæum.

IN illo témpore: Cùm deſcendíſſet Ieſus de monte, ſequútæ ſunt eum turbæ multæ. Et ecce leprôſus véniens, adorâbat eum, dicens. Dómine, ſi vis, potes me mundâre. Et exténdens manum Ieſus, tétigit eum, dicens, Volo. Mundâre. Et conféſtim mundâta eſt lepra eius. Et ait illi Ieſus. Vide, némini díxeris: ſed vade, oſténde te ſacerdóti: & offer munus, quod præcêpit Móyſes, in teſtimónium illis. Cum autem introíſſet Capharnaum, accéſsit ad eum Cap. 8.

Centúrio, rogans eum, & dicens. Dómine, puer meus iacet in domo paralyticus, & malè torquêtur. Et ait illi Ieſus. Ego véniam, & curâbo eum. Et reſpóndens Centúrio ait. Dómine, non ſum dignus, vt intres ſub tectum meum: ſed tãtum dic verbo, & ſanábitur puer meus. Nã & ego homo ſum ſub poteſtâte conſtitûtus, habens ſub me mílites: & dico huic, vade, & vadit: & álio, veni, & venit: & ſeruo meo, fac hoc, & facit. Aúdiens autem Ieſus, mirâtus eſt, & ſequéntibus ſe dixit. Amen dico vobis, non inuéni tantam fidẽ in Iſraél. Dico autem vobis, quòd multi ab oriénte & occidénte vénient, & recúmbent cum Abrahám, Iſaác, & Iacób in regno cœlôrum: fílij autẽ regni eijciéntur in ténebras exterióres. Ibi erit fletus, & ſtridor déntiũ. Et dixit Ieſus Cẽturióni. Vade: & ſicut credidíſti, fiat tibi. Et ſanâtus eſt puer in illa hora. Credo.

Offer. Iubilâte Deo vniuérſa terra: Pſalmũ dícite nómini eius: venîte & audîte & narrâbo vobis, omnes qui timêtis Deum, quanta fecit ánimæ meæ Alleluia.

Secreta.

HÆc hóſtia, quæſumus Dñe, emũdet noſtra delícta: & ad ſacrifíciũ celebrãdum, ſubditôrum tibi córpora, menteſque ſanctíficet. Per Dóminum noſtrum.

Comm. Dicit Dóminus Impléte hydrias aqua & ferte architriclíno. Dũ guſtáſſet architriclínus aquam vinũ factum dicit ſponſo, ſeruáſti vinum bonũ vſq; ádhuc. Hoc ſignũ fecit Ieſús primũ corã diſcípulis ſuis. Ioã. 2.

Poſt commu.

QVos tantis Dómine, largîris vti myſtérijs: quæſumus, vt effectibus eôrũ veráciter aptâre dignêris. Per Dóminum noſtrum.

****

DOMINICA IIII. poſt Epiphaniam.

Introitus.

ADorâte Deũ omnes ángeli eius: audîuit, & lætâta eſt Sión: & exultauérunt fíliæ Iudæ. Pſal. 96.

Pſal. Dóminus regnâuit, exúltet terra, læténtur ínſulæ multæ. ℣. Glória Patri. Ibid.

Collecta.

DEus, qui nos in tantis perículis cõſtitútos, pro hu-

mána ſcis fragilitâte nõ poſſe ſubſíſtere? da nobis ſalûtẽ mentis & córporis: vt ea, quę pro peccátis noſtris pátimur? te adiuuánte, vincâmus. Per Dóminum noſtrum.

Léctio epíſtolæ Beáti Pauli Apóſtoli ad Romános.

capi. 13. FRatres: Némini quicquã debeâtis: niſi vt ínuicem diligâtis. Qui enim díligit próximum, legem implêuit. Nã non adulterâbis: non occîdes: non furáberis: non falſum teſtimónium dices: non concupíſces: & ſi quod eſt áliud mandâtum, in hoc verbo inſtaurâtur: díliges próximum tuum ſicut te ipſum. Diléctio próximi malum nõ operâtur. Plenitûdo ergo legis eſt diléctio.

Pſal. 101. ℟. Timébunt gentes nomen tuũ Dómine, & omnes reges terræ glóriam tuam. ℣. Quóniam ædificâuit Dóminus Sión, & vidébitur in maieſtáte ſua.

Pſal. 96. Alleluia, ℣. Dñs regnâuit exúltet terra: lætén tur ínſulę multæ, Alleluia.

Sequéntia ſancti Euangélij ſecúndum Matthæum.

capi. 8. IN illo témpore: Aſcẽdénte Ieſu in nauículã: ſequúti ſunt eũ diſcípuli eius. Et ecce motus magnus factus eſt in mari, itá vt nauícula operirêtur fluctibus. Ipſe verò dormiêbat. Et acceſſérunt diſcípuli eius, & ſuſcitauérunt eum, dicéntes. Dómine, ſalua nos, perîmus. Et dicit eis. Quid tímidi eſtis módicæ fidei? Tunc ſurgens imperâuit ventis & mari: & facta eſt tranquíllitas magna. Porrò homines miráti ſunt, dicéntes. Qualis eſt hic: quia venti & mare obédiunt ei? Credo.

Offert. Déxtera Dómini fecit virtûtem, déxtera Dómini exaltâuit me: nõ móriar, ſed viuam, & narrâbo ópera Dómini. Pſal. 117.

Secreta.

COncêde, quæſumus omnípotens Deus, vt huius ſacrifícij munus oblâtum, fragilitâtem noſtrã ab omni malo purget ſemper & múniat. Per Dóminum noſtrum.

Commu. Mirabántur omnes de his, quæ procedébant de ore Dei. Luc. 4.

Poſt communionem.

MVnera tua nos Deus, à delectatiónibus terrênis expédiant? & cœléſtibus ſemper inſtáurent aliméntis. Per Dóminum noſtrum.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

****

DOMINICA V.
poſt Epiphaniam.
Introitus.

Pſal. 96. ADorâte Deũ omnes ángeli eius: audîuit & lætâta eſt Sión: & exultauêrunt fíliæ Iudæ.

Ibid. Pſal. Dñs regnâuit, exúltet terra: lętẽtur ínſulæ multæ. ℣. Glória. Colle.

FAmíliam tuã, quæſumus Dñe, contínua pietâte cuſtódi, vt quæ in ſola ſpe grâtię cœléſtis innítitur, tua ſemper protectiône muniâtur. Per Dóminum noſtrum.

Léctio epíſtolæ Beáti Pauli Apóſtoli ad Coloſſénſes.

Cap. 3. FRatres: Indúite vos, ſicut eléc̃ti Dei ſancti, & diléc̃ti víſcera miſericórdiæ, benignitâtem, humilitâtem, modéſtiam, patiéntiam, ſupportántes ínuicem: & donántes vobiſmetípſis, ſi quis aduerſus aliquẽ habet querêlam. Sicut & Dñs donâuit vobis: ita & vos. Super ómnia autem hæc, charitâtẽ habẽtes, quod eſt vínculũ perfectiônis. Et pax Chriſti exúltet in córdibus veſtris, in qua & vocáti eſtis in vno córpore: & grati eſtôte. Verbũ Chriſti hábitet in vobis abũdánter, in omni ſapiẽtia: docéntes & commonéntes voſmetípſos, in pſalmis, hymnis, & cánticis ſpirituálibus, in grátia cantántes in córdibus veſtris Deo: in Chriſto Ieſú Dño noſtro.

℟. Timébunt gẽtes nomen tuũ Dñe, & omnes reges terræ gloriã tuam. ℣. Pſal. 101.
Quóniam ædificâuit Dóminus Sión & vidébitur in maieſtáte ſua. Alle-
lúia. ℣. Dóminus regnâuit, exúltet ter- Pſal. 96.
ra: lætẽntur ínſulæ multæ, Allelúia.

Sequéntia Sancti Euangélij ſecúndum Matthæum.

IN illo tẽpore: Dixit Ieſus diſcípulis ſuis Cap. 13.
parábolam hãc Símile factũ eſt regnum cœlôrum hómini, qui ſeminâuit bonũ ſemẽ in agro ſuo. Cùm autẽ dormírẽt hómines, venit inimîcus eius, & ſuperſeminâuit zizánia in médio trítici, & ábijt. Cúm autem creuíſſet herba, & fructũ fecíſſet: tunc apparuérũt & zizánia. Accedéntes autẽ ſerui patris famílias, dixérunt ei. Dñe, nónne bonum ſemen ſemináſti in agro tuo? Vnde ergo habet zi-

zánia? Et ait illis. Inimîcus homo hoc fecit. Serui autem dixérunt ei. Vis imus, & collígimus ea? Et ait. Non: ne fortè colligéntes zizánia, eradicêtis cum eis ſimul & tríticū. Sínite vtraq; créſcere vſq; ad meſſem: & in tēpore meſsis dicā meſſóribus. Collígite primū zizánia, & alligâte ea in faſcículos ad comburéndū: tríticum autem congregâte in hórreum meum. Credo.

Pſal. 117. Offe. Déxtera Dñi fecit virtûtē, déxtera Dñi exaltâuit me: non móriar, ſed viuā, & narrâbo ópera Dñi. Secreta.

HOſtias tibi Dómine, placatiônis offérimus: vt & delícta noſtra miſerâtus abſóluas, & nutántia corda tu dírigas. Per Dóminū noſtrum.

Luc. 4. Communio. Mirabántur omnes de his, quæ procedêbant de ore Dei.

Poſt commu.

QVæſumus omnípotens Deus, vt illîus ſalutâris capiâmus effēctum? cuius per hæc myſtéria pignus accépimus. Per Dñm noſtrum.

¶ Dñica. VI. poſt Epiphaniā, ſi contigerit celebrari fiat in omnibus ſicut in Dominica. V. præcedenti.

****

DOMINICA
in Septuageſima.

Statio ad S. Laurent. extramuros.

Introitus.

CIrcundedérūt me gémitus mortis: dolóres inférni circūdedérunt me: & in tribulatiône mea inuocâui Dóminum, & exaudîuit de templo ſancto ſuo vocem meam. Pſal. 17.

Pſalm. Díligam te Dómine, virtus mea. Dñs firmaméntū meū & refúgiū meū, & liberâtor meus. ℣. Glô. Patri. Ibid.

¶ Non dicitur Glória in excélſis, Neque Ite Miſſa eſt. Vſque Vigiliam Paſchæ. Collecta.

PReces pópuli tui, quæſumus Dómine, cleménter exáudi: vt qui iuſtè pro peccátis noſtris afflígimur? pro tui nóminis glória miſericórditer liberêmur. Per Dóminum noſtrum.

Léctio epiſtolæ Beâti Pauli Apóſtoli ad Corínthios.

FRatres: Neſcitis quód hi qui in ſtádio currunt, omnes quidem currunt: ſed vnus áccipit brauîum? Sic cúrrite, vt comprehendâtis. 1. Cor. 9.

Omnis autem qui in agône cőténdit: ab ómnibus ſe ábſtinet. Et illi quidem, vt corruptíbilem corônam accípiant: nos autẽ incorrúptam. Ego ígitur ſic curro, non quaſi in incértum: ſic pugno, non quaſi áërem vérberans: ſed caſtîgo corpus meum, & in ſeruitûtem rédigo: ne forté cum alijs prædicâuerim, ipſe réprobus effíciar. Nolo enim
capi. 10. vos ignorâre fratres: quóniam patres noſtri omnes ſub nube fuérunt, & omnes mare tranſiérunt, & omnes in Moyſe baptizáti ſunt in nube & in mari. Et omnes eándem eſcam ſpirituâlem manducauérunt, & omnes eúndem potum ſpirituâlem bibérunt. Bibébant autem de ſpirituáli, conſequénte eos petra: petra autẽ erat Chriſtus.

Pſal. 9. ℞. Adiûtor in opportunitátibus, in tribulatiône: ſperent in te, qui nouérũt te: quóniam non derelínquis quæréntes te Dómine. ℣. Quónian non in finẽ oblíuio erit páuperis: patiéntia páuperum non perîbit in ætérnum: exúrge Dómine, non præuáleat homo.

Pſal. 129. Tractus De profúndis clamáui ad te Dómine, Dñe exáudi vocem meã. ℣. Fiant aures tuæ intendéntes in oratiônem ſerui tui. ℣. Si iniquitátes obſeruáueris Dómine, Dómine quis ſuſtinêbit? ℣. Quia apud te propitiátio eſt, & propter legem tuam ſuſtínui te Dómine.

Sequéntia ſancti Euangélij ſecúndum Matthæum.

IN illo témpore: Dixit Ieſus diſcípulis ſuis parábolam hãc. capi. 10.
Símile eſt regnum cœlôrum hómini patri famílias, qui éxijt primo mane condúcere operários in víneam ſuã. Conuentiône autem facta cũ operárijs ex denário diúrno, miſit eos in víneam ſuã. Et egréſſus circa horam tértiam, vidit álios ſtantes in foro ocióſos, & dixit illis. Ite & vos in víneam meam: & quod iuſtum fúerit, dabo vobis. Illi autem abiérunt. Iterũ autem éxijt circa ſextam & nonam horam: & fecit ſimíliter. Circa vndêcimam verò éxijt, & inuênit álios ſtantes, & dicit illis. Quid hîc ſtatis tota die ocióſi? Dicunt ei. Quia nemo nos condúxit. Dicit illis. Ite & vos in víneam meã. Cùm ſerò autem factum

eſſet,

eſſet, dicit Dóminus víneæ procuratóri ſuo. Voca operários, & redde illis mercêdẽ, incípiens à nouíſsimis vſque ad primos. Cum veníſſent ergo qui circa vndécimam horam vénerant, accepérũt ſíngulos denários. Veniêntes autem & primi, arbitráti ſunt, quòd plus eſſent acceptúri: accepérunt autem & ipſi ſíngulos denários. Et accipiéntes, murmurâbant aduérſus patrem famílias, dicéntes. Hi nouíſsimi vna hora fecérunt: & pares illos nobis fecíſti, qui portáuimus pondus diéi & æſtus? At ille reſpóndens, vni eôrum dixit. Amîce, non fácio tibi iniúriam. Nónne ex denário conueníſti mecum? Tolle quod tuum eſt, & vade. Volo autem & huic nouíſsimo dare, ſicut & tibi. Aut non licet mihi, quod volo, fácere? An óculus tuus nequã eſt, quia ego bonus ſum? Sic erunt nouíſsimi, primi: & primi, nouíſsimi. Multi enim ſunt vocáti: pauci verò eléɛ̃ti. Credo.

Offert. Bonum eſt confitéri Dómino, & pſállere nómini tuo, Altíſsime. Pſal. 91.

Secreta.

Muneribus noſtris, quæſumus Dómine, précibuſq; ſuſcéptis: & cœléſtibus nos munda myſtérijs, & cleménter exáudi. Per Dñm.

Communio. Illúmina faciem tuá ſuper ſeruum tuum: & ſaluum me fac in tua miſericórdia: Dómine non confúndar: quóniam inuocáui te. Pſal. 30.

Poſt communionem.

Fidéles tui Deus, per tua dona firméntur: vt éadem & percipiéndo requírant: & quærendo ſine fine percípiant. Per Dóminum.

****

DOMINICA
In Sexageſima.

Statio ad ſanctum Paulum.

Introitus.

Exúrge, quare obdórmis Dómine? exúrge, & ne repéllas in finem: quare fáciem tuã auértis, obliuíſceris tribulatiônẽ noſtram? adhæſit in terra vẽter noſter: exúrge Dómine, ádiuua nos, & líbera nos. Pſal. 43.

Pſalm. Deus, áuribus noſtris audíuimus: patres noſtri annũciauérũt nobis. Ibid.

℣. Gloria Patri. Collecta.

DEus, qui cónſpicis, quia ex nulla noſtra actióne confídimus: concêde propítius: vt contra aduérſa ómnia, doctôris géntium protectióne muniâmur. Per Dóminum noſtrum.

Léctio epíſtolæ Beáti Pauli Apóſtoli ad Corinthios.

2. co. 11. &. 12 FRatres; Libénter ſuffértis inſipiéntes: cum ſitis ipſi ſapiéntes. Suſtinêtis enim, ſi quis vos in ſeruitûtem rédigit, ſi quis déuorat, ſi quis ácc-cipit, ſi quis extóllitur: ſi quis in fáciem vos cædit. Secúndum ignobilitâtem dico, quaſi nos infírmi fuerîmus in hac parte. In quo quis audet (in inſipiéntia dico) áudeo & ego. Hebræi ſunt, & ego. Iſraëlîtæ ſunt, & ego. Semen Abrahę ſunt, & ego. Miníſtri Chriſti ſunt, & ego: vt minùs ſápiens dico, plus ego. In labóribus plúrimis, in carcéribus abundántius, in plagis ſupra modum: in mórtibus frequẽter. A Iudæis quínquies quadragénas vna minus accépi. Ter virgis cæſus ſum, ſemel lapidâtus ſum: ter naufrágium feci, nocte & die in profúndum maris fui: in itinéribus ſæpé, perículis flúminum, perículis latrônum, perículis ex gênere, perículis ex géntibus, perículis in ciuitâte, perículis in ſolitúdine, perículis in mari, perículis in falſis frátribus. In labôre & ærúmna, in vigílijs multis: in fame & ſiti: in ieiúnijs multis: in frígore & nuditâte. Prę ter illa quæ extrínſecus ſunt: inſtántia mea quotidiâna, ſo licitûdo ómnium eccleſiârũ. Quis infirmâtur, & ego non infírmor? Quis ſcandalizâtur, & ego non vror? Si gloriári opórtet: quæ infirmitâtis meæ ſunt, gloriâbor. Deus & Pater Dñi noſtri Ieſu Chriſti, qui eſt benedíctus in ſæcula, ſcit quòd non méntior.

Diuíſio priuatis diebus.

DAmáſci, præpóſitus gentis Arétæ regis cuſtodiê bat ciuitâtem Damaſcenôrũ, vt me cõprehénderet: & per fenéſtram in ſporta demíſſus ſum per murum: & ſic effúgi manus eius. Si gloriári opórtet, nõ expedit quidẽ. Véniã autẽ ad viſiónes, & reuelatió

nes Dómini. Scio hóminem in Chriſto ante annos quatuórdecim, ſiue in córpore, ſiue extra corpus, néſcio, Deus ſcit, raptum huiúſmodi vſq; ad tértiū cœlum. Et ſcio huiúſmodi hóminē, ſiue in córpore, ſiue extra corpus, néſcio, Deus ſcit: quóniam raptus eſt in paradîſum: & audîuit arcâna verba, quæ non licet hómini loqui. Pro huiúſmodi gloriâbor: pro me autē nihil gloriâbor, niſi in infirmitátibus meis. Nā & ſi volúero gloriári, non ero inſípiens. Veritâtem enim dicā. Parco autem: ne quis me exíſtimet ſupra id quod videt in me, aut audit áliquid ex me. Et ne magnitûdo reuelatiônū extóllat me, datus eſt mihi ſtímulus carnis meæ ángelus ſatánę, qui me colaphízet. Propter quod, ter Dñm rogáui, vt diſcêderet à me: & dixit mihi. Súfficit tibi grátia mea. Nam virtus in infirmitâte perfícitur. Libénter ígitur gloriâbor in infirmitátibus meis: vt inhábitet in me virtus Chriſti.

Pſal. 82. ℟. Sciant gentes, quóniam nomē tibi Deus: tu ſolus Altíſsimus ſuper omnē terrā. ℣. Deus meus pone illos vt rotam, & ſicut ſtípulam ante fáciem vēti. Pſal. 59.

Tractus Cómouíſti Dñe terram, & conturbáſti eam. ℣. Sana cōtritiónes eius, quia mota eſt. ℣. Vt fúgiant à fácie arcus: vt liberéntur elécti tui.

Sequéntia ſancti Euangélij ſecúndum Lucam.

capí. 8. IN illo témpore: Cum turba plúrima conueníret, & de ciuitátibus properârent ad Ieſum, dixit per ſimilitúdinē. Exijt qui ſéminat ſeminâre ſemen ſuum. Et dum ſéminat, áliud cécidit ſecus viam, & conculcâtum eſt: & vólucres cœli comedérunt illud. Et áliud cécidit ſupra petrā: & natum áruit, quia non habêbat humôrem. Et áliud cécidit inter ſpinas: & ſimul exórtæ ſpinæ ſuffocauérunt illud. Et áliud cécidit in terrā bonam, & ortum, fecit fructū céntuplū. Hæc dicens, clamâbat. Qui habet aures audiēdi, áudiat. Interrogábant autem eū diſcípuli eius, quę eſſet hęc parábola. Quibus ipſe dixit. Vobis datū eſt noſſe myſtérium regni Dei: cæteris autem in parábolis: vt vidéntes

non videant, & audiéntes non intélligant. Eſt autem hæc parábola. Semen, eſt verbum Dei. Quod autem ſecus viam: hi ſunt qui áudiunt, deínde venit diábolus, & tollit verbum de corde eôrum, ne credéntes ſalui fiant. Nam quod ſupra petram, hi ſunt, qui cùm audíerint, cum gáudio ſuſcípiunt verbum: & hi radíces non habent: quia ad tempus credunt, & in témpore tentatiônis recédunt. Quod autẽ in ſpinis cécidit: hi ſunt, qui audiérunt, & à ſolicitudínibus, & diuítijs, & voluptátibus vitæ, eúntes, ſuffocántur, & non réferunt fructum. Quod autem in terrã bonam: hi ſunt, qui in corde bono & óptimo audiéntes, verbum rétinent, & fructum áfferũt in patiéntia. Credo.

Pſal. 16. Offert. Pérfice greſſus meos in ſemitis tuis, vt non moueántur veſtígia mea: inclína aurem tuam, & exáudi verba mea: miríſica miſericórdias tuas, qui ſaluos facis ſperántes in te Dómine.

Secreta.

Oblâtum tibi Dómine, ſacrifícium viuíficet nos ſemper, & múniat. Per Dñm.

Communio. Introíbo ad altâre Dei ad Deum, qui lætíficat iuuentûtẽ meam. Pſal. 42.

Poſt communionem.

Supplices te rogâmus, omnípotẽs Deus: vt quos tuis réficis ſacraméntis: tibi étiã plácitis móribus dignánter deſeruîre concédas. Per Dóminum noſtrum.

****

DOMINICA in Quinquageſima.

Statio ad ſanctum Petrum.

Introitus.

Eſto mihi in Deum protectôrem, & in locum refúgij, vt ſaluum me fácias: quóniam firmaméntũ meũ, & refúgium meum es tu: & propter nomẽ tuum dux mihi eris, & enútries me. Pſal. 30.

Pſalm. In te Dómine ſperáui, non confúndar in ætérnum: in iuſtítia tua líbera me & éripe me. ℣. Glória Patri & Fílio. Pſal. 30. & 70.

Collecta.

Preces noſtras, quæſumus Dómine, cleménter exáudi: atque à peccatôrum vínculis abſolútos: ab omni nos aduerſitâte cuſtódi. Per Dóminum noſtrum.

Lectio

Léctio epíſtolæ Beáti Pauli Apóſtoli ad Corínthios.

1.ca. 13. FRatres: Si linguis hóminum loquar, & angelôrum: charitâtẽ autem non hábeam: factus ſum velut ęs ſonans, aut cymbalũ tínniens. Et ſi habúero prophetĩã, & nóuerim myſtéria ómnia, & omnem ſciéntiã: & ſi habúero omnem fidẽ, ita vt montes tránsferã, charitâtẽ autẽ non habeã: nihil ſum. Et ſi diſtribúero in cibos páuperum omnes facultátes meas: & ſi tradídero corpus meũ ita vt árdeam, charitâtem autẽ non habúero: nihil mihi prodeſt. Cháritas pátiens eſt: benígna eſt. Cháritas non æmulâtur, non agit pérperam: non inflâtur, non eſt ambitiôſa: non quærit, quæ ſua ſunt: non irritâtur: non cógitat malũ: nõ gaudet ſuper iniquitâtem: cõgáudet autem veritáti. Omnia ſuffert, ómnia credit, ómnia ſperat, ómnia ſúſtinet. Cháritas nunquam éxcidit: ſiue prophetíæ euacuabúntur, ſiue linguæ ceſſábũt, ſiue ſciéntia deſtruêtur. Ex parte enim cognóſcimus, & ex parte prophetâmus. Cũ autẽ vénerit quod perféctum eſt, euacuábitur quod ex parte eſt. Cùm eſſem páruulus, loquêbar vt páruulus, ſapiêbam vt páruulus, cogitâbã vt páruulus. Quando autẽ factus ſum vir: euacuáui quæ erãt páruuli. Vidêmus nunc per ſpéculum in ænígmate: tunc autẽ fácie ad fáciẽ. Nunc cognóſco ex parte: tunc autem cognóſcã ſicut & cógnitus ſum. Nunc autem manent fides, ſpes, cháritas, tria hæc: maior autem horum eſt cháritas.

℟. Tu es Deus, qui facis mirabília ſolus: notam feciſti in géntibus virtûtẽ tuam. ℣. Liberáſti in bráchio tuo pópulum tuum, fílios Iſraél, & Ioſeph. Pſal. 76.

Tract. Iubilâte Deo omnis terra. ſeruîte Dño in lætítia. ℣. Intrâte in conſpéctu eius in exultatiône: ſcitôte, quòd Dóminus ipſe eſt Deus. ℣. Ipſe fecit nos, & non ipſi nos: nos autem pópulus eius, & oues páſcuæ eius. Pſal. 99.

Sequéntia Sancti Euangélij ſecúndum Lucam.

capi. 18. IN illo tẽpore, Aſſúmpſit Ieſus duódecim diſcípulos ſuos ſecretò, & ait illis. Ecce aſcéndimus Hieroſólymam: & con-

ſummabũtur ómnia, quę ſcripta ſunt per Prophétas de Fílio hóminis. Tradêtur enim Gẽtibus, & illudêtur, & flagellábitur: & cõſpuêtur. Et poſt quã flagelláuerint, occîdent eum: & die tértia reſúrget. Et ipſi nihil horũ intellexérunt, & erat verbum iſtud abſcõditum ab eis: & non intelligébant quæ dicebántur. Factũ eſt autem, cùm appropinquâret Ierichó, cæcus quidam ſedêbat ſecus viam, mendícãs. Et cúm audîret turbam prætereúntẽ, interrogâbat quid hoc eſſet. Dixérunt autem ei, quòd Ieſus Nazarênus tranſîret. Et clamáuit dicens. Ieſu Fili Dauíd, miſerêre mei. Et qui præíbant, increpábant eum, vt tacêret. Ipſe verò multò magis clamâbat. Fili Dauíd, miſerêre mei. Stans autem Ieſus, iuſsit illum addûci ad ſe. Et cùm appropinquáſſet, interrogâuit illum, dicens. Quid tibi vis fáciam? At ille dixit. Dómine, vt vídeam. Et dixit illi Ieſus. Réſpice, Fides tua te ſaluum fecit. Et confêſtim vidit: & ſequebâtur illum, magníficans Deũ. Et omnis plebs, vt vidit, dedit laudem Deo. Credo.

Offert. Benedíctus es Dómine, doce me iuſtificatiónes tuas: in lábijs meis pronunciáui omnia iudícia oris tui. Pſal. 118.

Secreta.

HÆc hóſtia quæſumus Dómine, emúndet noſtra delícta: & ad ſacrifícium celebrándum, ſubditôrũ tibi córpora, menteſque ſanctíficet. Per Dóminum noſtrum.

Commu. Manducauérunt, & ſatiáti ſunt nimis, & deſidérium eôrum áttulit eis Dóminus: non ſunt fraudáti à deſidério ſuo. Pſal. 77.

Poſt communionem.

QVæſumus, omnípotens Deus, vt qui cœléſtia aliménta percépimus: per hæc contra ómnia aduérſa muniâmur. Per Dóminum.

FERIA QVARTA Cinerum, ante Miſſam benedicuntur Cineres facti de ramis oliuæ benedictis præteriti anni, hoc modo. Primò cãtatur Antiphona.

EXúrge Dómine ádiuua nos, & líbera nos propter nomen tuum. Pſal. 43. Pſal. Deus áuribus noſtris, Ibid.

audíuimus; patres noſtri annunciauérunt nobis. Glória Patri.

Pſal. 84. ℣. Oſténde nobis Dómine miſericórdiam tuam. Et ſalutâre tuum da nobis.

Hîc inclinatur Conuentus ſuper formas. Kyrie eley. Chriſte eleyſ. Pater noſter. Et ne nos.

Pſal. Deus miſereâtur noſtri. ℣. Et véniat ſuper nos miſericórdia tua Dómine. Et ſalutâre tuum. Dóminus vobíſcum. Orêmus.

COncêde nobis Dómine prę̨ſidia milítię Chriſtiánę ſanctis inchoâre ieiúnijs: vt contra ſpiritáles nequítias pugnatúri, continéntiæ muniâmur auxílijs. Per.

¶ Benedictio cinerum.

Dóminus vobiſcũ. Orêmus.

DEus qui non mortem: ſed pœniténtiam deſideras peccatôrum, fragilitâtem noſtram benigníſsime reſpice: & hos cíneres quos cauſa prę̨feréndæ humilitâtis, atq; promerẽdæ veniæ capitibus noſtris impóni decérnimus, be ✠ nedícere pro tua pietâte dignêris, vt qui nos cínerẽ eſſe, & ob prauitâtis noſtræ méritum, in púluerem reuerſúros cognóſcimus: peccatôrum ómnium véniã, & præmia pœnitẽtibus repromíſſa miſericórditer cónſequi mereâmur. Per.

Dum ſacerdos capitibus cineres imponit, ſic dicat.

MEménto, quia cinis es, & in cínerem reuertêris. Antipho. Exaudi nos Dómine quóniam benígna eſt miſericórdia tua, ſecúndum multitúdinem miſeratiônum tuarum réſpice nos Dómine. Pſalm. Saluum me fac Deus quóniam intrauêrunt aquæ vſque ad ánimam meam. Glória Patri. Pſal. 68.

Hîc non inclinatur Conuentus. Aña. Iuxta veſtíbulum & altáre plorábunt ſacerdótes & Leuítæ miniſtri Dómini & dicent: parce Dómine parce pópulo tuo, & ne díſsipes ora clamántium ad te Dómine. Aña. Immutêmur hábitu in cínere & cilício, ieiunêmus & plorêmus ante Dóminum, quia multum miſéricors eſt dimíttere peccâta noſtra Deus noſter. Ioel. 2.

DEINDE DICItur Miſſa.

Statio ad Sanctam Sabinam.

Introitus.

MIſerêris ómniũ Dómine, & nihil odíſti eôrum quæ fecí- Sap. 11.

ſti: diſsímulans peccâta hóminum propter pœniténtiã: & parcens illis: quia tu es Dóminus Deus noſter.

Pſal. 56. Pſal. Miſerêre mei Deus, miſerêre mei: quóniã in te confídit ánima mea. ℣. Glória Patri. Collecta. Orêmus, Flectâmus génua, Leuâte.

PRæſta Dómine, fidélibus tuis: vt ieiuniôrum veneránda ſolénnia, & cóngrua pietâte ſuſcípiant: & ſecúra deuotiône percúrrant. Per Dóminum noſtrum.

Léctio Ioêlis Prophétæ.

capi. 2. HÆc dicit Dóminus. Cõuertímini ad me in toto corde veſtro, in ieiúnio, & fletu & planctu: & ſcíndite corda veſtra, & non veſtiménta veſtra. Et conuertímini ad Dóminum Deum veſtrum: quia benígnus & miséricors eſt: pátiens & multæ miſericórdiæ: & præſtábilis ſuper malítia. Quis ſcit, ſi conuertâtur, & ignóſcat Deus: & relínquat poſt ſe benedictiônem, ſacrifícium & libâmen Dómino Deo noſtro? Cánite tuba in Sión: ſanctificâte ieiúnium: vocâte cœtum: congregâte pópulum: ſanctificâte eccléſiam: coadunâte ſenes: congregâte páruulos, & ſugéntes vbera. Egrediâtur ſponſus de cubíli ſuo: & ſponſa de thálamo ſuo. Inter veſtíbulum & altâre plorábunt ſacerdótes miníſtri Dómini, & dicent. Parce Dómine, parce pópulo tuo: & ne des hæreditâtem tuam in oppróbrium, vt dominéntur eis natiónes. Quare dicunt in pópulis: vbi es Deus eôrum? Zelâtus eſt Dóminus terram ſuam: & pepércit pópulo ſuo. Et reſpóndit Dóminus, & dixit pópulo ſuo. Ecce ego mittam vobis fruméntum, & vinum, & óleum: & replebímini in eis: & non dabo vos vltra oppróbrium in géntibus: dicit Dóminus omnípotens.

℟. Miſerêre mei Deus, miſerêre mei: quóniam in te cõfídit ánima mea. ℣. Miſit de cœlo, & liberâuit me: dedit in oppróbrium conculcántes me. Pſal. 56.

Tractus. Dómine non ſecúndum peccâta noſtra, fácias nobis: neque ſecúndum iniquitátes noſtras retríbuas nobis. ℣. Dómine, ne memíneris iniquitâtum noſtrárum antiquârum: Pſal. 102.

citò

citò antícipent nos miſericórdiæ tuæ, quia páuperes facti ſumus nimis.

Ibid. ℣. Adiuua nos Deus ſalutâris noſter : & propter glóriam nóminis tui Dómine líbera nos : & propítius eſto peccátis noſtris, propter nomen tuum.

Sequéntia Sancti Euangélij ſecúndum Matthæum.

capi. 6. IN illo témpore: Dixit Ieſus diſcípulis ſuis. Cum ieiunâtis, nolîte fieri, ſicut hypócritæ, triſtes. Extérminant enim fácies ſuas: vt appáreant homínibus ieiunántes. Amen dico vobis: recepêrũt mercêdem ſuam. Tu autem cum ieiúnas, vnge caput tuũ: & fáciem tuam laua: ne videâris homínibus ieiúnans: ſed patri tuo, qui eſt in abſcóndito. Et pater tuus, qui videt in abſcóndito, reddet tibi. Nolîte theſaurizâre vobis theſáuros in terra: vbi ærûgo & tínea demolîtur: & vbi fures effódiunt & furántur. Theſaurizâte autem vobis theſáuros in cœlo: vbi neque ærûgo, neque tínea demolîtur: & vbi fures non effódiunt, nec furántur. Vbi eſt enim theſáurus tuus, ibi eſt & cor tuum.

Offert. Exaltâbo te Dómine, quóniam ſuſcepíſti me, nec delectáſti inimícos meos ſuper me: Dómine clamáui ad te, & ſanáſti me. Pſal. 29.

Secreta.

FAc nos, quæſumus Dómine, his munéribus offerêndis conueniénter aptári, quibus ipſîus venerábilis ſacraménti celebrâmus exórdium. Per Dóminum.

Præfat. Qui corporáli ieiúnio.

¶ Et dicitur quotidie vſque ad cœnam Dómini exceptis Dóminicis diebus.

Commu. Qui meditábitur in lege Dómini die ac nocte, dabit fructum ſuum in tempore ſuo. Pſal. 1.

Poſt communionem.

PErcépta nobis Dómine, præbeât ſacraménta ſubſídium: vt tibi grata ſint noſtra ieiúnia: & nobis profíciant ad medêlam. Per Dóminum noſtrum.

¶ Deinde Sacerdos abſoluté dicit, Orêmus. Poſteá diaconus (ſi in officio diaconatus ſeruiat) dicit Humiliâte cápita veſtra Deo. alioquin ipſe Sacerdos.

Super populum. Orêmus. Humiliâte. Collecta.

INclinántes ſe Dñe, maieſtáti tuæ, propitiâtus inténde: vt qui diuíno múnere ſunt refécti: cœléſtibus ſemper nutriántur auxílijs. Per Dñm.

FERIA QVINTA.

Statio ad Sanctum Georgium.

Introitus.

Pſal. 54. DVm clamârem ad Dóminum, exaudîuit vocem meam ab his qui appropínquant mihi: & humiliâuit eos, qui eſt ante ſæcula, & manet in ętérnum: iacta cogitâtum tuum in Dómino, & ipſe te enútriet.

Ibid. Pſal. Exáudi Deus oratiônem meã, & ne deſpéxeris deprecatiônẽ meã: inténde mihi, & exáudi me. ℣. Glória Patri. Orêmus.

Flectâmus &c. Collecta.

DEus, qui culpa offénderis, pœnitêntia placâris, preces pópuli tui ſupplicãtis propítius réſpice: & flagélla tuæ iracúndiæ, quæ pro peccátis noſtris merêmur, auérte. Per Dóminum noſtrum.

Lectio Iſaíæ prophétæ.

IN diêbus illis: Ægrotâuit Ezechías vſque ad mortem: & introîuit ad eum Iſaías fílius Amós Prophêta, & dixit ei. Hæc dicit Dóminus. Diſpône dómui tuę: quia moriêris tu, & non viues. Et conuértit Ezechías fáciem ſuam ad paríetem, & orâuit ad Dóminum, & dixit. Obſecro Dómine, meménto, quæſo, quómodo ambuláuerim coram te in veritâte, & in corde perfécto: & quod bonum eſt in óculis tuis fécerim. Et fleuit Ezechías fletu magno. Et factum eſt verbum Dómini ad Iſaîam, dicens. Vade, & dic Ezechíæ. Hæc dicit Dñs Deus Dauíd patris tui. Audíui oratiônem tuã: & vidi láchrymas tuas. Ecce, ego adiíciam ſuper dies tuos quíndecim annos: & de manu regis Aſſyriôrũ éruã te, & ciuitâtem iſtam: & prótegam eam, Ait Dóminus omnípotens. c. 38

℟. Iacta cogitâtum tuũ in Dómino, & ipſe te enútriet. ℣. Dum clamârẽ ad Dóminum, exaudîuit vocem meam ab his, qui appropínquant mihi. Pſal. 54.

Sequéntia Sancti Euangélij ſecúndum Ioánnem.

Cap. 8. IN illo témpore: Dicêbat Ieſús ad eos qui credidérunt ei Iudæos. Si vos manſerîtis in ſermône meo: verè diſcípuli mei éritis. Et cognoſcêtis veritâtem: & véritas liberâbit vos. Reſpondérunt ei. Semen Abrahæ ſumus: & némini ſeruíuimus vnquam. Quómodo tu dicis, líberi éritis? Reſpóndit eis Ieſus. Amẽ amén dico vobis: quòd omnis qui facit peccâtum ſeruus eſt peccáti. Seruus autem non manet in domo in ætérnum: fílius manet in ætérnum. Si ergò filius vos liberáuerit: vere líberi éritis. Scio quia fílij Abrahæ eſtis: ſed quæritis me interfícere, quia ſermo meus non capit in vobis. Ego quod vidi apud Patrem meum loquor: & vos quæ vidíſtis apud Patrem veſtrum fácitis. Reſpondérunt & dixérunt ei. Pater noſter Abrahám eſt. Dicit eis Ieſús. Si fílij Abrahæ eſtis ópera Abrahæ fácite. Nunc autem quæritis me interfícere: hōmĩnem qui veritâtem loquûtus ſum vobis quam audíui à Deo. Hoc Abrahám non fecit. Vos fácitis ópera patris veſtri. Dixérunt ĩtaque ei. Nos ex fornicatióne non ſumus nati: vnum patrem habêmus Deum. Dixit ergò eis Ieſus. Si Deus pater veſter eſſet: diligerêtis vtique me. Ego enim ex Deo procéſsi, & veni. Neque enim à me ipſo veni: ſed ille me miſit. Quare loquêlam meam non cognóſcitis? Quia non potéſtis audîre ſermônem meum. Vos ex patre Diábolo eſtis: & deſidéria patris veſtri vultis fácere. Ille homicîda erat ab inítio: & in veritâte non ſtetit quia non eſt vẽritas in eo. Cum lóquitur mendácium ex próprijs lóquitur: quia mendax eſt, & pater eius. Ego autem quia veritâtem dico: non créditis mihi.

Offertor. Ad te Dómine leuáui ánimam meam: Deus meus in te confído, non erubéſcam: neque irrídeant me inimíci mei: étenim vniuérſi, qui te expéctant, non confundéntur. Pſal. 24.

Secreta.

SAcrifícijs prȩſéntibus, Dómine, quæſumus, inténde placâtus: vt & deuotióni noſtræ profíciant, & ſalúti. Per Dóminum noſtrum.

Pſal. 50. Communio. Acceptâbis ſacrifícium iuſtítiæ, oblatiónes, & holocáuſta, ſuper altâre tuum Dómine.

Poſt communionem.

CÆléſtis doni benedictióne percépta, ſúpplices te, Deus omnípotens, deprecâmur: vt hoc idem nobis & ſacraménti cauſa ſit, & ſalûtis. Per Dóminum noſtrum.

Super populum. Orêmus.
Humiliâte cápita veſtra Deo.

PArce Dómine, parce pópulo tuo: vt dignis flagellatiónibus caſtigâtus, in tua miſeratiône reſpîret. Per Dóminum noſtrum.

FERIA SEXTA.

Statio ad SS. Ioannem & Paulum.

Introitus.

Pſal. 29. AVdîuit Dóminus, & miſertus eſt mihi: Dóminus factus eſt adiûtor meus.

Ibid. Pſal. Exaltábo te Dñe quóniã ſuſcepíſti me: nec delectáſti inimícos meos ſuper me. ℣. Glória Patri. Orêmus.
Flectâmus génua. Leuâte. Colle.

INchoâta ieiúnia, quæſumus Dñe, benígno fauôre proſéquere: vt obſeruántiã, quam corporáliter exhibêmus, méntibus étiam ſyncéris exercêre valeâmus. Per Dóminum noſtrum.

Léctio Iſaíæ Prophétæ.

HÆc dicit Dñs Deus. Capi. 58.
Clama, ne ceſſes: quaſi tuba exálta vocẽ tuam, & annúncia pópulo meo ſcélera eôrũ, & dómui Iacób peccâta eôrũ. Me étenim de die in diem quærunt, & ſcire vias meas volunt: quaſi gens, quȩ iuſtítiã fécerit, & quæ iudíciũ Dei ſui non derelíquerit. Rogãt me iudícia iuſtítiæ: & appropinquâre Deo volũt. Quare ieiunáuimus, & non aſpexíſti: humiliáuimus ánimas noſtras, & neſcíſti? Ecce, in die ieiúnij veſtri inuenîtur volúntas veſtra: & omnes debitóres veſtros repétitis. Ecce ad lites & contentiónes ieiunâtis: & percútitis pugno ímpiè. Nolîte ieiunâre ſicut vſque ad hanc diem, vt audiâtur in excélſo clamor ve-

ſter. Nunquid tale eſt ieiúnium, quod elégi, per diem afflígere hóminem ánimam ſuam? Nunquid, contorquêre quaſi círculum caput ſuũ, & ſaccum & cínerem ſtérnere? Nunquid iſtud vocáui ieiúnium, & diem acceptábilem Dómino? Nonne hoc eſt magis ieiúnium, quod elégi? Diſſólue colligatiónes impietâtis: ſolue faſcículos depriméntes. Dimítte eos, qui confrácti ſunt, líberos: & omne onus diſrũpe. Frãge eſuriénti panem tuum: & egénos vagoſq; induc in domũ tuam. Cum víderis nudum, óperi eum: & carnẽ tuam ne deſpéxeris. Tunc erúmpet quaſi manè lumen tuum: & ſánitas tua cítius oriêtur: & anteîbit fáciem tuam iuſtítia tua: & glória Dómini cólliget te. Tũc inuocâbis, & Dñs exáudiet: clamâbis, & dicet: Ecce adſum. Quia miſéricors ſum Dóminus Deus tuus.

Pſal. 26. ℟. Vnam pétij à Dómino, hanc requîram. vt inhábitem in domo Dómini. ℣. Vt vídeam voluntâtem Dómini, & prótegar à templo ſancto eius.

Pſal. 102. Tract. Dómine, non ſecúndũ peccâta noſtra, fácias nobis: neque ſecúndum iniquitátes noſtras, retríbuas nobis. ℣. Dómine, ne memíneris iniquitâtum noſtrârum antiquârum: citó antícipent nos miſericórdiæ tuæ, quia páuperes facti ſumus nimis. Pſal. 78. ℣. Adiuua nos Deus ſalutâris noſter: & propter glóriam nóminis tui Dómine líbera nos: & propítius eſto peccátis noſtris, propter nomen tuum. Ibid.

Sequéntia Sancti Euangélij ſecúndum Matthæum.

IN illo têmpore: Dixit Ieſus diſcípulis ſuis. Audíſtis, quia dictum eſt antíquis. Díliges próximum tuum: & ódio habêbis inimîcũ tuum. Ego autẽ dico vobis. Dilígite inimícos veſtros: benefácite his qui odérunt vos: & orâte pro perſequéntibus & calumniántibus vos: vt ſitis fílij Patris veſtri, qui in cœlis eſt: qui Solẽ ſuum oríri facit ſuper bonos, & malos: & pluit ſuper iuſtos, & iniúſtos. Si enim dilígitis eos, qui vos díligunt, quã mercêdem habébitis? Nónne & publicáni hoc fáciunt? Et ſi ſalutauerîtis fratres veſtros tantùm, quid ámplius fácitis? Nonne & éthnici hoc fáciunt? Ca. 5.

Cap. 6. ciunt? Eſtôte ergo vos perfécti, ſicut & Pater veſter cœléſtis perféctus eſt. Atténdite,ne iuſtítiam veſtram faciâtis coram homínibus, vt videámini ab eis:aliôquin mercêdem non habébitis apud Patrem veſtrum,qui in cœlis eſt. Cùm ergo facis eleemóſynam ,noli tuba cánere ante te, ſicut hypócritæ fáciunt in ſynagógis & in vicis, vt honorificéntur ab homínibus. Amén dico vobis, recepérunt mercêdem ſuam. Te autem faciénte eleemóſynam , néſciat ſiníſtra tua, quid fáciat déxtera tua:vt ſit eleemóſyna tua in abſcóndito.Et Pater tuus,qui videt in abſcóndito,reddet tibi. Et cũ orâtis non éritis ſicut hypócritę qui amant in Synagógis & in ángulis plateârum ſtâtes orâre: vt videántur ab hóminibus. Amen dico vobis , recepérunt mercêdem ſuam. Tu autem cum oráueris intra in cubículum tuum: & clauſo oſtio ora patrem tuum in abſcóndito. Et pater tuus qui videt in abſcóndito reddet tibi.

Offert. Dómine, viuífica me, ſecúndum elóquium tuum: vt ſciam teſtimónia tua. Pſal. 118.

Secretã.

SAcrifícium Dómine, obſeruántiæ quadrageſimâlis, quod offérimus, præſta, quæſumus,vt tibi & mentes noſtras reddat accéptas, & continéntiæ promptiôris nobis tríbuat facultâtem. Per Dóminum noſtrum.

Commu. Seruîte Dómino in timôre,& exultâte ei cum tremôre: apprehéndite diſciplînam, ne pereâtis de via iuſta. Pſal. 2.

Poſt communionem.

SPíritum nobis Dómine, tuæ charitâtis infúnde: vt quos vno pane cœléſti ſatiáſti: tua fácias pietâte concórdes.Per Dóminum.In vnitâte eiuſdem.

Super pópulum. Orêmus. Humiliâte cápita veſtra Deo.

TVêre Dómine,pópulum tuum: & ab ómnibus peccátis cleménter emúnda: quia nulla ei nocêbit aduérſitas: ſi nulla ei dominétur iníquitas. Per Dóminum noſtrum.

SABBATHO.

Statio ad Sanctum Triphonem.

Introitus.

Pſal. 29. AVdîuit Dóminus, & miſértus eſt mihi: Dóminus factus eſt adiûtor meus.

Ibid. Pſal. Exaltâbo te Dómine, quóniam ſuſcepíſti me: nec delectâſti inimícos meos ſuper me. ℣. Glória Patri.

Orémus.

Flectâmus genua.

Collecta.

INchoâta ieiúnia quæſumus Dómine benígno fauôre proſéquere: vt obſeruãtiam, quam corporaliter exhibêmus méntibus etiam ſincéris exercêre valeâmus. Per.

Léctio Iſaiæ prophétæ.

capi. 58. HÆc dicit Dñs Deus. Si abſtúleris de médio tui catênam, & deſíeris dígitum exténdere, & loqui, quod non prodeſt: cùm effúderis eſuriénti ánimam tuã: & ánimam afflíctam repléueris: oriêtur in ténebris lux tua, & ténebræ tuæ erunt ſicut merídies. Et réquiem dabit tibi Dóminus Deus tuus ſemper: & implébit ſplendóribus ánimam tuam: & oſſa tua liberâbit. Et eris quaſi hortus irríguus: & ſicut fons aquârum, cuius non defícient aquæ. Et ædificabúntur in te deſérta ſæculôrum: fundaménta generatiônis & generatiônis ſuſcitâbis. Et vocáberis ædificâtor ſépium, auértens ſémitas in quiêtem. Si auérteris à Sábbatho pedem tuum, fácere voluntâtem tuam in die ſancto meo: & vocáueris Sábbathum delicâtum, & ſanctum Dómini gloriôſum: & glorificáueris eum, dum non facis vias tuas, & non inuenîtur volúntas tua, vt loquâris ſermônem: tunc delectáberis ſuper Dómino: & ſuſtóllam te ſuper altitúdinem terræ: & cibâbo te hæreditâte Iacób patris tui. Os enim Dómini locútum eſt.

℟. Vnam pétij à Dómino hanc requîram, vt inhábitem in domo Dómini. ℣. Vt vídeam voluntâtem Dómini: & prótegar à templo ſancto eius. Pſal. 26.

Sequéntia Sancti Euangélij ſecúndum Marcum.

ca. 6. IN illo témpore: Cũ ſerò eſſet factum, erat nauis in médio

mari, & Ieſus ſolus in terra. Et vidit diſcípulos ſuos labo rántes in remigándo. Erat enim ventus cōtrárius eis. Et circa quartā vigíliam noctis venit ad eos ámbulans ſuper mare: & volêbat præterîre eos. At illi vt vidérunt eum ambulántem ſuper mare, putauérunt phantáſma eſſe: & exclamauérūt. Omnes enim eum vidêrunt, & conturbáti ſunt. Et ſtatim locútus eſt cū eis: & dixit illis. Confídite: Ego ſum: nolîte timêre. Et aſcéndit ad illos in nauim: & ceſſâuit vētus. Et plus magis intra ſe ſtupébant. Non enim intellexérūt de pánibus. Erat enim cor illôrum obcæcâtū. Et cùm transfretáſſent, venérunt in terrā Geneſaréth: & applicuérunt. Cumq; egréſsi eſſent de naui, contínuò cognouérunt eum. Et percurréntes vniuérſam regiônē illā, cœpérunt in grabátis eos, qui ſe malé habébant, circumférre, vbi audiêbant eum eſſe. Et quocúnque introîbat, in vicos, vel in villas, aut in ciuitátes: in pláteis ponébant infírmos, & deprecabántur eum, vt vel fímbriam veſtiménti eius tángerent. Et quotquot tangêbant eum, ſalui fiêbāt.

Offert. Dómine viuífica me ſecúndum elóquium tuum, vt fáciam teſtimónia tua. Pſal. 118.

Secreta.

SAcrificium Dómine obſeruántiæ paſchâlis offérimus: præſta quæſumus vt tibi & mentes noſtras reddat accéptas, & continêntiæ promptiôris nobis tríbuat facultâtem. Per.

Commu. Seruîte Dómino in timôre, & exultâte ei cum tremôre: apprehéndite diſciplînam, ne pereâtis de via iuſta. Pſal. 2.

Poſt cómmunionem.

SPíritum nobis Dómine tuæ charitâtis infúnde vt quos vno cœléſti pane ſatiáſti, tua fácias pietâte concórdes. Per Dómin. in vnit. eiuſdem.

Super populum. Orêmus. Humiliâte cápita veſtra Deo.

TVêre Dómine pópulum tuum, & ab ómnibus peccátis cleménter emúnda: quia nulla ei nocêbit aduérſitas, ſi nulla dominêtur iníquitas. Per Dóminum noſtrum.

****

DOMINICA I. in Quadrageſima.

Statio ad S. Ioannem in Laterano.

Introitus.

Pſal. 90. INuocâbit me, & ego exáudiã eum: erípiã eum, & glorificâbo eũ: longitúdine diêrũ adimplêbo eum.

Ibid. Pſal. Qui hábitat in adiutório Altíſsimi: in protectióne Dei cœli commorábitur. ℣. Glória Patri. Orêmus.

Collecta.

DEus, qui eccléſiam tuam ánnua quadrageſimáli obſeruatiône puríficas: præſta famíliæ tuæ: vt quod à te obtinêre abſtinéndo nítitur: hoc bonis opéribus exequâtur. Per Dñm noſtrum.

Léctio epíſtolæ Beáti Pauli Apóſtoli ad Corínthios.

Ca. 6. FRatres: Hortâmur vos, ne in vácuum grátiã Dei recipiâtis. Ait enim. Isai. 49. Tẽpore accépto exaudíui te: & in die ſalûtis adiúui te. Ecce, nunc tẽpus acceptábile: ecce, nunc dies ſalûtis. Némini dantes vllã offenſiônem: vt non vituperêtur miniſtériũ noſtrũ. Sed in ómnibus exhibeâmus noſmetípſos, ſicut Dei miníſtros, in multa patiêntia, in tribulatiónibus, in neceſsitátibus, in angúſtijs, in plagis, in carcêribus, in ſeditiónibus, in labóribus, in vigílijs, in ieiúnijs, in caſtitâte, in ſciéntia, in longanimitâte, in ſuauitâte, in Spíritu ſancto: in charitâte non ficta, in verbo veritâtis, in virtûte Dei: per arma iuſtítiæ à dextris & à ſiníſtris: per glóriam, & ignobilitâtem: per infámiam, & bonam famã: vt ſeductóres, & veráces: ſicut qui ignóti, & cógniti: quaſi moriéntes, & ecce víuimus: vt caſtigáti, & non mortificáti: quaſi triſtes, ſemper autem gaudéntes: ſicut egéntes, multos autem locupletántes: tanquam nihil habéntes, & ómnia poſsidéntes.

℟. Angelis ſuis Deus mandâuit de te: vt cuſtódiãt te in ómnibus vijs tuis. Pſal. 90.
℣. In mánibus portâbunt te, ne vnquã offéndas ad lápidem pedem tuum.

Tract. Qui hábitat in adiutório Altíſsimi, in protectióne Dei cœli commorábitur. Ibid.

Dicet Dño, ſuſcéptor meus es; & re-

ſúgium

fúgiũ meũ: Deus meus ſperâbo in eũ.
Quóniam ipſe liberâuit me de láqueo venántium,& à verbo áſpero.
Scápulis ſuis obumbrâbit tibi, & ſub pennis eius ſperâbis.
Scuto circúndabit te véritas eius:non timêbis à timôre noctúrno.
A ſagitta volánte per diem,à negótio perambulánte in ténebris: à ruína & dæmónio meridiáno.
Cadent à látere tuo mille, & decem míllia à dextris tuis: tibi autem nõ appropinquâbit.
Quóniam ángelis ſuis mandâuit de te,vt cuſtódiãt te in ómnibus vijs tuis.
In mánibus portábunt te,ne vnquam offéndas ad lápidem pedem tuum.
Super áſpidem & baſilíſcum ambulâbis, & cõculcâbis leônem & dracônẽ.
Quóniã in me ſperâuit, liberâbo eũ: prótegam eum,quóniam cognôuit nomen meum.
Inuocâbit me,& ego exáudiam eum: cum ipſo ſum in tribulatiône.
Erípiam eum, & glorificâbo eum:longitúdine diêrum adimplêbo eum: & oſténdam illi ſalutâre meum.

Sequéntia Sancti Euangélij ſecúndum Matthæum.

Cap. 4. IN illo tépore:Ductus eſt Ieſus in deſértum à Spíritu, vt tentarêtur à Diábolo.Et cum ieiunáſſet quadragínta diêbus, & quadragínta nóctibus,póſtea eſúrijt. Et accédés tentâtor,dixit ei.Si Fílius Dei es, dic vt lápides iſti panes fiant. Qui reſpóndens dixit. Scriptum eſt.Non in ſolo pane viuit homo, ſed in omni verbo, quod procêdit de ore Dei. Tunc aſſúmpſit eũ Diábolus in ſanctam ciuitâtem,& ſtátuit eum ſupra pináculum templi, & dixit ei. Si Fílius Dei es, mitte te deórſum. Scriptum eſt enim. Quia ángelis ſuis mandâuit de te, & in mánibus tollent te, ne fortè offéndas ad lápidem pedem tuum.Ait illi Ieſus rurſum. Scriptum eſt.Nõ tentâbis Dóminum Deum tuum.Iterum aſſúmpſit eum Diábolus in montem excélſum valde:& oſténdit ei ómnia regna mundi,& glóriam eôrum:& dixit illi:Hæc ómnia tibi dabo, ſi cadens adoráueris me. Tunc dixit ei Ieſus.Vade ſatána:ſcriptum eſt enim. Dóminum Deum tuũ adorâbis: & illi ſoli ſéruies. Tunc relîquit eum diábolus: & ecce ángeli acceſſérunt,

Deute.8. Pſal. 90. Deute.6. Ibid.

& miniſtrábant ei. Credo.

Pſal. 90. Offert. Scápulis ſuis obumbrábit tibi Dóminus, & ſub pennis eius ſperâbis: ſcuto circúndabit te véritas eius.

Secreta.

SAcrificiũ quadrageſimâlis inítij ſolénniter immolâmus, te Dñe, deprecántes: vt cum epulârum reſtrictiône carnálium, à noxijs quoque voluptátibus temperêmur. Per Dóminum noſtrũ.

Pſal. 90. Commu. Scápulis ſuis obumbrâbit tibi Dóminus, & ſub pẽnis eius ſperâbis: ſcuto circúndabit te véritas eius.

Poſt communionem.

TVi nos Dómine, ſacraménti libátio ſancta reſtáuret: & à vetuſtâte purgâtos, in myſtérij ſalutâris fáciat tranſire conſórtium. Per Dóminum noſtrum.

FERIA SECVNDA.

Statio ad S. Petrum ad Vincula.

Introitus.

Pſal 122. SIcut óculi ſeruôrum in mánibus dominôrum ſuôrum: ità óculi noſtri ad Dóminũ Deũ noſtrum, donec miſereâtur noſtri: miſerêre nobis Dómine, miſerêre nobis.

Pſal. Ad te leuáui óculos meos, qui hábitas in cœlis. ℣. Glória Patri.

Orêmus. Flectâmus génua &c.

Collecta.

COnuérte nos Deus ſalutâris noſter: &, vt nobis ieiúnium quadrageſimâle profíciat, mentes noſtras cœléſtibus ínſtrue diſciplínis. Per Dóminum.

Léctio Ezechiêlis prophêtæ. Cap. 34.

HÆc dicit Dñs Deus. Ecce ego ipſe requîram oues meas: & viſitâbo illas. Sicut víſitat paſtor gregẽ ſuũ in die, quãdo fúerit in mêdio ouium ſuârũ diſsipatârũ: ſic viſitâbo oues meas, & liberâbo eas de ómnibus locis in quibus diſpérſæ fúerãt in die nubis, & calíginis. Et edûcã eas de pópulis, & cõgregâbo eas de terris: & indûcã eas in terrã ſuã: & paſcã eas in móntibus Iſraél, in riuis, & in cunctis ſédibus terræ. In páſcuis vbérrimis paſcã eas: & in mõtibus excêlſis Iſraél erũt páſcua eârũ. Ibi requiéſcẽt in herbis viréntibus: & in páſcuis pínguibus paſcéntur ſuper mõtes Iſraél. Ego paſcã oues meas: & ego eas accubâre fá-

ciam, dicit Dóminus Deus. Quod períerat, requîram: & quod abiéctũ erat, redûcam: & quod confráctũ fuerat, alligâbo: & quod infírmũ fúerat, conſolidâbo: & quod pingue, & forte, cuſtódiam. Et paſcam illas in iudício, dicit Dóminus omnípotens.

Pſal. 83. ℟. Protéctor noſter áſpice Deus, & réſpice ſuper ſeruos tuos. ℣. Dómine Deus virtûtum exáudi preces ſeruôrum tuôrum.

Pſal. 102. Tract. Dómine, non ſecúndũ peccâta noſtra, fácias nobis; neque ſecúndum iniquitátes noſtras retríbuas nobis. Pſal. 78. ℣. Dómine, ne memíneris iniquitâtum noſtrârum antiquârum: citò antícipent nos miſericórdiæ tuæ, quia páuperes facti ſumus nimis. Ibid. ℣. Adiuua nos Deus ſalutâris noſter: & propter glóriam nóminis tui Dómine líbera nos: & propítius eſto peccátis noſtris, propter nomen tuum.

Sequéntia Sancti Euãgélij ſecúndum Matthæum.

capi. 25. IN illo têmpore: Dixit Ieſus diſcípulis ſuis. Cum vénerit fílius hóminis in maieſtâte ſua, & omnes ángeli eius cũ eo: tunc ſedêbit ſuper ſedem maieſtâtis ſuæ. Et congregabúntur ante eum omnes gentes: & ſeparâbit eos ab ínuicẽ: ſicut paſtor ſégregat oues ab hœdis. Et ſtátuet oues quidem à dextris ſuis: hœdos autem à ſiníſtris. Tũc dicet rex his, qui á dextris eius erunt. Venîte benedícti Patris mei: poſsidête parâtum vobis regnum à conſtitutiône mundi. Eſuríui enim: & dedíſtis mihi manducâre. Sitíui: & dedíſtis mihi bíbere. Hoſpes erã: & collegíſtis me. Nudus: & operuíſtis me. Infírmus: & viſitáſtis me. In cárcere erã: & veníſtis ad me. Tunc reſpondébunt ei iuſti, dicéntes. Dómine, quando te vídimus eſuriẽtẽ, & páuimus te? ſitiéntem, & dédimus tibi potum? Quando autem te vídimus hóſpitem, & collégimus te? aut nudum, & cooperúimus te? Aut quando te vídimus infirmum, aut in cárcere: & vénimus ad te? Et reſpóndens rex, dicet illis. Amen dico vobis: quándiu fecíſtis vni de his frátribus meís mínimis, mihi fecíſtis. Tunc dicet & his, qui à ſiníſtris eius erunt. Diſcédite à me maledícti, in

ignem ætérnum, qui parâtus eſt Diábolo, & ángelis eius. Eſuríui enim: & non dedíſtis mihi manducâre. Sitíui: & non dedíſtis mihi potum. Hoſpes eram: & non collegíſtis me. Nudus: & non operuiſtis me. Infírmus, & in cárcere: & non viſitáſtis me. Tunc reſpondébunt ei & ipſi, dicéntes. Dómine, quando te vídimus eſuriéntem, aut ſitiéntem, aut hóſpitem, aut nudum, aut infírmum, vel in cárcere: & non miniſtráuimus tibi? Tunc reſpondêbit illis, dicens. Amén dico vobis, quã diu non fecíſtis vni de minóribus his, nec mihi fecíſtis. Et ibunt hi in ſupplícium ætérnum: iuſti autem in vitam ætérnam.

Pſal. 118. Offert. Leuâbo óculos meos, & cõſiderâbo mirabília tua Dómine, vt dóceas me iuſtítiã tuã, da mihi intelléctũ, vt diſcam mandâta tua.

Secreta.

Mvnera tibi Dñe oblâta ſanctífica: nóſque à peccatôrum noſtrôrum máculis emúnda. Per Dóminum noſtrum Ieſum Chriſtum.

Pſal. 76. Cõm. Voce mea ad Dñm clamáui & exaudíuit me de monte ſancto ſuo nõ timêbo míllia pópuli circũdãtis me.

Poſt communionem.

Salutâris tui Dómine, múnere ſatiáti, ſúpplices exorâmus: vt cuius lætâmur guſtu, renouêmur efféctu. Per Dóminum noſtrum.

Super pópulum. Orêmus.

Humiliâte cápita veſtra Deo.

Abſólue, quæſumus Dñe, noſtrôrum víncula peccatôrum: & quidquid pro eis merêmur, propiciâtus auérte. Per Dóminum noſtrum.

FERIA TERTIA.

Statio ad ſanctam Anaſtaſiam.

Introitus.

Domine refúgium factus es nobis à generatiône & progénie: a ſeculo, & in ſeculũ tu es. Pſal. 89. Ibid.

Pſal. Priuſquam montes fíerent, aut formarêtur terra, & orbis, à ſæculo & vſque in ſæculum tu es Deus. ℣. Glória Patri & Filio. Orêmus. Flectâmus.

Collecta.

Reſpice Dómine, famíliã tuam, & præſta: vt apud te mens noſtra tuo deſidério fúlgeat, quæ ſe carnis maceratiône caſtîgat. Per Dóminum noſtrum.

Léctio Iſaíæ prophétæ.

c. 55 IN diêbus illis: Locûtus eſt Iſaías prophêta, dicẽs. Quęrite Dóminum, dum inueníri poteſt: inuocâte eum, dum prope eſt. Derelínquat ímpius viam ſuam: & vir iníquus cogitatiónes ſuas: & reuertâtur ad Dóminum: & miſerébitur eius: & ad Deum noſtrũ, quóniam multus eſt ad ignoſcéndum. Non enim cogitatiónes meæ, cogitatiónes veſtræ: neq́ue vię veſtræ, viæ meæ, dicit Dñs. Quia ſicut exaltántur cœli à terra: ſic exaltátæ ſunt viæ meæ à viis veſtris; & cogitatiónes meæ à cogitatiónibus veſtris. Et quómodo deſcéndit imber & nix de cœlo: & illuc vltrà non reuértitur: ſed inébriat terrã, & infúndit eam, & germinâre eam facit, & dat ſemen ſerénti, & panem comedénti. Sic erit verbum meum, quod egrediêtur de ore meo: non reuertêtur ad me vácuum: ſed fáciet quæcúnque volui; & proſperábitur in his, ad quæ miſi illud, ait Dóminus omnípotens.

℟. Dirigâtur orátio mea, ſicut incénſum in conſpéctu tuo Dómine. ℣. Eleuátio mánuum meârum ſacrificium veſpertînum. Pſal. 140.

Sequentia ſancti Euangélij, ſecúndum Matthæum.

c. 21. IN illo tẽpore. Cùm intráſſet Ieſus Hieroſólymam, commôta eſt vniuérſa ciuitas, dicens. Quis eſt hic? Pópuli autem dicébant. Hic eſt Ieſus prophêta à Nazaréth Galilææ. Et intrâuit Ieſus in templũ Dei: & eijciêbat omnes vendéntes, & eméntes, in templo: & menſas numulariôrum, & cáthedras vendéntium colúmbas, euértit. Et dixit eis. Scriptum eſt. Domus mea, domus oratiônis vocábitur, vos autem fecíſtis illam ſpelúncam latrônum. Et acceſsérunt ad eum cæci, & claudi in templo: & ſanâuit eos. Vidéntes autem príncipes ſacerdôtum & ſcribæ mirabília, quæ fecit, & púeros clamántes in templo, & dicéntes, Hoſanná Fílio Dauíd: indignáti ſunt, & dixérunt ei. Audis quid iſti dicunt? Ieſus autem dixit eis. Vtiq́;. Nun- Iſai. 56.

Pſal. 8. quam legíſtis, quia ex ore infántium, & lacténtium perfecíſti laudem? Et relictis illis, ábijt foras extra ciuitâtem in Betbániam: ibíque manſit.

Pſal. 30. Offerto. In te ſperáui Dómine: dixi, Tu es Deus meus, in mánibus tuis témpora mea.

Secreta.

OBlátis, quæſumus Dómine, placâre munéribus: & à cunctis nos defénde perículis. Per Dóminum noſtrum Ieſum Chriſtum.

Pſal. 4. Communio. Cùm inuocârem te, exaudíſti me Deus iuſtítiæ meæ: in tribulatióne dilatáſti me: miſerêre mihi Dómine, & exáudi oratiónem meam.

Poſt communionem.

QVæſumus omnipotens Deus: vt illîus ſalutâris capiâmus effféctum: cuius per hæc myſtéria pignus accépimus. Per Dóminum noſtrum Ieſum Chriſtum.

Super populum Orémus.

Humiliâte cápita veſtra Deo.

AScéndant ad te Dómine, preces noſtræ: & ab Eccléſia tua cunctam repélle nequítiam. Per Dóminum.

FERIA QVARTA.

Quatuor Temporum Quadrag.

Statio ad ſanctam Mariam Maiorem.

Introitus.

Pſal 24. REminíſcere miſeratiônum tuârum Dómine: & miſericórdiæ tuæ, quæ à ſæculo ſunt, ne vnquã dominéntur nobis inimíci noſtri: líbera nos Deus Iſraél ex ómnibus angúſtijs noſtris.

Ibid. Pſalm. Ad te Dómine leuáui ánimam meam: Deus meus in te confído, non erubéſcam. ℣. Glória Patri.

Hic dicitur. Dóminus vobíſcum. Orémus. Flectâmus génua. ℟. Leuâte.

PReces noſtras, quæſumus Dómine, cleménter exáudi: & contra cuncta nobis aduerſántia, déxteram tuę maieſtâtis exténde. Per Dóminũ.

Prophetîa.

Léctio libri Exodi.

Cap. 24. IN diêbus illis: Dixit Dóminus ad Móyſen. Aſcénde ad me in montem, & eſto ibi: dabóque tibi duas tábulas lapídeas: & legem, ac mandâta, quæ ſcripſi: vt dóceas fílios Iſraél. Surrexérunt Móyſes & Ioſué miníſter eius: aſcendénſque Moyſes in montem Dei ſeniórí-

bus ait. Expectâte hîc; donec reuertâmur ad vos. Habêtis Aarón; & Hur vobiſcum. Si quid natũ fúerit quæſtiônis: referêtis ad eos. Cùmq́ue aſcendíſſet Móyſes, opéruit nubes montem: & habitâuit glória Dómini ſuper Sinai, tegens illum nube ſex diêbus. Séptimo autem die vocâuit eum Dóminus de médio calíginis. Erat autem ſpécies glóriæ Dómini, quaſi ignis ardens ſuper vérticẽ montis; in cõſpéctu filiôrũ Iſraél. Ingréſſuſq; Móyſes médium nébulę, aſcéndit in montem: & fuit ibi quadragínta diêbus & quadragínta nóctibus.

Pſal. 24. ℟. Tribulatiónes cordis mei dilatátæ ſunt: de neceſsitátibus meis éripe me Dómine. ℣. Vide humilitâtem meã, & labôrem meum: & dimítte ómnia peccâta mea. Hîc non dicitur. Dóminus vobiſcum. Orêmus. Flectâmus génua.

DEuotiônem pópuli tui, quæſumus Dómine, benígnus inténde: vt qui per abſtinéntiã macerántur in córpore, per fructum boni óperis reficiántur in mente. Per Dóminum noſtrum.

Léctio libri Regum.

3. ca. 19. IN diêbus illis: Venit Elías in Berſabéc Iudá, & dimíſit ibi púerum ſuum: & perréxit in deſértum viam vnîus diéi. Cumq́; veniſſet, & ſedêret ſubter vnam iuníperum: petîuit ánimæ ſuæ vt morerêtur, & ait. Súfficit mihi Dómine: tolle ánimam meam. Neq; enim mélior ſum, quàm patres mei. Proiêcitq́ue ſe: & obdormîuit in vmbra iuníperi. Et ecce, ángelus Dómini tétigit eum, díxitq́ue illi. Surge, cómede. Et reſpéxit, & ecce ad caput ſuum ſubcineríſcius panis, & vas aquæ. Comêdit ergo, & bibit: & rurſum obdormîuit. Reuérſus eſt ángelus Dómini ſecúndò, & tétigit eum: dixitque illi. Surge, cómede: grandis enim tibi reſtat via. Qui cum ſurrexíſſet, comêdit & bibit: & ambulâuit in fortitúdine cibi illîus quadragínta diêbus & quadragínta nóctibus, vſque ad móntem Dei Horéb.

Pſal 24. Tract. De neceſsitátibus meis éripe me Dómine. vide humilitâtem meã, & labôrem meum, & dimítte ómnia peccâta mea. ℣. Ad te Dómine leuâ-

ui ánimam meam, Deus meus in te cõ ſido, non erubéſcam: neque irrídeant me inimíci mei. ℣. Etenim vnuérſi, qui te expéctant, non confundéntur: confundántur omnes faciéntes vana.

Sequéntia ſancti Euangélij ſecúndum Matthæum.

c. 12 IN illo témpore: Acceſſérunt ad Ieſum ſcribæ & Phariſæi, dicéntes. Magíſter, vólumus à te ſignũ vidêre. Qui reſpón dens ait íllis. Generátio mala & adúltera ſignum quærit: & ſignum non dábitur ei, ni
Ion. 2. ſi ſignum Ionæ prophétæ. Si cut enim fuit Ionas in ventre ceti tribus diêbus & tribus nóctibus: ſic erit fílius hó minis in corde terræ tribus diêbus, & tribus nóctibus. Vi
Ion. 3. ri Niniuítæ ſurgent in iudício cum generatiône iſta, & condemnábũt eam: quia pœniténtiam egérunt in prædicatiône Iónæ, Et ecce plus
3. regum 10. quám Iónas, hic. Regîna Auſtri ſurget in iudício cum generatiône iſta, & condemnâbit eam: quia venit à fínibus terræ audîre ſapiéntiam Salomônis. Et ecce plus quàm Sálomon hic. Cum autem immúndus ſpíritus exíerit ab hómine, ámbulat per loca ári da, quærens réquiem, & non ínuenit. Tunc dicit. Reuértar in domum meam, vnde exíui. Et véniens, ínuenit eam vacántem, ſcopis mundâtã, & ornâtam. Tunc vadit, & aſſûmit ſeptem álios ſpíritus ſecum nequióres ſe, & intrán tes hábitant ibi: & fiunt nouíſsima hóminis illîus peiôra prióribus. Sic erit & generatióni huic péſsimæ. Adhuc eo loquénte ad turbas: ecce mater eius, & fratres ſtabant foris, quæréntes loqui ei. Dixit auté ei quidam. Ecce mater tua, & fratres tui foris ſtát, quæréntes te. At ipſe reſpón dens dicénti ſibi, ait. Quæ eſt mater mea, & qui ſunt fratres mei? Et exténdens manum in diſcípulos ſuos, dixit. Ecce mater mea, & fratres mei. Quicúnque enim fécerit voluntâtem Patris mei, qui in cœlis eſt: ipſe meus fra ter & ſoror, & mater eſt.

Offertorium. Meditâbor in man dátis tuis, quæ diléxi valde: & leuâbo manus meas ad mandâta tua, quæ diléxi. pſal. 118.

Secreta.

HOſtias tibi Dómine, placatiônis offérimus: vt & delícta noſtra miſerâtus abſóluas, & nutántia corda tu dírigas. Per Dóminum:

pſal. 5. Communio. Intéllige clamôrem meum: inténde voci oratiônis meæ, rex meus, & Deus meus, quóniã ad te orâbo Dñe.

Poſt communio

TVi Dómine, perceptiône ſacraménti, & à noſtris mundêmur occúltis: & ab hóſtiũ liberêmur inſídijs. Per Dóminum noſtrum.

Super populum. Orêmus.

Humiliâte cápita veſtra Deo.

MEntes noſtras quæſumus Dómine, lúmine tuæ claritâtis illúſtra: vt vidêre poſsîmus, quæ agénda ſunt, & quæ recta ſunt, ágere valeâmus. Per Dóminum.

FERIA QVINTA.

Statio ad S. Laurentium in Paliſperna.

Introitus.

pſal. 99. COnféſsio, & pulchritûdo in conſpéctu eius: ſánctitas & magnificéntia in ſanctificatiône eius.

Ibi. Pſalm. Cantâte Dómino cánticum nouum: cantáte Dómino omnis terra. ℣. Glória Patri. Orêmus. Flectâmus génua.

DEuotiônem pópuli tui, quæſumus Dómine, benígnus inténde: vt qui per abſtinéntiã macerántur in córpore: per fructum boni óperis reficiántur in mente. Per Dóminum noſtrum.

Léctio libri Eſdræ.

IN diêbus illis Orâuit Neemías dicens, Quæſo Dómine fortis, magne atq; terríbilis, qui cuſtôdis páctum his qui díligunt mãdâta tua, fiat auris tua auſcúltans, & óculi tui apérti ad oratiônem ſerui tui, quam ego oro coram te hódie nocte ac die pro ſeruis tuis, & confíteor pro peccátis eôrum qui peccauérunt tibi. Memẽto verbi tui quod mandáſti Móyſi fámulo tuo dicens. Si reuérſi fuerîtis ad me vt cuſtodiâtis mandâta mea & faciâtis ea, étiã ſi adducti fuerîtis ad extréma cœli, inde congregâbo vos & indûcam vos in locum, quẽ elégi, vt hábitet nomen meum ibi. Et ipſi ſerui tui & pópulus tuus, quos redemíſti in for Neemi. 1

titúdine tua magna: & in manu tua válida. Et nunc Dómine ſit auris tua inténdens ad oratiônem fámuli tui & ſeruôrum tuôrum qui volunt timêre nomen tuum: & dírige eos hódie. Et da miſericórdiã pópulo tuo Dñe Deus noſter.

Pſal. 16. ℟. Cuſtódi me Dómine vt pupíllam óculi: ſub vmbra alârum tuârum prótege me. ℣. De vultu tuo iudícium meũ pródeat: óculi tui vídeant æquitâtem.

Sequéntia ſancti Euangélij ſecúndum Ioánnem.

ca. 5. IN illo témpore: Dicêbat Ieſus turbis Iudæôrũ. Non poſſum ego à meipſo fácere quicquã. Sicut áudio iúdico & iudíciũ meum iuſtũ eſt: quia nõ quęro voluntâtem meam, ſed voluntâtem eius qui miſit me. Si ego teſtimónium perhíbeo de me: teſtimónium meũ nõ eſt verum. Alius eſt qui teſtimónium pérhibet de me: & ſcio quia verum eſt teſtimónium quod pérhibet de me. Vos miſiſtis ad Ioánnem: & teſtimónium perhíbuit veritáti. Ego autem non ab hómine teſtimónium accípio: ſed hæc dico vt vos ſalui ſitis. Ille erat lucérna ardens & lucẽs: vos autem voluíſtis exultâre ad horam in luce eius. Ego autem hábeo teſtimóniũ maius Ioánne. Opera enim quæ dedit mihi pater vt perfíciam ea: ipſa ópera quæ ego fácio teſtimóniũ pérhibent de me, quia pater me miſit. Et qui miſit me pater: ipſe teſtimónium perhíbuit de me. Neq; vocem eius vnquam audíſtis: neq; ſpéciem eius vidíſtis. Et verbum eius non habêtis in vobis manens; quia quem miſit ille, huic vos non créditis. Scrutámini ſcriptúras: quia vos putâtis in ipſis vitã ætérnam habêre, & illæ ſunt quæ teſtimónium pérhibent de me. Et non vultis venîre ad me: vt vitam habeâtis. Claritâtem ab homínibus nõ accípio: ſed cognóui vos, quia dilectiônem Dei nõ habêtis in vobis. Ego veni in nómine patris mei & nõ accípitis me. Si álius vénerit in nómine ſuo, illũ accipiêtis. Quómodo potéſtis vos crédere, qui glóriã ab ínuicẽ accípitis, & glóriã quæ à ſolo Deo eſt nõ quęritis? Nolíte putâre, quia ego

accuſatûrus ſim vos apud patré. Eſt qui accûſat vos Móyſes, in quo vos ſperâtis. Si enim crederêtis Móyſi crederêtis fórſitan & mihi. De me enim ille ſcripſit. Si autem illîus líteris non créditis: quómodo verbis meis credêtis?

Pſal. 33. Offert. Immíttet ángelus Dómini in circúitu timéntium eum, & erípiet eos: guſtâte, & vidête, quóniam ſuâuís eſt Dóminus. Secreta.

SAcrifícia Dómine, quæſumus, propícius iſta nos ſaluent, quæ medicinálibus ſunt inſtitûta ieiúnijs. Per Dóminum noſtrum.

Ioã. 6. Communio. Panis, quem ego dédero, caro mea eſt pro ſæculi vita.

Poſt communionem.

TVôrum nos Dómine, largitâte donôrum, & temporálibus attólle præſidijs: & rénoua ſempitérnis. Per Dóminum noſtrum.

Super populum. Orêmus.

Humiliâte cápita veſtra Deo.

DA, quæſumus Dómine, pópulis Chriſtiánis: & quæ profiténtur agnóſcere: & cœléſte munus dilígere, quod frequéntant. Per Dóminum noſtrum.

FERIA SEXTA.

Quatuor Temporum Quadrageſimæ.

Statio ad SS. duodecim Apoſtolos.

Introitus.

DE neceſsitátibus meis éripe me Dómine: vide humilitâtem meam, & labôrem meum, & dimítte ómnia peccâta mea. Pſal. 24.

Pſalm. Ad te Dómine leuáui ánimam meam: Deus meus in te confido, non erubéſcam. ℣. Glória Patri. Ibid.

Orêmus. Flectâmus. Collecta.

ESto Dómine, propícius plebi tuæ: & quam tibi facis eſſe deuôtam: benígno réfoue miſerâtus auxilio. Per Dóminum noſtrum.

Léctio Ezechiêlis prophétæ. c. 18.

HÆc dicit Dóminus Deus. Anima, quæ peccáuerit, ipſa moriêtur. Fílius non portâbit iniquitâtem patris: & pater non portâbit iniquitâtem filij. Iuſtítia iuſti ſuper eum erit: & impíetas ímpij erit ſuper eum. Si autem ímpius égerit pœniténtiam ab ómnibus peccátis ſuis, quæ operâtus eſt, & cuſtodíerit vniuérſa præcépta mea, &

féce-

féceritiudícium, & iuſtitiam: vita viuet, & non moriêtur. Omnium iniquitâtum eius, quas operâtus eſt, non recordâbor. In iuſtítia ſua, quã operâtus eſt, viuet. Nunquid voluntâtis meæ eſt mors ímpij, dicit Dóminus Deus, & nõ, vt conuertâtur à vijs ſuis, & viuat? Si autem auérterit ſe iuſtus à iuſtítia ſua, & fécerit iniquitâtem ſecúndum omnes abominatiónes, quas operári ſolet ímpius: nunquid viuet? Omnes iuſtítiæ eius, quas fécerat, non recordabúntur. In præuaricatiône ſua, qua præuaricâtus eſt, & in peccáto ſuo, quod peccâuit, in ipſis moriêtur. Et dixíſtis. Non eſt æqua via Dómini. Audîte ergo domus Iſraél. Nunquid via mea non eſt æqua, & nõ magis viæ veſtræ prauæ ſunt? Cum enim auérterit ſe iuſtus à iuſtítia ſua, & fécerit iniquitâtem: moriêtur in eis. In iniuſtítia, quam operâtus eſt, moriêtur. Et cùm auérterit ſe ímpius ab impietâte ſua, quã operâtus eſt, & fécerit iudícium & iuſtítiam: ipſe ánimam ſuam viuificâbit. Conſíderans enim, & auértens ſe ab ómnibus iniquitátibus ſuis, quas operâtus eſt: vita viuet & non moriêtur, ait Dóminus ómnipotens.

℟. Saluum fac ſeruum tuum Deus Pſal. 85.
meus ſperántem in te. ℣. Auribus pér
cipe Dómine oratiónem meam.

Tractus. Dómine non ſecúndum Pſal. 102.
peccáta noſtra, fácias nobis: neque ſecúndum iniquitátes noſtras retríbuas
nobis. ℣. Dómine ne memíneris ini- Pſal. 78.
quitâtum noſtrârum antiquârum: citò antícipent nos miſericórdiæ tuæ, quia
páuperes facti ſumus nimis. ℣. Adiu- Ibid.
ua nos Deus ſalutâris noſter: & propter glóriam nóminis tui Dómine líbera nos: & propicius eſto peccatis noſtris, propter nomen tuum.

Sequéntia ſancti Euangélij ſecúndum Ioánnem.

IN illo tẽmpore: Erat ca. 5
dies feſtus Iudæôrũ: & aſcẽdit Ieſus Hieroſólymam. Eſt autem Hieroſólymis probática piſcîna, quæ cognominâtur Hebráicè Bethſáida, quinque pórticus habẽs. In his iacêbat multitûdo magna languéntium, cæcôrum, claudôrum, aridôrum, expectántiũ aquæ motum. Angelus autem Dómi-

ni ſecúndum tempus deſcendêbat in piſcînam: & mouebâtur aqua. Et qui prior deſcendíſſet in piſcînam poſt motiônem aquæ, ſanus fiêbat à quacúnque detinebâtur infirmitâte. Erat autem quidã homo ibi, trigínta & octo annos habens in infirmitâte ſua. Hunc cùm vidíſſet Ieſús iacéntem: & cognouíſſet, quia iam multum tempus habêret, dixit ei. Vis ſanus fíeri? Reſpóndit ei lánguidus. Dómine, hóminem nõ hábeo, vt cum turbâta fúerit aqua, mittat me in piſcînam. Dum vénio enim ego, álius ante me deſcéndit. Dicit ei Ieſus, Surge: tolle grabâtum tuum, & ámbula. Et ſtatim ſanus factus eſt homo ille: & ſúſtulit grabâtum ſuum, & ambulâbat. Erat autem ſábbathum in illa die. Dicébant ergo Iudæi, illi, qui ſanus factus fúerat. Sábbathum eſt, non licet tibi tóllere grabâtum tuum. Reſpóndit eis. Qui me ſanum fecit, ille mihi dixit. Tolle grabâtum tuum, & ámbula. Interrogauérũt ergo eum. Quis eſt ille homo, qui dixit tibi: Tolle grabâtum tuum, & ámbula? Is autem, qui ſanus fúerat effectus, neſciêbat quis eſſet. Ieſús autem declinâuit à turba conſtitúta in loco. Póſtea inuênit eum Ieſus in templo, & dixit illi. Ecce ſanus factus es: iam noli peccâre, ne detérius tibi áliquid contíngat. Abijt ille homo, & nunciâuit Iudæis, quia Ieſús eſſet, qui fecit eum ſanum.

Offerto. Benedic ánima mea Dómino, & noli obliuíſci ómnes retributiónes eius. & renouábitur ſicut áquilæ iuuéntus tua. Pſal. 102.

Secreta.

SVſcipe quæſumus Dómine, múnera noſtris oblâta ſeruitijs: & tua propícius dona ſanctífica. Per Dóminum noſtrum Ieſum Chriſtum.

Commu. Erubéſcant & cõturbéntur omnes inimíci mei: auertántur retróſum, & erubéſcant valde velóciter. Pſal. 6.

Poſt communionem.

PEr huius Dómine, operatiônem myſtérij, & vítia noſtra purgéntur: & iuſta deſidéria compleántur. Per Dóminum noſtrum.

Super populum. Orêmus.

Humiliâte cápita veſtra Deo.

EXáudi nos miſéricors Deus: & mẽtibus noſtris grátiæ tuæ lumen oſténde. Per Dóminum noſtrum.

SABBATHO.

Quatuor Temporum Quadrag.

Statio ad ſanctum Petrum.

Introitus.

Pſal. 87. INtret orátio mea in conſpéctu tuo: inclína aurem tuam ad precem meam Dómine.

Ibi. Pſal. Dómine Deus ſalútis meæ: in die clamáui, & nocte corã te. ℣. Glória. Hic non dicitur Dóminus vobíſcum. vſq; poſt hymnum: Benedictus. ſed dicitur Orémus. Flectámus génua. ℟. Leuâte.

POpulũ tuum quæſumus Dómine, propícius réſpice: atque ab eo flagélla tuæ iracúndiæ cleménter auérte. Per Dóminum noſtrum.

Prophetia prima.

Léctio libri Deuteronómij.

c. 26 IN diêbus illis: Locûtus eſt Móyſes ad Dóminum, dicens. Réſpice Dómine de ſanctuário tuo, & de excélſo cœlôrum habitáculo: & benedíc pópulo tuo Iſraél, & terræ, quam dediſti nobis, ſicut iuráſti pátribus noſtris: terræ lacte & melle manãti. Hódie Dóminus Deus tuus præcêpit tibi: vt fácias mandâta eius atque iudícia: & cuſtódias & ímpleas ex toto corde tuo, & ex tota ánima tua. Dóminum elegíſti hódie, vt ſit tibi Deus: & ámbules in vijs eius: & cuſtódias cæremónias illius, & mandâta, atque iudícia: & obédias eius império. En Dóminus elêgit te hódie: vt ſis ei pópulus peculiâris, ſicut locûtus eſt tibi: & cuſtódias ómnia præcépta illîus: & fáciet te excelſiôrem cunctis géntibus, quas creâuit in laudem, & nomen, & glóriam ſuam: vt ſis pópulus ſanctus Dómini Dei tui, ſicut locûtus eſt tibi.

℟. Propícius eſto Dómine peccátis noſtris: ne quando dicant gentes, vbi eſt Deus eôrum. ℣. Adiuua nos Deus ſalutâris noſter: & propter honórem nóminis tui Dómine libera nos. Orémus. Flectâmus génua. ℟. Leuâte. Pſal. 78.

DEus qui nos in tantis perículis conſtitútos, pro humána ſcis fragilitâte

non poſſe ſubſíſtere: da nobis ſalûtem mentis & córporis: vt ea quæ pro peccátis noſtris pátimur: te adiuuánte vincâmus. Per Dóminum.

Prophetía ſecúnda.

Léctio libri Deuteronómij.

capi. 11. IN diêbus illis: Dixit Móyſes fílijs Iſraél. Si cuſtodierîtis mandâta, quæ ego præcípio vobis: & fecerîtis ea, vt dilıgâtis Dóminum Deũ veſtrum: & ambulêtis in ómnibus vijs eius adhærêntes ei: diſpérdet Dóminus omnes gentes iſtas ante fáciem veſtrã: & poſsidébitis eas, quæ maióres & fortióres vobis ſunt. Omnis locus, quem calcáuerit pes veſter: veſter erit. A deſérto, & Líbano, & flúmine magno Euphrâte, vſq; ad mare occidentâle: erunt términi veſtri. Nullus ſtabit contra vos. Terrôrẽ veſtrũ, & formídinem dabit Dóminus Deus veſter ſuper omnẽ terram, quam calcatúri eſtis: ſicut loquûtus eſt vobis Dóminus Deus veſter.

Pſal. 83. ℟. Protéctor noſter áſpice Deus, & réſpice ſuper ſeruos tuos. ℣. Dómine Deus virtûtum exáudi preces ſeruórũ tuórũ. Orêmus. Flectâmus génua. ℟. Leuâte.

PRotéctor noſter áſpice Deus: vt qui malôrum noſtrôrum póndere prémimur: percépta miſericórdia líbera tibi mente famulêmur. Per Dóminũ noſtrum Ieſum Chriſtum Filium tuũ.

Prophetía tértia.

Léctio libri Machabæôrum.

IN diêbus illis: Oratiônem faciébant ſacerdótes, dum offérrent ſacrifícium pro pópulo Iſraél: Iónatha inchoánte, cæteris autem reſpondéntibus, & dicéntibus. Benefáciat vobis Deus: & meminerit teſtaméti ſui, quod loquûtus eſt ad Abrahám Iſaác, & Iacób, ſeruôrum ſuôrum fidélium. Et det vobis cor ómnibus: vt colâtis eum, & faciâtis eius voluntâtem corde magno, & ánimo voléti. Adapériat cor veſtrum in lege ſua, & in præcéptis ſuis: & fáciat pacem. Exáudiat oratiónes veſtras: & reconciliêtur vobis: nec vos déſerat in témpore malo, Dóminus Deus veſter. 2. c. 1.

℟. Dirigâtur orátio mea ſicut incénſum Pſal. 140.

ſum in conſpéctu tuo Dómine. ℣. Ele uátio mánuum meârum ſacrificium ueſpertînũ. Orêmus. Flectâmus génua, leuâte.

Collecta.

ADéſto quæſumus Dómine ſupplicatiónibus noſtris: vt eſſe te largiénte mereâmur & inter próſpera húmiles⁊ & inter aduérſa ſecúri.

Léctio libri Sapiéntiæ.

Eccl. 36. MIſerêre noſtri Deus ómnium, & réſpice nos: & oſténde nobis lucem miſeratiônum tuârum: & immítte timôrem tuum ſuper gentes, quæ non exquiſiérunt te: vt cognóſcant, quia nõ eſt Deus niſi tu: vt enárrent magnália tua. Alleua manum tuam ſuper gentes aliénas: vt vídeant poténtiam tuam. Sicut enim in conſpéctu eôrum ſanctificâtus es in nobis⁊ ſic in conſpéctu noſtro magnificáberis in illis: vt cognóſcant te, ſicut & nos cognóuimus, quóniam non eſt Deus præter te Dómine. Innoua ſigna, & immúta mirabília. Glorífica manũ, & bráchium dextrum. Excita furôrem, & effúnde iram. Tolle aduerſárium, & afflíge inimîcum. Feſtína tempus, & meménto finis: vt enárrẽt mirabília tua, Dómine Deus noſter.

℟. Conuértere Dómine aliquántulũ & deprecâre ſuper ſeruos tuos. ℣. Dómine refúgium factus es nobis à generatiône & progénie. Orêmus. Flectâmus génua. ℟. Leuâte. Pſal. 89. Lod.

ACtiónes noſtras, quæſumus Dómine, aſpirándo præueni, & adiuuándo proſéquere: vt cũcta noſtra orátio, & operátio à te ſemper incípiat⁊ & per te cœpta finiâtur. Per Dóminum noſtrum.

Prophetia quinta.

Léctio Daniêlis Prophétæ. ca. 3.

IN diêbus illis: Angelus Dómini deſcéndit cũ Azaría, & ſócijs eius in fornâcem⁊ & excúſſit flammam ignis de fornâce: & fecit médium fornâcis, quaſi ventũ roris flantem. Flamma autem diffûſa eſt ſuper fornâcẽ cúbitis quadragínta nouem: & incéndit quos réperit, iuxta fornâcem de Chaldæis miníſtros regis, qui eam incẽdébant. Illos autem omníno non tétigit ignis, neque contriſtâuit, nec quicquam moléſtiæ íntulit. Tunc hi tres, quaſi ex vno ore

laudábant & glorificábant, & benedicébant Deum in fornâce, dicéntes. Hymnus.

Dani 3. BEnedíctus es Dómine Deus patrum noſtrôrum. Et laudábilis, & gloriôſus in ſæcula.

Et benedíctum nomen glóriæ tuæ, quod eſt ſanctum. Et laudábile, & gloriôſum in ſæcula.

Benedíctus es in tẽplo ſancto glóriæ tuę. Et laudábilis, & gloriôſus in ſæcula.

Benedíctus es ſuper thronum ſanctũ regni tui. Et laudábilis, & gloriôſus in ſæcula.

Benedíctus es ſuper ſceptrum diuinitâtis tuæ. Et laudábilis, & gloriôſus in ſæcula.

Benedíctus es qui ámbulas ſuper pennas ventôrum. Et laudábilis, & gloriôſus in ſæcula.

Benedíctus es, qui ſedes ſuper Cherubím, íntuens abyſſos. Et laudábilis, & gloriôſus in ſæcula.

Benedícant te oẽs ángeli, & ſancti tui. Laudábilem & gloriôſum in ſæcula.

Benedícant te cœli, terra, mare, & ómnia, quæ in eis ſunt. Laudábilem, & gloriôſum in ſæcula.

Gloria Patri, & Filio, & Spirítui ſancto, Laudábili & gloriôſo in ſæcula.

Sicut erat in princípio, & nunc, & ſemper, & in ſæcula ſæculôrum, Amen. Et laus, & honor & poteſtas, & impérium.

Benedictus es Dómine Deus Patrum noſtrôrum. ℟. Et laudábilis, & gloriôſus in ſæcula. Hîc dicitur ℣. Dóminus vobíſcum. Nõ dicitur. Flectâmus génua. Orémus.

DEus, qui tribus púeris mitigáſti flammas ígnium: concêde propícius: vt nos fámulos tuos non exûrat flamma vitiôrum. Per Dóminum. Sequitur Collecta. Concêde nos fámulos tuos. Nec vlla amplius: niſi pro præſenti feſto, aut pro pręſenti defuncto. Léctio epiſtolæ B. Pauli apóſtoli ad Theſſalonicénſes.

1. c. 5. FRatres: Rogâmus vos, corrípite inquiétos, cõſolámini puſillánimes, ſuſcípite infírmos, patiẽtes eſtôte ad omnes. Vidête ne quis malũ pro malo alícui reddat: ſed ſemper quod bonum eſt ſectámini in inuicem, & in omnes. Semper gaudête. Sine intermiſſiône orâte. In ómnibus grátias ágite. Hæc eſt enim volúntas Dei in Chriſto Ieſu in ómnibus vobis. Spíritũ nolîte extínguere. Prophetías nolîte ſpérnere. Omnia autẽ probâte: quod bonum eſt: tenête. Ab omni ſpécie mala

abſtinête vos. Ipſe auté Deus pacis ſanctíficet vos per ómnia: vt íntegerſpíritus veſter, & ánima, & corpus ſine queréla, in aduéntu Dómini noſtri Ieſu Chriſti ſeruêtur.

Pſal. 116. Tract. Laudâte Dóminum omnes gentes, & collaudáte eum omnes pópuli. ℣. Quóniam confirmâta eſt ſuper nos miſericórdia eius: & véritas Dómini manet in ætérnum.

Sequéntia ſancti Euangélij ſecúndum Matthæum.

Cap. 17. IN illo témpore: Aſſúmpſit Ieſus Petrum, & Iacôbum, & Ioánnem fratrem eius, & duxit illos in montem excélſum ſeórſum: & transfigurâtus eſt ante eos. Et reſpléndui fácies eius, ſicut Sol: veſtiménta autem eius facta ſunt alba, ſicut nix. Et ecce, apparuérunt illis Móyſes & Elías cum eo loquéntes. Reſpóndens autem Petrus, dixit ad Ieſum. Dómine bonum eſt nos hîc eſſe. Si vis, faciâmus hîc tria tabernácula: tibi vnũ, Moyſi vnum, & Elíæ vnum. Adhuc eo loquénte, ecce nubes lúcida obumbrâuit eos. Et ecce, vox de nube, dicens. Hic eſt Fílius meus diléctus, in quo mihi bene complácui: ipſum audîte. Et audiéntes diſcípuli, cecidérunt in fáciem ſuam, & timuérunt valde. Et accéſſit Ieſũs, & tétigit eos dixítque eis. Súrgite, & nolîte timêre. Leuántes autem óculos ſuos, néminem vidérunt, niſi ſolum Ieſum. Et deſcendéntibus illis de monte, præcêpit eis Ieſus, dicens. Némini dixerîtis viſiônem: donec Fílius hóminis à mórtuis reſúrgat.

Offert. Dómine Deus ſalûtis meæ, in die clamáui, & nocte coram te: intret orátio mea in conſpéctu tuo Dómine. Pſal. 87.

Secreta.

PRęséntibus ſacrifícijs, quęſumus Dómine, ieiúnia noſtra ſanctífica: vt quod obſeruántia noſtra profitêtur extérius, intérius operêtur. Per Dóminum noſtrum.

Communio. Dómine Deus in te ſperáui, líbera me ab ómnibus perſequéntibus me, & éripe me. Pſal. 7.

Poſt communionem.

SAnctificatiónibꝰ tuis, omnípotens Deus, & vítia noſtra curentur, & remédia nobis ætérna prouéniãt. Per Dó.

DO-

****

DOMINICA II.
In Quadrageſima.

Statio ad S. Mariam Maiorem.

Introitus.

Pſal. 24. REminíſcere miſeratiônum tuârũ Dómine:& miſericórdiæ tuæ, quæ à ſæculo ſunt, ne vnquam dominéntur nobis inimíci noſtri: líbera nos Deus Iſraël ex ómnibus angúſtijs noſtris.

Ibid Pſal. Ad te Dñe leuáui ánimã meã, Deus meus in te confido, nõ erubéſcã. ℣. Glória. Orêmus. Collecta.

DEus, qui cónſpicis omninos virtûte deſtítui: intérius, extériuſq; cuſtódi: vt ab ómnibus aduerſitátibus muniâmur in córpore: & à prauis cogitatiónibus mundêmur in mente. Per Dóminũ.

Léctio epiſtolæ B. Pauli apóſtoli ad Theſſalonicénſes.

1. c. 4 FRatres: Rogâmus vos, & obſecrâmus in Dómino Ieſu: vt quemádmodum accepíſtis à nobis, quómodo vos opórteat ambulâre, & placêre Deo: ſic & ambulêtis, vt abũdêtis magis. Scitis enim quæ præcepta déderim vobis, per Dóminũ Ieſum. Hæc eſt enim volúntas Dei, ſanctificátio veſtra: vt abſtineâtis vos à fornicatiône: vt ſciat vnuſquíſq; veſtrum vas ſuũ poſsidêre in ſanctificatiône & honôre: non in paſsiône deſidérij, ſicut & gentes, quæ ignórant Deum. Et ne quis ſupergrediâtur, neque circunuéniat in negócio fratrẽ ſuũ: quóniam vindex eſt Dóminus de his ómnibus, ſicut prædíximus vobis, & teſtificáti ſumus. Non enim vocâuit nos Deus in immundítiam: ſed in ſanctificatiônem. In Chriſto Ieſu Dómino noſtro.

℟. Tribulatiónes cordis mei dilatátæ ſunt: de neceſsitátibus meis éripe me Dómine. ℣. Vide humilitâtem meã, & labôrem meum: & dimítte ómnia peccâta mea. Pſal. 24.

Tractus. Confitémini Dómino, quóniam bonus: quóniam in ſæculum miſericórdia eius. ℣. Quis loquêtur poténtias Dómini: audítas fáciet omnes láudes eius? ℣. Beáti qui cuſtódiunt iudícium, & fáciunt iuſtítiam in omni témpore. ℣. Meménto noſtri Dómine in beneplácito pópuli tui: víſita nos in ſalutári tuo. Pſal. 105.

Sequéntia ſancti Euangélij ſecúndum Matthæum.

c. 15 IN illo tẽpore: Egréſſus Ieſus ſecéſſit in partes Tyri & Sidô-nis. Et ecce múlier Chananęa à fínibus illis egréſſa: clamâuit dicens ei. Miſerêre mei fili Dauíd: fília mea malé à dęmónio vexâtur. Qui non reſpõdit ei verbum. Et accedén tes diſcípuli eius: rogâbant eũ dicéntes. Dimítte eam: quia clamat poſt nos. Ipſe autem reſpóndens ait. Non ſum miſ ſus: niſi ad oues quæ periérũt domus Iſraél. At illa venit: & adorâuit eum dicens. Dómine ádiuua me. Qui reſpóndit ei. Non eſt bonum ſúmere pa nem filiôrum: & míttere cánibus. At illa dixit. Etiam Dó mine. Nam & catélli edunt de micis: quæ cadunt de men ſa Dominôrum ſuôrũ. Tunc reſpóndens Ieſus: ait illi. O múlier: magna eſt fides tua! Fiat tibi ſicut tu vis. Et ſanâta eſt fília eius: ex illa hora. Credo.

Pſal. 118. Offert. Meditâbor in mãdátis tuis, quę diléxi valde: & leuábo manus meas ad mãdâta tua, quæ dilexi. Secreta.

SAcrifícijs præſéntibus Dómine quæſumus, inténde placâtus. vt & deuotióni noſtræ profíciant, & ſalúti. Per Dóminum noſtrum.

Commu. Intéllige clamôrẽ meũ: intẽnde voci oratiônis meæ, rex meus & Deus meus: quóniam ad te orâbo Dómine. Pſal. 5. Poſt communionem.

SVpplices te rogâmus, omnípotens Deus: vt quos tuis réficis ſacraméntis ⁊ tibi êtiam plácitis móribus dignánter deſeruîre concédas. Per Dóminum.

FERIA SECVNDA.

Statio ad ſanctum Clementem.

Introitus.

REdime me Dómine, & miſerêre mei: pes enim meus ſtetit in via recta: in ecclé ſijs benedîcam Dóminum. Pſal. 25.

Pſalm. Iúdica me Dómine, quóniã ego in innocéntia mea ingréſſus ſum: & in Dómino ſperans, non infirmábor. Ibid.

℣. Glória Patri. Orêmus. Flectâmus génua. Collecta.

PRæſta, quæſumus omnípotens Deus: vt família tua, quæ ſe, affligéndo carnẽ, ab aliméntis ábſtinet ⁊ ſectãdo

iuſtítiam à culpa ieiûnet. Per Dóminum noſtrum.

Léctio Daniélis Prophétæ.

c.9. IN diêbus illis: Orâuit Dániel Dóminum, dicens. Dómine Deus noſter, qui eduxíſti pópulum tuum de terra Ægypti in manu forti, & fecíſti tibi nomen ſecúndum diẽ hãc: peccáuimus, iniquitâtem fécimus, Dómine in omnem iuſtítiam tuã. Auertâtur óbſecro ira tua, & furor tuus à ciuitâte tua Hieruſalẽ, & à mõte ſancto tuo. Propter peccâta enim noſtra, & iniquitátes patrum noſtrôrum, Hieruſalém, & pópulus tuus in oppróbrium ſunt ómnibus per circúitum noſtrum. Nunc ergo exáudi Dómine Deus noſter oratiônem ſerui tui, & preces eius: & oſténde fáciem tuam ſuper ſanctuárium tuũ, quod deſértum eſt. Propter temetípſum inclína Deus meus aurem tuam, & audi: áperi óculos tuos, & vide deſolatiônẽ noſtram, & ciuitâtem ſuper quam inuocâtum eſt nomen tuũ. Neq; enim in iuſtificatiónibus noſtris proſtérnimus preces ante fáciem tuam: ſed in miſeratiónibus tuis multis. Exáudi Dómine, placâre Dómine: atténde, & fac, ne morêris propter temetípſum Deus meus: quia nomen tuũ inuocâtum eſt ſuper ciuitâtem, & ſuper pópulum tuum, Dómine Deus noſter.

℟. Adiûtor meus, & liberâtor meus eſto: Dómine ne tardâueris. ℣. Confundántur & reuereántur inimíci mei, qui quærunt ánimam meam. Pſal. 69.

Tract. Dómine nõ ſecúndum peccâta noſtra, fácias nobis: neq; ſecúndũ iniquitátes noſtras retríbuas nobis. ℣. Dómine, ne memíneris iniquitâtũ noſtrârũ antiquârum: citó antícipent nos miſericórdiæ tuę, quia páuperes facti ſumus nimis. ℣. Adiuua nos Deus ſalutâris noſter, & propter glóriã nóminis tui Dñe líbera nos: & propítius eſto peccátis noſtris, propter nomen tuum. Pſal. 102. Pſal. 78. Ibid.

Sequéntia ſancti Euangélij ſecúndum Ioánnem.

c.8. IN illo témpore: Dixit Ieſús turbis Iudęôrũ. Ego vado, & quęrêtis me: & in peccáto veſtro moriémini. Quò ego vado, vos non potéſtis venîre. Dicébant ergo Iudæi. Nunquid interfíciet ſemetípſum, quia dicit: quò ego vado, vos non

po-

potéſtis venîre? Et dicêbat eis. Vos de deórſum eſtis: ego de ſupérnis ſum. Vos de mũdo hoc eſtis: ego non ſum de hoc mundo. Dixi ergo vobis: quia moriémini in peccátis veſtris. Si enim non credidérîtis, quia ego ſum: moriémini in peccáto veſtro. Dicébãt ergo ei. Tu quis es? Dixit ei Ieſus. Princípiũ: qui & loquor vobis. Multa hábeo de vobis loqui, & iudicâre. Sed qui miſit me, verax eſt: & ego, quæ audíui ab eo, hæc loquor in mundo. Et non cognouérũt, quia Patrẽ eius dicêbat Deũ. Dixit ergo eis Ieſus. Cũ exaltauerîtis Fílium hóminis, tũc cognoſcêtis, quia ego ſum, & à meípſo facio nihil: ſed ſicut dócuit me Pater, hæc loquor. Et qui me miſit, mecum eſt: & non relîquit me ſolum, quia ego quæ plácita ſunt ei, fácio ſemper.

Offerto. Benedîcam Dóminũ, qui tríbuit mihi intelléctum: prouidêbam Dóminum in conſpéctu meo ſemper: quóniam à dextris eſt mihi, ne commóuear.

Secreta.

HÆc hóſtia Dómine, placatiônis & laudis, tua nos protectiône dignos effíciat. Per Dóminum noſtrum.

Communio. Dómine Dóminus noſter, quàm admirábile eſt nomen tuum in vniuérſa terra! Pſal. 8.

Poſt communionem.

HÆc nos commúnio Dómine, purget à crímine: & cœléſtis remédij fáciat eſſe conſórtes. Per Dóminum noſtrum Ieſum Chriſtum.

Super populum. Orêmus.

Humiliâte cápita veſtra Deo.

Oratio.

ADéſto ſupplicatiónibus noſtris, omnípotẽs Deus: & quibus fidúciam ſperándæ pietâtis indúlges: conſuétæ miſericórdiæ tríbue benígnus effécctum. Per Dóminũ.

FERIA TERTIA.

Statio ad Sanctam Balbinam.

Introitus.

TIbi dixit cor meum, quæſíui vultum tuũ, vultum tuum Dómine, requîram: ne auértas fáciem tuam à me. Pſal. 26.

Pſalm. Dóminus illuminátio mea, & ſalus mea: quem timêbo? Ibid.

℣. Glória Patri & Fílio. Orêmus.

Flectâmus gênua.

Collecta.

PErfice, quæſumus Dómine, benígnus in nobis obſeruántiæ ſanctæ ſubſídium: vt quæ te auctôre faciénda cognóuimus, te operánte impleâmus. Per Dóminum.

Léctio libri Regum.

3. c. 17. IN diêbus illis: Factus eſt ſermo Dómini ad Elîam Theſbîtem, dicens. Surge, & vade in Sarépta Sidoniôrum & manêbis ibi. Præcépi enim ibi mulíeri víduæ, vt paſcat te. Surréxit & ábijt in Sarépta. Cumq; veníſſet ad portã ciuitâtis, appáruit ei múlier vídua cólligens ligna: & vocâuit eam, dixitque ei. Da mihi páululum aquæ in vaſe, vt bibam. Cumq; illa pérgeret, vt afférret, clamâuit poſt tergum eius, dicens. Affer mihi óbſecro & bucéllam panis in manu tua. Quæ reſpóndit. Viuit Dóminus Deus tuus, quia non hábeo panem, niſi quantum pugíllus cápere poteſt farínæ in hydria, & páululum ólei in lécytho. En cólligo duo ligna: vt ingrédiar, & fáciam illud mihi, & fílio meo: vt comedâmus, & moriâmur. Ad quam Elías ait. Noli timêre: ſed vade, & fac ſicut dixíſti. Verúntamen mihi primùm fac de ipſa farínula ſub cinerícium panẽ páruulum, & affer ad me: tibi autem & fílio tuo fácies póſtea. Hæc autem dicit Dóminus Deus Iſraél. Hydria farínæ non defíciet: nec lécythus ólei minuêtur, vſque in diem, in qua datûrus eſt Dóminus plúuiam ſuper fáciẽ terræ. Quæ ábijt, & fecit iuxta verbum Elíæ. Et comêdit ipſe & illa, & domus eius. Et ex illa die, hydria farínę nõ defêcit: & lécythus ólei non eſt imminûtus, iuxta verbum Dómini, quod loquûtus fúerat in manu Elíæ.

℟. Iacta cogitâtum tuum in Dómino, & ipſe te enútriet. ℣. Dum clamârem ad Dóminum, exaudîuit vocem meam ab his, qui appropínquant mihi. Pſal. 54.

Sequéntia ſancti Euangélij ſecúndum Matthæum.

c. 23 IN illo témpore: Loquûtus eſt Ieſus ad turbas, & ad diſcípulos ſuos, dicens. Super cáthedram Móyſi ſedérunt Scribæ, & Phariſæi. Omnia ergo quæcúnque díxerint vobis,

ſeruâte,

ſeruâte, & fácite: ſecúndum verò ópera eôrum nolîte fácere. Dicunt enim, & non fáciunt. Alligant enim ónera gráuia, & importabília, & impónunt in húmeros hóminũ: dígito autem ſuo nolunt ea mouêre. Omnia verò ópera ſua fáciunt, vt videántur ab homínibus. Dilátant enim phylactéria ſua, & magnífícant fímbrias. Amant autem primos recúbitus in cœnis, & primas cáthedras in ſynagógis, & ſalutatiónes in foro, & vocári ab homínibus rabbí. Vos autẽ nolîte vocári rabbí. Vnus eſt enim magíſter veſter: omnes autem vos fratres eſtis. Et patrem nolîte vocâre vobis ſuper terram: vnus eſt enim pater veſter, qui eſt in cœlis. Nec vocémini magíſtri: quia magíſter veſter, vnus eſt, Chriſtus. Qui maior eſt veſtrum, erit miníſter veſter. Qui autem ſe exaltáuerit, humiliábitur: & qui ſe humiliáuerit, exaltábitur.

Pſal. 50. **Offertorium.** Miſerére mei Dómine ſecúndum magnam miſericórdiam tuam: dele Dómine iniquitâtem meam.

Secreta.

SAnctificatiônem tuã, nobis Dómine, his myſtérijs operâre placâtus: quæ nos & á terrénis purget vítijs: & ad cæléſtia dona perdûcat. Per Dóminum noſtrum.

Commu. Narrâbo omnia mirabília tua: lætâbor & exultâbo in te: pſallam nómini tuo Altíſsime. Pſal. 9.

Poſt communionem.

VT ſacris Dómine, reddâmur digni munéribus: fac nos tuis, quæſumus, ſemper obedîre mandátis. Per Dóminum noſtrum.

Super populum. Orêmus. Humiliâte cápita veſtra Deo.

PRopitiâre Dómine, ſupplicatiónibus noſtris: & animârum noſtrârum medêre languóribus: vt remiſsiône percépta, in tua ſemper benedictiône lætêmur. Per Dóminum noſtrum.

FERIA QVARTA.

Statio ad Sanctam Cæciliam.

Introitus.

NE derelínquas me Dómine Deus meus, ne diſcédas à me: inténde in adiutórium meum Dómine virtus ſalûtis meæ. Pſal. 37.

Ibid. Pſal. Dómine ne in furôre tuo árguas me, neq; in ira tua corrípias me.
℣. Glória Patri. Orêmus.
Flectâmus génua. Collecta.

Populum tuum Dómine, propítius réſpice: & quos ab eſcis carnálibus præcipis abſtinêre, à noxijs quoq; vítijs ceſſâre cōcêde. Per Dñm.

Léctio libri Eſther.

c. 13 In diêbus illis: Orâuit Mardochæus ad Dóminum, dícens. Dómine Deus rex omnípotens, in ditiône tua cuncta ſunt póſita, & nō eſt, qui poſſit tuæ reſíſtere voluntáti. Si decréueris ſaluâre nos, contínuò liberábimur. Tu enim Dómine fecíſti cœlum & terram, & quicquid cœli ámbitu continêtur. Tu es Dóminus ómnium: & non eſt, qui reſíſtat maieſtáti tuæ. Et nunc Dñe rex regum, Deus Abrahám, miſerêre pópulo tuo: quia volunt nos inimíci noſtri pérdere, & hæreditâtē tuā delêre. Ne deſpícias partem tuam, quam redemíſti tibi: ſed exáudi deprecatiônem noſtrā, & propítius eſto ſorti & funículo hęreditâtis tuę. Et cōuérte luctum noſtrum in gáudium, vt viuéntes, laudêmus nomen tuum: & ne cláudas ora canéntiū te, Dómine Deus noſter.

℟. Saluum fac pópulum tuum Dómine, & benedíc hæreditáti tuæ. Pſal. 27. ℣. Ad te Dómine clamáui, Deus meus, ne ſileás à me, & ero ſímilis deſcendéntibus in lacum. Ibi.

Tract. Dómine, non ſecúndum peccâta noſtra fácias nobis: neq; ſecúndū iniquitátes noſtras retríbuas nobis. Pſal. 102.
℣. Dómine, ne memíneris iniquitátum noſtrârum antiquârum: citò antícipent nos miſericórdiæ tuæ, quia páuperes facti ſumus nimis. Pſal. 78.
℣. Adiuua nos Deus ſalutâris noſter, & propter glóriam nóminis tui Dómine líbera nos: & propítius eſto peccâtis noſtris, propter nomen tuum. Ibi.

Sequéntia ſancti Euangélij ſecúndum Matthæum.

In illo tēpore: Aſcédens Ieſus Hieroſólymam, aſſúmpſit duódecim diſcípulos ſuos ſecréto, & ait illis. Ecce aſcéndimus Hieroſólymam, & fílius hóminis tradêtur princípibus Sacerdôtum, & Scribis: & condemnábunt eum morte. Et tradent eū géntibus ad illudéndum, & flagellándū, c. 20

&

& crucifigéndum: & die tértia reſúrget. Tunc accéſsit ad eum mater filiôrũ Zebedæi cum fílijs ſuis adórans, & petens áliquid ab eo. Qui dixit ei. Quid vis? Ait illi. Dic, vt ſédeãt hi duo fílij mei, vnus ad déxterã tuã, & vnus ad ſiníſtram, in regno tuo. Reſpóndens autẽ Ieſús, dixit. Neſcîtis quid petâtis. Potéſtis bíbere cálicem, quẽ ego bibitûrus ſum? Dicũt ei. Póſſumus: Ait illis. Cálicẽ quidem meũ bibêtis: ſedêre autem ad déxterã meã vel ad ſiníſtram, nõ eſt meum dare vobis, ſed quibus parâtũ eſt à Patre meo. Et audiéntes decẽ, indignáti ſunt de duôbus frátribus. Ieſus autẽ vocâuit eos ad ſe: & ait. Scitis, quia príncipes géntiũ dominántur eôrũ: & qui maióres ſunt, poteſtâtẽ exércẽt in eos. Non ità erit inter vos. Sed quicúnq; volúerit inter vos maior fíeri, ſit veſter miníſter: & qui volúerit inter vos primus eſſe, erit veſter ſeruus. Sicut filius hóminis non venit miniſtrári, ſed miniſtrâre, & dare ánimam ſuã redemptiônem pro multis.

Offert. Ad te Dómine, leuáui ánimam meam, Deus meus in te confído, non erubéſcam, neq; irrídeant me inimíci mei: étenim vniuérſi, qui te expéctant, non confundéntur. Pſal. 24.

Secreta.

HOſtias, quæſumus Dñe, quas tibi offérimus, propítius réſpice: & per hæc ſancta commércia, víncula peccatôrum noſtrôrum abſólue. Per Dóminum noſtrum.

Communio. Iuſtus Dóminus, & iuſtítiam diléxit: æquitâtem vidit vultus eius. Pſal. 10.

Poſt communio.

SVmptis Dómine, ſacramẽtis: ad redemptiônis ætérnæ, quæſumus, proficiâmus augméntum. Per Dóminum.

Super populum. Orêmus.

Humiliâte cápita veſtra Deo.

DEus innocéntiæ reſtitûtor & amâtor: dírige ad te tuôrũ corda ſeruôrũ: vt ſpíritus tui feruôre cõcépto, & in fide inueniãtur ſtábiles: & in ópere efficáces. Per Dñm.

FERIA QVINTA.

Statio ad S. Mariam trans Tyberim.

Introitus.

DEus in adiutórium meum inténde, Dómine ad adiuuán- Pſal. 69.

dum me feſtína: confundántur, & reuereántur omnes inimíci mei, qui quærunt ánimam meam.

Pſal. Auertántur retrórſum, & erubéſcant, qui volunt mihi mala. ℣. Glória Patri & Filio. Ib.d.

Orêmus.

Flectâmus génua.

Collecta.

PRæſta nobis, quæſumus Dómine, auxílium grátię tuæ: vt ieiúnijs, & oratiónibus conueniénter intenti, liberêmur ab hóſtibus mentis & córporis. Per Dóminum.

Lectio Hieremię Prophétæ.

Thr. 1. IN diêbus illis: Loquûtus eſt Hieremías prophêta dicẽs, Miſericórdiæ Dómini multæ: quia non ſumus conſúmpti, quia non defecérunt miſeratiónes eius. Pars mea Dóminus dixit ánima mea: proptérea expectâbo eũ. Bonus eſt Dóminus ſperántibus in eum: ánimæ quærénti illum. Bonum eſt præſtolári cum ſiléntio ſalutâre Dómini: quia non repéllet in ſempitérnum Dóminus; ſed miſerébitur ſecúndum multitúdinem miſericordiârum ſuârum. Scrutêmur vias noſtras, & quærâmus & reuertâmur ad Dóminum: leuêmus corda noſtra cum mánibus ad Deũ in cœlo. Ne auértas Dómine aurẽ tuam à ſingúltu meo: & clamóribus. Appropinquáſti enim in die quando inuocáui te, dicẽs. Ne tímeas, quia ego ſum Dóminus Deus tuus.

℟. Propítius eſto peccátis noſtris Dómine, ne quando dicant gentes, vbi eſt Deus eôrum. ℣. Adiuua nos Deus ſalutâris noſter, & propter honôrem nóminis tui Dómine, líbera nos. Pſal. 78.

Sequéntia ſancti Euangélij ſecúndum Ioánnem.

IN illo tempore: Dixit Ieſús turbis. Operámini non cibum qui perit, ſed qui pérmanet in vitam ætérnam: quem fílius hóminis vobis dabit. Hũc enim pater ſignâuit Deus. Dixérunt ergo ad eum. Quid faciêmus vt operêmur ópera Dei? Reſpóndit Ieſus: & dixit eis. Hoc eſt opus Dei: vt credâtis in eum quem miſit ille. Dixérũt ergo ei. Quod ergo tu facis ſignũ vt videâmus & credâmus tibi? Quid operâris? Patres noſtri mãná mãducauérunt in deſérto: ſicut ſcriptũ eſt. Panẽ de cœlo de- c.6.

dit

dit eis mãducâre. Dixit ergo eis Ieſus. Amen amẽ dico vobis: non Móyſes dedit vobis panẽ de cœlo, ſed pater meus dat vobis panem de cœlo verum. Panis enim Dei eſt: qui deſcéndit de cœlo, & dat vitam mundo. Dixérunt ergo ad eum. Dómine: ſemper da nobis panem hunc. Dixit autem eis Ieſus. Ego ſum panis vitæ. Qui venit ad me non eſúriet: & qui credit in me non ſítiet vnquam.

Exo. 32. Offerto. Precâtus eſt Móyſes in cõſpéctu Dómini Dei ſui, & dixit: Quare Dómine iráſceris in pópulo tuo? parce iræ ánimæ tuæ: meménto Abrahám, Iſaác, & Iacób: quibus iuráſti dare terram fluéntem lac, & mel: & placâtus eſt Dóminus de malignitâte, quam dixit fácere pópulo ſuo. Secreta.

PRæſénti ſacrifício nómini tuo nos Dómine, ieiúnia dicâta ſanctíficent: vt quod obſeruántia noſtra profitêtur extérius, intérius operêtur effé ctu. Per Dóminum noſtrum Ieſum Chriſtum.

Ioã. 6. Communio. Qui mandûcat meam carnem, & bibit meum ſánguinem: in me manet, & ego in eo, dicit Dóminus.

Poſt communionem.

GRátia tua nos, quæſumus Dómine, non derelínquat: quæ & ſacræ nos déditos fáciat ſeruitúti: & tuam nobis opem ſemper acquîrat. Per Dóminum noſtrum.

Super populum. Orêmus.

Humiliâte cápita veſtra Deo.

ADéſto Dómine, fámulis tuis: & perpétuam benignitâtẽ largîre poſcéntibus: vt his, qui te auctôre, & gubernatôre gloriántur: & congregâta reſtáures, & reſtaurâta conſérues. Per Dóminum.

FERIA SEXTA.

Statio ad Sanctum Vitalem.

Introitus.

EGo autem cum iuſtítia apparêbo in conſpéctu tuo: ſatiâbor, dũ manifeſtábitur glória tua. Pſal. 16.

Pſalm. Exáudi Dómine iuſtítiam meam: inténde deprecatiónem meam. Ibi.

℣. Gloria Patri. Orêmus.

Flectâmus génua. Collecta.

DA, quæſumus, omnípotens Deus: vt ſacro nos purificánte ieiúnio: ſyncéris méntibus ad ſancta ventûra fácias peruenîre. Per Dñm.

Léctio libri Géneſis.

c.37 IN diêbus illis:Dixit Ioſéph frátribus ſuis.Audîte ſómnium meum,quod vidi.Putâbam nos ligâre manípulos in agro:& quaſi conſúrgere manípulum meum,& ſtare, veſtroſq; manípulos circũſtántes adorâre manípulũ meũ. Reſpondérunt fratres eius. Nunquid rex noſter eris?aut ſubijciêmur ditióni tuæ?Hęc ergo cauſa ſomniôrum, atq; ſermônum , inuídiæ,& ódij fómitem miniſtrâuit. Aliud quoque ſómniũ vidit , quod narrans frátribus , ait. Vidi per ſómnium quaſi Solem, & Lunam & Stellas vndecim adorâre me. Quod cùm patri ſuo,&frátribus retulíſſet,increpâuit eum pater , & dixit.Quid ſibi vult hoc ſómnium,quod vidíſti?Nunquid ego, & mater tua, & fratres tui adorábimus te ſuper terram?Inuidébant ígitur ei fratres ſui:pater verò rem tácitus conſiderâbat. Cúmq; fratres illîus in paſcéndis grégibus patris moraréntur in Sichém,dixit ad eũ Iſraél. Fratres tui paſcunt oues in Síchimis : veni , mittam te ad eos. Quo reſpõdénte,præſto ſum:ait.Vade & vide,ſi cuncta próſpera ſint erga fratres tuos,& pécora : & renúncia mihi, quid agâtur. Miſſus de valle Hebrón , venit in Sichém. Inuênitque eum vir errántem in agro:& interrogâuit, quid quæreret. At ille reſpóndit.Fratres meos quęro: índica mihi , vbi paſcant greges.Dixit ei vir. Receſſérunt de loco iſto. Audíui autem eos dicéntes. Eâmus in Dothaín. Perréxit ergo Ioſéph poſt fratres ſuos, & inuênit eos in Dothaín. Qui cum vidíſſent eum procul, ántequam accéderet ad eos, cogitauérunt illum occídere. Et mútuò loquebántur. Eccè ſomniâtor venit : venîte, occidâmus eum,&mittâmus eum in ciſtérnam véterem: dicêmuſque,fera péſſima deuorâuit eum.Et tunc apparêbit , quid illi proſint ſómnia ſua.Audiens autem hæc Rubén , nitebâtur liberâre eum de mánibus eôrum, & dicêbat. Non interficiâmus ánimam eius , nec effundâmus

ſánguinẽ : ſed proiícite eum
in ciſtérnam hanc, quæ eſt in
ſolitúdine, manuſque véſtras
ſeruâte innóxias. Hoc autem
dicêbat, volens erípere eum
de mánibus eôrum, & réd-
dere patri ſuo.

Pſal 119. ℞. Ad Dóminum, cùm tribulárer, cla
máui, & exaudíuit me. ℣. Dómine
líbera ánimam meam à lábijs iníquis,
& à lingua dolóſa.

Pſal. 102. Tractus. Dómine non ſecúndum
peccâta noſtra, fácias nobis: neque ſe-
cúndum iniquitátes noſtras retríbuas
Pſal. 78. nobis. ℣. Dómine, ne memíneris ini-
quitâtum noſtrârum antiquârum: citó
antícipent nos miſericórdiæ tuæ, quia
páuperes facti ſumus nimis. ℣. Adiu-
ua nos Deus ſalutáris noſter: & prop-
pter glóriam nóminis tui Dómine lí-
bera nos: & propítius eſto peccátis no
ſtris, proptér nomen tuum.

Sequéntia ſancti Euangélij ſecúndum Matthæum.

c. 21 IN illo témpore: Di-
xit Ieſus turbis Iudęô
rum parábolã hanc.
Homo quidam erat pater fa
mílias, qui plantâuit víneam,
& ſepem circúndedit ei, &
fodit in ea torcûlar, & ædifi-
câuit turrim, & locâuit eam
agrícolis: & péregrè profé-
ctus eſt. Cum autem tempus
frúctuum appropinquáſſet,
miſit ſeruos ſuos ad agríco-
las, vt accíperent fructus
eius. Et agrícolæ apprehén-
ſis ſeruis eius, álium cecidé-
runt, álium occidérunt, álium
verò lapidauérunt. Iterum
miſit álios ſeruos plures prió
ribus: & fecérunt illis simí-
liter. Nouíſsimè autem mi-
ſit ad eos fílium ſuum, di-
cens: Verebúntur fortè fí-
lium meum. Agrícolæ au-
tem videntes fílium, dixé-
runt intra ſe. Hic eſt hæres:
venîte, occidâmus eum, &
habébimus hæreditâtẽ eius.
Et apprehénſum eum, eie-
cérunt extra víneam, & oc-
cidérunt. Cùm ergo véne-
rit Dóminus víneæ, quid fá-
ciet agrícolis illis? Aiunt il-
li. Malos malè perdet: & ví-
neam ſuam locâbit álijs agrí-
colis, qui reddant ei fructum
tempóribus ſuis. Dicit illis
Ieſús. Nunquam legíſtis in
ſcriptúris, Lápidem, quem re Pſal. 117.
probauérunt ædificántes, hic
factus eſt in caput ánguli. A
Dómino factum eſt íſtud: &
eſt mirábile in óculis noſtris?

Ideò dico vobis, quia auferêtur à vobis regnum Dei, & dábitur genti faciénti fructus eius. Et qui cecíderit ſuper lápidem iſtũ, confringêtur. Super quem verò cecíderit, cónteret eum. Et cum audíſſent príncipes ſacerdôtum & phariſęi parábolas eius: cognouérunt quòd de ipſis díceret. Et quæréntes eũ tenêre, timuérunt turbas: quóniam ſicut prophêtam eum habébant.

Pſal. 39. Offer. Dómine, in auxílium meum réſpice: confundántur, & reuereántur, qui quærunt ánimam meam, vt áuferãt eam: Dómine, in auxílium meum réſpice.

Secreta.

HÆc in nobis ſacrifícia, Deus, & actiône permáneant, & operatiône firméntur. Per Dóminum noſtrum.

Pſal. 11. Communio. Tu Dómine ſeruâbis nos, & cuſtódies nos à generatióne hac in ætérnum.

Poſt communionem.

FAc nos, quæſumus Dómine, accépto pígnore ſalûtis ætérnæ, ſic téndere congruénter: vt ad eam peruenîre poſſîmus. Per Dóminum.

Super populum. Orêmus.

Humiliâte cápita veſtra Deo.

DA, quæſumus Dómine, pópulo tuo ſalûtem mẽtis & córporis: vt bonis opéribus inhęréndo: tuę ſemper virtûtis mereâtur protectióne defféndi. Per Dóminum.

SABBATHO.

Statio ad SS. Marcellinum & Petrum.

Introitus.

LEx Dómini irreprehẽſíbilis, conuértens ánimas: teſtimóniũ Dómini fidêle, ſapiéntiam præſtans páruulis. Pſal. 18.

Pſal. Cœli enárrant glóriam Dei, & ópera mánuum eius annúntiat firmaméntum. ℣. Glória Patri. Orêmus. Ibi.

Flectâmus génua. Collecta.

DA, quæſumus Dómine, noſtris effẽctũ ieiúnijs ſalutârem: vt caſtigátio carnis aſſũmpta: ad noſtrârum vegetatiônem tránſeat animârum. Per Dóminum.

Léctio libri Géneſis.

IN diêbus illis: Dixit Rebécca fílio ſuo Iacób. Audíui patrem tuum loquéntem cũ Eſaú fratre tuo, & dicéntem ei. Affer mihi de venatiône tua, & fac cibos, vt cómedam, & benedîcam tibi coram c. 27

Dómi-

Dómino ántequam móriar. Nunc ergo, fili mi, acquiéſce conſílijs meis: & pergens ad gregem, affer mihi duos hœdos óptimos, vt fáciam ex eis eſcas patri tuo, quibus libénter véſcitur: quas cùm intúleris, & coméderit, benedîcat tibi priúſquam moriâtur. Cui ille reſpódit. Noſti, quòd Eſaú frater meus homo pilôſus ſit, & ego lenis: ſi attrectáuerit me pater meus, & ſénſerit, timeo ne putet me voluíſſe ſibi illúdere, & indûcat ſuper me maledictiônẽ pro benedictiône. Ad quem mater: In me ſit, ait, iſta maledíctio fili mi: tantùm audi vocem meã, & pergens, affer, quæ dixi. Abijt, & áttulit, deditque matri ſuæ. Parâuit illa cibos, ſicut nóuerat velle patrem illîus. Et véſtibus Eſaú valde bonis, quas apud ſe habêbat domi, índuit eum: pellículaſque hœdôrũ circúndedit mánibus, & colli nuda protéxit. Deditq; pulméntum: & panes quos cóxerat, trádidit. Quib⁹ illátis, dixit. Pater mi. At ille reſpódit. Audio. Quis es, fili mi? Dixitq; Iacób. Ego ſum Eſaú primogénitus tuus: feci ſicut pręcepíſti mihi. Surge, ſede, & cómede de venatiône mea, vt benedîcat mihi ánima tua. Rurſumq; Iſaác ad fílium ſuum. Quómodo, inquit, tam citò inuenîre potuíſti, fili mi? Qui reſpóndit. Volúntas Dei fuit, vt citó mihi occúrreret, quod volêbam. Dixitq; Iſaác. Accêde huc, vt tangam te, fili mi: & probem vtrum tu ſis fílius meus Eſaú, an non. Accéſsit ille ad patrẽ: & palpáto eo, dixit Iſaác. Vox quidem, vox Iacób eſt: ſed manus, manus ſunt Eſaú. Et non cognôuit eum, quia pilóſæ manus ſimilitúdinem maiôris expréſſerant. Benedícens ergo illi, ait. Tu es fílius meus Eſaú? Reſpóndit. Ego ſum. At ille: Affer, inquit, mihi cibos de venatiône tua, fili mi: vt benedîcat tibi ánima mea. Quos cum oblátos comedíſſet, óbtulit ei étiã vinum. Quo hauſto, dixit ad eum. Accêde ad me: & da mihi óſculum fili mi. Accéſsit, & oſculâtus eſt eum. Statímque vt ſenſit veſtimẽtôrum illîus fragrántiã, benedícens,

ait. Ecce odor fílij mei, ſicut odor agri pleni, cui benedíxit Dóminus. Det tibi Deus de rore cœli, & de pinguédine terræ abundántiã fruménti, vini, & ólei. Et ſéruiant tibi pŏpuli, & adórẽt te tribus. Eſto Dóminus fratrum tuôrũ: & incuruéntur ante te fílij matris tuæ. Qui maledíxerit tibi, ſit ille maledíctus: & qui benedíxerit tibi, benedictiónibus repleâtur. Vix Iſaác ſermônem impléuerat: & egréſſo Iacób foras, venit Eſaú, coctoſq; de venatiône cibos íntulit patri, dicens. Surge pater mi, & cómede de venatiône fílij tui: vt benedîcat mihi ánima tua. Díxitque illi Iſaác. Quis enim es tu? Qui reſpóndit. Ego ſum fílius tuus primogénitus Eſaú. Expâuit Iſaác ſtupôre veheménti: &, vltrà quàm credi poteſt, admírans, ait. Quis ergo ille eſt, qui dudum captam venatiônem áttulit mihi, & comédi ex ómnibus priúſquam tu veníres? Benedíxiq; ei, & erit benedíctus. Audítis Eſaú ſermónibus patris, irrúgijt clamôre magno: & conſternâtus ait. Benedíc étiam & mihi, pater mi. Qui ait. Venit germânus tuus frauduléntèr, & accêpit benedictiônem tuã. At ille ſubiúnxit. Iuſtè vocâtum eſt nomen eius Iacób. Supplantâuit enim me, en áltera vice. Primogénita mea ante tulit, & nunc ſecúndò ſurrípuit benedictiôné meã. Rúrſumque ad patrem. Nunquid non reſeruáſti, ait, & mihi benedictiônem? Reſpóndit Iſaác. Dóminum tuum illum conſtítui, & omnes fratres eius ſeruitúti illîus ſubiugáui. Fruménto, vino, & óleo ſtabilíui eum: & tibi poſt hæc, fili mi, vltrà quid fáciam? Cui Eſaú. Num vnã, inquit, tantùm benedictiônem habes pater? Mihi quoque óbſecro, vt benedícas. Cumque eiulátu magno fleret, motus Iſaác, dixit ad eum. In pinguédine terræ & in rore cœli déſuper erit benedíctio tua.

℟. Bonum eſt confitéri Dómino, & pſállere nómini tuo, Altíſsime. Pſal. 91.

℣. Ad annunciándum manè miſericórdiam tuam, & veritâtem tuam per noctem.

Sequéntia ſancti Euangélij ſecúndum Lucam.

c. 15 IN illo témpore: Dixit Ieſus Phariſæis parábolam hãc. Homo quidam hábuit duos fílios: & dixit adoleſcéntior ex illis patri. Pater, da mihi portiônem ſubſtántiæ, quæ me contíngit. Et diuîſit illis ſubſtántiã. Et non poſt multos dies congregátis ómnibus adoleſcéntior fílius péregrè proféctus eſt in regiônem longínquam; & ibi diſſipâuit ſubſtántiam ſuam viuéndo luxurióſè. Et poſtquam conſummáſſet ómnia, facta eſt fames válida in regiône illa: & ipſe cœpit egêre. Et âbijt, & adhæſit vni ciuium regiônis illîus. Et miſit illum in villam ſuã, vt páſceret porcos. Et cupiêbat implêre ventrem ſuum de ſíliquis, quas porci manducábant: & nemo illi dabat. In ſe autem reuérſus dixit. Quanti mercenárij in domo patris mei abúndant pánibus: ego autem hîc fame péreo? Surgam, & ibo ad patrem meum, & dicam ei. Pater, peccáui in cœlum & coram te: iam non ſum dignus vocári fílius tuus: fac me ſicut vnũ de mercenárijs tuis. Et ſurgens, venit ad patrem ſuum. Cùm autem adhuc longè eſſet, vidit illum pater ipſius: & miſericórdia motus eſt. Et accúrrens cécidit ſuper collum eius, & oſculâtus eſt eum. Dixitque ei fílius. Pater, peccáui in cœlum & coram te: iam non ſum dignus vocári fílius tuus. Dixit autem pater ad ſeruos ſuos. Citò proférte ſtolam primã, & indúite illum: & date ánulum in manu eius, & calceaménta in pedes eius: & addúcite vítulum ſaginâtum, & occídite, & manducêmus, & epulêmur: quia hic fílius meus mórtuus erat, & reuíxit: períerat, & inuéntus eſt. Et cœpérunt epulári. Erat autem fílius eius ſénior in agro. Et cùm venîret, & appropinquâret dómui, audîuit ſymphóniam & chorum. Et vocâuit vnum de ſeruis: & interrogâuit quæ hæc eſſent. Iſque dixit illi. Frater tuus venit: & occîdit

pater

pater tuus vítulum ſaginâtũ, quia ſaluum illũ recêpit. Indignâtus eſt autem, & nolêbat introîre. Pater ergo illîus egréſſus, cœpit rogâre eum. At ille reſpóndens, dixit patri ſuo. Ecce tot annis ſéruio tibi: & mandâtum tuum nunquam præteríui: & nũquam dedíſti mihi hœdum, vt cum amícis meis epulârer. Sed poſtquam fílius tuus hic, qui deuorâuit ſubſtántiam ſuam cum meretrícibus, venit: occidíſti illi vítulum ſaginâtum. At ipſe dixit illi; Fili, tu ſemper mecum es, & ómnia mea, tua ſunt. Epulári autẽ & gaudêre oportêbat, quia frater tuus hic, mórtuus erat, & reuíxit: períerat, & inuéntus eſt.

Pſal. 12. Offert. Illúmina óculos meos, ne vnquã obdôrmiam in morte: ne quando dicat inimícus meus, præuálui aduérſus eum.

Secreta.

His ſacrifícijs Dómine, cõcêde placâtus: vt, qui próprijs orâmus abſólui delíctis, non grauêmur extérnis. Per Dóminum noſtrum.

Luc. 15. Commu. Opórtet te fili gaudêre: quia frater tuus mórtuus fúerat, & reuíxit, períerat, & inuéntus eſt.

Poſt communionem.

Sacraménti tui Dómine, diuîna libátio penetrália noſtri cordis infúndat: & ſui nos partícipes poténter effíciat. Per Dóminum noſtrum.

Super populum. Orêmus. Humiliâte cápita veſtra Deo.

Famíliam tuã, quæſumus Dómine, contínua pietâte cuſtódi: vt quæ in ſola ſpe grátię cœléſtis innítitur: cœléſti étiam protectiône muniâtur. Per Dóminum.

****

DOMINICA III. In Quadrageſima.

Statio ad ſanctum Laurẽtium extra muros.

Introitus.

Oculi mei ſemper ad Dóminũ: quia ipſe euéllet de láqueo pedes meos: réſpice in me, & miſerêre mei, quóniam vnicus & pauper ſum ego. Pſal 24.

Pſal. Ad te Dñe leuáui ánimã meã. Deus meus in te confido: non erubéſcã. ℣. Glória. Orêmus. Collect.

Quæſumus, omnípotens Deus, vota humílium réſpice: atque ad defenſiônem

noſtram

noſtram déxteram tuæ maieſtâtis exténde. Per Dñm.

Léctio epiſtolæ beáti Pauli apóſtoli ad Ephéſios.

c.5. FRatres: Eſtôte imitatóres Dei, ſicut fílij chariſſimi: & ambulâte in dilectiône, ſicut & Chriſtus diléxit nos: & trádidit ſemetípſum pro nobis oblatiônem & hóſtiã Deo in odôrẽ ſuauitâtis. Fornicátio autem & omnis immũdítia, aut auarítia, nec nominêtur in vobis, ſicut decet ſanctos: aut turpitûdo, aut ſtultilóquium, aut ſcurrílitas, quæ ad rem non pértinet: ſed magis gratiârũ áctio. Hoc autẽ ſcitôte intelligéntes: quòd omnis fornicâtor, aut immũdus, aut auârus, quod eſt idolôrum ſéruitus, non habet hęreditâtem in regno Chriſti & Dei. Nemo vos ſedûcat inánibus verbis. Propter hæc enim venit ira Dei in fílios diffidéntiæ. Nolîte ergo éffici partícipes eorum. Erâtis enim aliquándo ténebræ: nũc autem lux in Dómino. Vt fílij lucis ambulâte. Fructus enim lucis eſt in omni bonitâte, & iuſtítia, & veritâte.

℟. Exúrge Dómine, non præuáleat homo: iudicéntur gentes in cõſpéctu tuo. Pſal. 9.
℣. In conuerténdo inimîcum meum retrórſum, infirmabúntur, & períbunt à fácie tua.

Tract. Ad te leuáui óculos meos, qui hábitas in cœlis. ℣. Ecce ſicut óculi ſeruôrum, in mánibus dominórũ ſuórum. ℣. Et ſicut óculi ancíllæ in mánibus dóminæ ſuæ, ita óculi noſtri ad Dóminum Deum noſtrum, donec miſereâtur noſtri. ℣. Miſerêre nobis Dómine, miſerêre nobis. Pſal. 122.

Sequéntia ſancti Euangélij ſecúndum Lucam.

IN illo témpore: Erat Ieſus eiíciens dæmónium: & illud erat mutum. Et cùm eiecíſſet dæmónium, locûtus eſt mutus: & admirátę ſunt turbę. Quidam autem ex eis dixérunt. In Beelzebúb príncipe dęmoniôrum éijcit dæmónia. Et álij tentántes, ſignum de cœlo quærébant ab eo. Ipſe autem vt vidit cogitatiónes eôrum, dixit. Omne regnum in ſeípſum diuiſum deſolábitur: & domus ſupra domum cadet. Si autem & ſatánas in ſeípſum diuîſus eſt: quómodo ſtabit regnum ipſius, quia c.11.

dícitis in Beelzebúb eiícere me dæmónia? Si autem ego in Beelzebúb eiício dæmónia: fílij veſtri in quo eiíciũt? Ideo ipſi, iúdices veſtri erũt: Porrò ſi in dígito Dei eiício dæmónia: profectò peruênit in vos regnum Dei. Cùm fortis armâtus cuſtôdit átrium ſuum: in pace ſunt ea, quæ póſſidet. Si autem fórtior illo ſuperuéniens vícerit eum: vniuérſa arma eius áuferet, in quibus confidêbat: & ſpólia eius diſtríbuet. Qui non eſt mecum, aduérſum me eſt: & qui non cólligit mecum, diſpérgit. Cùm immúndus ſpíritus exíerit ab hómine, perámbulat per loca inaquôſa, quærens réquiem. Et nõ inuéniens, dicit. Reuértar in domum meam, vnde exíui. Et cùm vénerit, ínuenit eam ſcopis mundâtam, & ornâtam. Et tunc vadit, & aſſũmit ſecum ſeptem álios ſpíritus nequióres ſe: & ingréſſi hábitant ibi. Et fiunt nouíſſima hóminis illîus peiôra prióribus. Factum eſt autem: cũ hæc díceret, extóllens vocem quædam múlier de turba, dixit illi. Beâtus venter, qui te portâuit: & vbera quæ ſuxíſti. At ille dixit. Quinímo, beáti qui áudiunt verbum Dei, & cuſtódiunt illud. Credo.

Offert. Iuſtítiæ Dómini rectę, lætificántes corda: & iudícia eius dulcióra ſuper mel, & fauũ: nam & ſeruus tuus cuſtôdit ea. Pſal. 18.

Secreta.

HÆc hóſtia, quæſumus Dómine, emúndet noſtra delícta, & ad ſacrifícium celebrándum, ſubditôrum tibi córpora menteſq; ſanctíficet. Per Dóminum noſtrum.

Commu. Paſſer ínuenit ſibi domũ, & turtur nidũ, vbi repônat pullos ſuos: altária tua Dómine virtûtum, rex meus & Deus meus: beáti, qui hábitant in domo tua, in ſæculum ſæculi laudábũt te. Pſal. 83.

Poſt communionem.

ACunctis nos, quæſumus Dómine, reátibus, & perículis propitiâtus abſólue, quos tãti myſtérij tríbuis eſſe partícipes. Per Dóminum.

FERIA SECVNDA.

Statio ad S. Marcum.

Introitus.

IN Deo laudâbo verbũ: in Dómino laudâbo ſermônem: in Pſal. 55.

Deo ſperâbo: non timêbo: quid fáciat mihi homo.

Ibi. Pſalm. Miſerêre mei Deus, quóniã conculcâuit me homo, tota die impúgnans tribulâuit me. ℣. Glória Patri.

Orêmus. Flectâmus. Collecta.

CORdibus noſtris, quæſumus Dómine, grátiam tuam benígnus infúnde: vt ſicut ab eſcis carnálibus abſtinêmus; ita ſenſus quoq; noſtros à nóxijs retrahâmus excéſsibus. Per Dóminum.

Léctio libri Regum.

4.c.5 IN diêbus illis: Naamán princeps milítiæ regis Syriç, erat vir magnus apud Dóminum ſuum, & honorâtus. Per illum enim dedit Dóminus ſalûtem Syriæ. Erat autem vir fortis, & diues: ſed leprôſus. Porrò de Syria egréſſi fúerant latrúnculi: & captîuam dúxerant de terra Iſraél puéllam páruulam, quæ erat in obſéquio vxôris Naamán: quæ ait ad dóminam ſuam. Vtinã fuíſſet Dóminus meus ad prophêtam, qui eſt in Samária: profectò curáſſet eum à lepra, quã habet. Ingréſſus eſt itaq; Naamán ad Dóminum ſuum, & nunciâuit ei, dicens. Sic & ſic loquûta eſt puélla de terra Iſraél. Díxitque ei rex Syriæ. Vade, & mittam lítteras ad regem Iſraél. Qui cum proféctus eſſet, & tulíſſet ſecum decem taléntа argénti, & ſex míllia áureos, & decem mutatória veſtimentôrum: détulit lítteras ad regem Iſraél, in hæc verba. Cum accéperis epiſtolam hanc, ſcito quòd míſerim ad te Naamán ſeruum meum: vt cures eum à lepra ſua. Cùmque legíſſet rex Iſraél lítteras, ſcidit veſtiménta ſua, & ait. Nunquid Deus ſum ego, vt occídere poſsim & viuificâre, quia iſte miſit ad me, vt curem hóminem à lepra ſua? Animaduértite, & vidête: quod occaſiónes quærat aduérſum me. Quod cum audíſſet Eliſèus vir Dei: ſcidíſſe, vidélicet, regem Iſraél veſtiménta ſua, miſit ad eum, dicens. Cur ſcidíſti veſtiménta tua? Véniat ad me, & ſciat prophêtam eſſe in Iſraél. Venit ergo Naamán cum equis, & cúrribus, & ſtetit ad óſtium domus Eliſéi: míſitque ad eum Eliſéus

núnciũ, dicens. Vade, & lauâre ſépties in Iordâne: & recípiet ſanitâtem caro tua, atq; mundáberis. Irâtus Naamán, recedébat dicens. Putâbam, quòd egrederêtur ad me: & ſtans inuocâret nomen Dómini Dei ſui, & tángeret manu ſua locum lepræ, & curâret me. Nunquid non melióres ſunt Abaná, & Pharphár, flúuij Damáſci, ómnibus aquis Iſraél, vt lauer in eis, & munder? Cum ergo vertíſſet ſe, & abîret indígnans: acceſſérunt ad eum ſerui ſui, & loquúti ſunt ei: Pater, & ſi rem grandem dixíſſet tibi prophêta, certè fácere, debúeras: quãtò magis, quia nunc dixit tibi, lauâre, & mundáberis? Deſcéndit: & lauit in Iordâne ſépties, iuxta ſermônẽ viri Dei: & reſtitûta eſt caro eius, ſicut caro púeri páruuli: & mundâtus eſt. Reuérſuſq; ad virũ Dei cum vniuérſo comitátu ſuo, venit, & ſtetit coram eo, & ait. Verè ſcio, quòd non ſit álius Deus in vniuérſa terra, niſi tantúm in Iſraél.

Pſal. 55. ℟. Deus vitam meam annunciáui tibi, poſuíſti láchrymas meas in conſpéctu tuo. ℣. Miſerêre mei Dómine, quóniam conculcâuit me homo: tota die bellans tribulâuit me.

Tractus Dómine, non ſecúndum peccâta noſtra fácias nobis: neque ſecúndum iniquitátes noſtras retríbuas nobis. ℣. Dómine, ne memíneris iniquitâtum noſtrârum antiquârum: citò antícipent nos miſericórdiæ tuæ, quia páuperes facti ſumus nimis. ℣. Adiuua nos Deus ſalutâris noſter, & propter glóriam nóminis tui Dómine, líbera nos: & propítius eſto peccátis noſtris propter nomen tuum. Pſal. 102. Pſal. 78.

Sequéntia ſancti Euangélij ſecúndum Lucam.

IN illo témpore: Dixérunt Phariſæi ad Ieſúm. Quãta audíuimus facta in Caphárnaũ: fac & hîc in pátria tua. Ait autem. Amen dico vobis, quia nemo prophêta accéptus eſt in pátria ſua. In veritâte dico vobis: multæ víduæ erant in diêbus Elíæ in Iſraél, quando clauſum eſt cœlum annis tribus & ménſibus ſex, cùm facta eſſet fames magna in omni terra: & ad nullam illârum miſſus eſt Elías, niſi in Sarépta Sidóniæ ad mulíerẽ víduam. Et multi lepróſi erãt c.4. 3. Regũ. 17.

in Iſraél ſub Eliſéo prophéta: & nemo eôrũ mundâtus eſt, niſi Naamán Syrus. Et replé ti ſunt omnes in ſynagóga ira, hæc audiéntes. Et ſurrexérunt, & eiecérunt eum extra ciuitâtem: & duxérunt illum vſq; ad ſupercílium mõ tis, ſuper quem cíuitas eôrũ erat ædificâta, vt præcipitárent eum. Ipſe autẽ tránſiens per médium illôrum, ibat.

Pſal. 54 Offert. Exáudi Deus oratiônem meam, & ne deſpéxeris deprecatiônem meam: inténde in me, & exáudi me. Secreta.

MVnus, quod tibi Dómine, noſtrę ſeruitûtis offérimus: tu ſalutâre nobis pérfice ſacraméntũ. Per Dóminum noſtrum.

Pſal. 52. & 54 Commu. Quis dabit ex Sión ſalutâre Iſraél? cum auérterit Dóminus captiuitâtem plebis ſuæ, exultâbit Iacób, & lætábitur Iſraél. Poſt cõmunio.

PRæſta, quæſumus omnípotẽs & miſéricors Deus: vt quod ore contíngimus, pura mẽte capiâmus. Per Dñm.

Super populum. Orêmus.

Humiliâte cápita veſtra Deo.

SVbuéniat nobis Dómine, miſericórdia tua: vt ab imminéntibus peccatôrum noſtrôrum perículis: te mereâmur protegénte éripi, te liberánte ſaluári. Per Dóminũ.

FERIA TERTIA.

Statio ad ſanctam Potentianam.

Introitus.

EGo clamáui, quóniã exaudíſti me Deus: inclína aurem tuã, & exáudi verba mea: cuſtódi me Dómine, vt pupíllam óculi: ſub vmbra alârum tuârum prótege me. Pſal. 16.

Pſalm. Exáudi Dómine iuſtítiam meam: inténde deprecatiônem meam. Ibi.

℣. Glória Patri, & Fílio. Orêmus.

Flectâmus génua. Collecta.

EXáudi nos, omnípotens & miſéricors Deus: & cõtinéntiæ ſalutâris propítius nobis dona cócêde. Per Dó.

Léctio libri Regum.

IN diêbus illis: Múlier quædam clamâbat ad Eliſêum prophêtam, dicens. Seruus tuus vir meus mórtuus eſt: & tu noſti, quia ſeruus tuus fuit timens Deũ. Et ecce créditor venit, vt tollat duos fílios meos ad ſeruiéndum ſibi. Cui dixit Eliſêus. Quid 4. regũ. 4

vis, vt fáciam tibi? Dic mihi, quid habes in domo tua? At illa reſpóndit. Nõ hábeo ancílla tua quicquam in domo mea, niſi parum ólei, quo vngar. Cui ait. Vade, pete mútuo ab ómnibus vicínis tuis vaſa vácua non páuca. Et ingrédere, & claude óſtium tuum, cùm intrínſecus fúeris tu & fílij tui: & mitte inde in ómnia vaſa hæc: & cum plena fúerint, tolles. Iuit ítaque múlier, & clauſit óſtium ſuper ſe & ſuper fílios ſuos: illi offerébant vaſa, & illa infundêbat. Cùmq; plena fuíſſent vaſa; dixit ad filium ſuum, Affer mihi adhuc vas. Et ille reſpóndit. Non hábeo. Stetitque óleum. Venit autem illa, & indicâuit hómini Dei. Et ille, Vade, inquit, vende óleum, & redde creditóri tuo: tu autem & fílij tui víuite de réliquo.

Pſal. 18. ℟. Ab occúltis meis munda me Dómine: & ab aliénis parce ſeruo tuo.

℣. Si mei non fúerint domináti, tunc immaculâtus ero: & emundâbor à delícto maximo.

Sequéntia ſancti Euangélij ſecúndum Matthæum.

IN illo témpore: Dixit Ieſús diſcípulis ſuis. Si peccáuerit in te frater tuus: vade, & córripe eum inter te & ipſum ſolum. Si te audíerit, lucrâtus eris fratrem tuum. Si autem te nõ audíerit: ádhibe tecum adhuc vnum, vel duos; vt in ore duôrum, vel trium téſtiũ ſtet omne verbum. Quòd ſi non audíerit eos: dic ecclésię. Si autem ecclésiam non audíerit: ſit tibi ſicut éthnicus & publicânus. Amen dico vobis, quæcúnq; alligauerîtis ſuper terram, erunt ligâta & in cœlo: & quæcúnq; ſoluerîtis ſuper terram, erunt ſolûta & in cœlo. Iterum dico vobis: quia ſi duo ex vobis conſénſerint ſuper terram: de omni re, quancúnque petíerint, fiet illis á Patre meo, qui in cœlis eſt. Vbi enim ſunt duo, vel tres congregáti in nómine meo: ibi ſum in médio eôrum. Tunc accédens ad eum Petrus, dixit. Dómine, quóties peccâbit in me frater meus, & dimíttam ei? Vſque ſépties? Dixit illi Ieſus. Non dico tibi vſque

ſépties, ſed vſque ſeptuágies ſépties.

Pſal. 117 Offerto. Déxtera Dómini fecit virtûtem: déxtera Dómini exaltâuit me: déxtera Dómini fecit virtûtem: nõ móriar, ſed viuam, & narrâbo ópera Dómini. Secreta.

PEr hæc véniat, quæſumus Dómine, ſacraménta noſtræ redemptiônis effé-ctus: qui nos & ab humánis rétrahat ſemper excéſſibus: & ad ſalutária dona perdûcat. Per Dóminum.

Pſal. 14. Communio. Dómine, quis habitâbit ín tabernáculo tuo, aut quis requiéſcet in monte ſancto tuo? qui ingréditur ſine mácula, & operâtur iuſtítiam. Poſt communio.

SAcris Dómine, myſtérijs expiáti, & véniam, quæſumus, conſequâmur, & grátiam. Per Dóminum noſtrũ

Super populum. Orêmus.

Humiliâte cápita veſtra Deo.

TVa nos Dómine, protectiône defénde: & ab omni ſemper iniquitâte cuſtódi. Per Dóminum noſtrũ Ieſum Chriſtum.

FERIA QVARTA.

Statio ad ſanctum Sixtum.

Introitus.

EGo autem in Dómino ſperâbo: exultâbo, & lætâbor in tua miſericórdia: quia reſpexíſti humilitâtem meam. Pſal. 30.

Pſal. In te Dómine ſperáui, non confúndar in ætérnum: in iuſtítia tua líbera me, & éripe me. ℣. Glória Patri & Fílio. Pſal. 70. Orêmus.

Flectâmus génua. Collecta.

PRæſta, nobis quæſumus Dómine, vt ſalutáribus ieiúnijs erudíti, à nóxijs quoq; vítijs abſtinéntes, propitiatiônem tuam facílius impetrêmus. Per Dóminum.

Léctio libri Exodi.

HÆc dicit Dñs Deus. Honóra patrem tuũ & matrem tuam: vt ſis longæuus ſuper terram, quam Dóminus Deus tuus dabit tibi. Nõ occídes. Non mœcháberis. Non furtum fácies. Non loquêris cõtra próximum tuũ falſum teſtimónium. Non concupíſces domum próximi tui: nec deſiderâbis vxôrem eius: non ſeruum, non ancíllam, non bouem, non áſinũ: nec ómnia, quæ illîus ſunt. Cũctus autem pópulus c. 20

videbat voces & lámpades, & ſónitum búccinæ, móntéque fumigántem: & pertérriti ac pauôre concúſſi, ſtetérunt procul, dicéntes Móyſi. Lóquere tu nobis, & audiêmus. Non loquâtur nobis Dóminus: ne fortè moriâmur. Et ait Móyſes ad pópulum. Nolîte timêre. Vt enim probâret vos, venit Deus, & vt terror illîus eſſet in vobis, & non peccarêtis. Stétitq; pópulus de longe. Móyſes autẽ accéſsit ad calíginẽ, in qua erat Deus. Dixitq; prætérea Dóminus ad Moyſén. Hęc dices fílijs Iſraél. Vos vidíſtis, quòd de cœlo loquûtus ſum vobis. Non faciêtis deos argénteos: nec deos áureos faciêtis vobis. Altâre de terra faciêtis mihi: & offerêtis ſuper illud holocáuſta, & pacífica veſtra: oues veſtras & boues, in omni loco, in quo memória fúerit nóminis mei.

Pſal. 5. ℟. Miſerêre mei Dómine, quóniam infírmus ſum, ſana me Dómine.

℣. Conturbâta ſunt ómnia oſſa mea: & ánima mea turbâta eſt valdè.

Pſal. 102. Tractus. Dómine, non ſecúndum peccâta noſtra fácias nobis: neque ſecúndum iniquitátes noſtras retríbuas nobis. ℣. Dómine, ne memíneris iniquitâtum noſtrârum antiquârum: citò antícipent nos miſericórdiæ tuæ, quia páuperes facti ſumus nimis. Pſal. 78.

℣. Adiuua nos Deus ſalutâris noſter, & propter glóriam nóminis tui Dómine, líbera nos: & propítius eſto peccátis noſtris propter nomen tuum. Ibi.

Sequéntia ſancti Euangélij ſecúndum Matthæum.

IN illo témpore: Acceſſérunt ad Ieſum ab Hieroſólymis Scribæ & Phariſæi, dicéntes. Quare diſcípuli tui tranſgrediúntur traditiónes ſeniôrũ? Non enim lauãt manus ſuas, cùm panem mandúcãt. Ipſe autem reſpóndens, ait illis. Quare & vos tranſgredímini mandâtum Dei propter traditiônem veſtram? Nam Deus dixit. Honóra patrem & matrem, & qui maledíxerit patri, vel matri, morte moriâtur. Vos autẽ dícitis. Quicúnque díxerit patri, vel matri: munus quodcúnq; eſt ex me, tibi próderit: & non honorificâbit patrem ſuum, aut matrem ſuam: & írritum fecíſtis mãdâtum Dei propter

c. 15 (beside "N illo tempore"); Exo. 20. (beside "Deus dixit")

traditiônem veſtram. Hypó critæ, bene prophetâuit de vobis Iſaías dicens. Pópulus hic lábijs me honôrat:cor áu tem eôrum longè eſt à me. Si ne cauſa autem colunt me, docéntes doctrínas, & man- dâta hóminum. Et conuocá- tis ad ſe turbis, dixit eis. Audî- te, & intellígite. Nō quod in- trat in os, coínquinat hómi- nē: ſed quod procêdit ex ore, hoc coínquinat hóminē. Tūc accedéntes diſcípuli eius, di- xérunt ei. Scis, quia Phariſæi, audíto hoc verbo ſcandalizá- ti ſunt? At ille reſpōdens, ait. Omnis plantátio, quam non plātâuit Pater meus cœléſtis, eradicábitur. Sínite illos. Cę- ci ſunt, & duces cæcôrum. Cæcus autem ſi cæco ducâ- tum pręſtet, ambo in fóueam cadunt. Reſpóndens autem Petrus dixit ei. Edíſſere no- bis parábolam iſtam. At ille dixit. Adhuc & vos ſine intel léctu eſtis? Non intellígitis, quia omne quod in os intrat, in ventrem vadit, & in ſecéſ- ſum emíttitur? Quæ autē pro cédūt de ore, de corde éxeūt: & ea coínquināt hóminem.

Iſai. 29.

De corde enim éxeunt cogi- tatiónes malæ, homicídia, adultéria, fornicatiónes, fur- ta, falſa teſtimónia, blaſphé- miæ. Hæc ſunt, quæ coínqui- nant hóminem. Non lotis au tem mánibus manducâre, nō coínquinat hóminem.

Offert. Dómine, fac mecum miſe- ricórdiā tuam, propter nomē tuū: quia ſuâuis eſt miſericórdia tua. Pſal. 108

Secreta.

SVſcipe, quæſumus Dómi- ne, preces pópuli tui cum oblatiónibus hoſtiârum: & tua myſtéria celebrántes, ab ómnibus nos defénde perícu lis. Per Dóminum noſtrum.

Commu. Notas mihi feciſti vias vitæ: adimplêbis me lætítia cum vultu tuo Dómine. Pſal. 15.

Poſt communio.

SAnctíficet nos Dómine, qua paſti ſumus mēſa cœ léſtis: & à cunctis erróribus expiátos, ſupérnis promiſsió nibus reddat accéptos. Per.

Super populum. Orêmus.

Humiliâte cápita veſtra Deo.

COncêde, quæſumus om- nípotens Deus: vt qui protectiônis tuæ grátiā quæ- rimus, liberáti á malis ómni- bus, ſecúra tibi mente ſeruiâ- mus. Per Dóminum.

FERIA QVINTA.

Statio ad ſanctos Coſmam & Damianum.

Introitus.

Pſal. 77. SAlus pópuli ego ſum, dicit Dóminus: de quacúnq; tribulatiône clamáuerint ad me exáudiam eos: & ero illôrum Dóminus in perpétuum.

Pſalm. Atténdite pópule meus legem meam: inclinâte aurẽ veſtram in verba oris mei. ℣. Glória. Orêmus. Flectámus génua. Collecta.

MAgníficet te Dómine, ſanctôrum tuôrũ Coſmæ & Damiáni beâta ſoléunitas: qua & illis glóriã ſempitérnam? & opem nobis ineffábili prouidéntia contulíſti. Per Dóminum.

Léctio Hieremiæ prophétæ.

c. 7. IN diêbus illis: Factum eſt verbum Dómini ad me, dicens. Sta in porta domus Dómini: & prædica ibi verbum iſtud, & dic. Audîte verbum Dómini omnis Iudá, qui ingredímini per portas has, vt adorêtis Dóminum. Hæc dicit Dóminus exercítuũ Deus Iſraél. Bonas fácite vias veſtras, & ſtúdia veſtra: & habitâbo vobíſcum in loco iſto. Nolîte confídere in verbis mẽdácij, dicéntes. Templum Dómini, templum Dómini, templum Dómini eſt. Quóniam ſi bene direxerîtis vias veſtras, & ſtúdia veſtra: ſi fecerîtis iudícium inter virum & próximum eius: áduenæ & pupíllo & víduæ nõ fecerîtis calúmniã: nec ſánguinẽ innocéntem effuderîtis in loco iſto: & poſt deos aliénos nõ ambulauerîtis in malum vobiſmetîpſis: habitâbo vobíſcum in loco iſto, in terra, quam dedi pátribus veſtris à ſæculo vſq; in ſæculum. Ait Dóminus omnípotens.

℟. Oculi ómnium in te ſperant Dómine: & tu das illis eſcam in témpore opportúno. ℣. Aperis tu manum tuam, & imples omne ánimal benedictióne. Pſal. 144.

Sequéntia ſancti Euangélij ſecúndum Ioánnem.

c. 5. IN illo témpore: Dicêbat Ieſus turbis Iudæôrũ. Pater meus vſq; modo operâtur & ego óperor. Proptérea ergo magis quærébãt eum Iudæi interfícere: quia non ſolum ſoluêbat ſábbathũ: ſed & patrẽ

ſuum

ſuum dicêbat Deum, æquálẽ ſe fáciẽs Deo. Reſpõdit ítaq; Ieſus & dixit eis. Amẽ amẽ dico vobis non poteſt fílius à ſe fácere quicquã niſi quod víderit patrẽ faciẽtẽ. Quæcũq; enim ille fécerit: hæc & fílius ſimíliter facit. Pater enim díligit filiũ: & ómnia demónſtrat ei quę ipſe facit. Et maiôra his demonſtrâbit ei ópera: vt vos mirémini. Sicut enim pater ſúſcitat mórtuos & viuíficat: ſic & fílius quos vult viuíficat. Neq; enim pater iúdicat quemquam: ſed iudícium omne dedit fílio, vt omnes honoríficẽt fílium ſicut honoríficant patrẽ. Qui non honoríficat fílium: non honoríficat patrem qui miſit illum. Amen amen dico vobis: quia qui verbum meũ audit, & credit ei qui miſit me, habet vitã ętérnã. Et in iudíciũ non venit: ſed trãſiet à morte in vitã. Amen amen dico vobis: quia venit hora & nũc eſt, quãdo mórtui áudiẽt vocẽ fílij Dei, & qui audíerint viuẽt. Sicut enim pater habet vitam in ſemetípſo: ſic dedit & fílio vitã habêre in ſemetípſo. Et poteſtâtẽ dedit ei iudíciũ fácere: quia fílius hóminis eſt. Nolîte mirari hoc: quia venit hora in qua oẽs qui in monumẽtis ſunt, áudiẽt vocẽ ei9. Et procédẽt qui bona fecérũt in reſurrectiônẽ vitæ: qui verò mala egérũt: in reſurrectiônẽ iudícij.

Offer. Si ambuláuero in médio tribulatiônis, viuificâbis me Dómine: & ſuper iram inimicôrum meôrum extendes manum tuam: & ſaluum me fecit déxtera tua. Pſal. 137.

Secreta.

IN tuorũ Dñe, pretióſa morte iuſtôrũ ſacrifíciũ illud offérim9: de quo martyriũ ſumpſit omne princípiũ. Per Dó.

Commu. Tu mandáſti mandâta tua cuſtodíri nimis: vtinam dirigántur viæ meæ ad cuſtodiéndas iuſtificatiónes tuas. Pſal. 118.

Poſt communionem.

SIt nobis Dñe, ſacraménti tui percéptio, certa ſaluátio: quæ cũ beatôrũ mártyrũ tuôrũ Coſmæ & Damiáni méritis implorâtur. Per Dó.

Super populum. Orêmus.

Humiliâte cápita veſtra Deo.

SVbiéctũ tibi pópulũ, quæſumus Dñe, propitiátio cœléſtis amplíficet: & tuis ſẽper fáciat ſeruîre mandatis. Per.

FERIA SEXTA.

Statio ad S.Laurentium in Lucina.

Introitus.

Pſal. 85. FAc mecum Dómine, ſignum in bonũ: vt vídeant. qui me odérunt, & confundántur: quóniam tu Dómine adiuuíſti me, & conſolâtus es me.

Ibi. Pſal. Inclína Dómine, aurem tuam, & exáudi me: quóniam inops & pauper ſum ego. ℣. Glória. Orêmus. Flectâmus génua. Collecta.

IEiúnia noſtra, quæſumus Dómine, benígno fauôre proſéquere: vt ſicut ab alimẽtis abſtinêmus in córpore? ità à vitijs ieiunêmus in mente. Per Dóminum noſtrum.

Léctio libri Númeri.

c.20 IN diêbus illis: Conuenérũt fílij Iſraél aduérſus Móyſen & Aarón: & verſi in ſeditiônem, dixérunt. Date nobis aquam, vt bibâmus. Ingréſsiq; Móyſes & Aarón, dimíſſa multitúdine in tabernáculum fœderis, corruérũt proni in terram: clamauéruntq; ad Dóminum, atque dixérunt. Dómine Deus, exáudi clamôrem pópuli huius, & áperi eis theſáurum tuum fontem aquæ viuæ: vt ſatiáti, ceſſet murmurátio eôrum. Et appáruit glória Dómini ſuper eos. Loquûtuſque eſt Dóminus ad Móyſen, dicẽs. Tolle virgam: & cóngrega pópulum tu & Aarón frater tuus: & loquímini ad petram coram eis: & illa dabit aquas. Cùmque edúxeris aquam de petra, bibet omnis multitûdo, & iuménta eius. Tulit igitur Móyſes virgam, quæ erat in conſpéctu Dómini ſicut præcéperat ei, congregáta multitúdine ante petram: dixitque eis. Audîte rebélles & incréduli. Num de petra hac vobis aquam poterimus eiícere? Cùmq; eleuáſſet Móyſes manum, percútiens virga bis ſilicem, egréſſæ ſunt aquæ largíſsimæ, ita vt pópulus bíberet & iuménta. Dixitque Dóminus ad Móyſen & Aarón. Quia non credidíſtis mihi, vt ſanctificarêtis me corã filijs Iſraél: non introducêtis hos pópulos in terram, quam dabo eis. Hæc eſt aqua cõtradictiônis, vbi iurgáti ſunt filij

Iſraél contra Dóminum, & ſanctificâtus eſt in eis.

Pſal. 27. ℟. In Deo ſperâuit cor meum, & adiûtus ſum: & reflóruit caro mea, & ex voluntâte mea confitêbor illi. ℣. Ad te Dómine clamáui: Deus meus ne ſíleas, ne diſcédas à me.

Pſal. 102. Tractus. Dómine, non ſecúndum peccâta noſtra fácias nobis: neque ſecúndum iniquitátes noſtras retríbuas nobis. ℣. Dómine, ne memíneris iniquitâtum noſtrârum antiquârum: citò antícipent nos miſericórdiæ tuæ, quia páuperes facti ſumus nimis. ℣. Adiuua nos Deus ſalutâris noſter: & propter glóriam nóminis tui, Dómine, líbera nos: & propítius eſto peccâtis noſtris, propter nomen tuum.

Pſal. 78.

Sequéntia ſancti Euangélij ſecúndum Ioánnem.

c. 4. IN illo témpore: Venit Ieſus in ciuitâtẽ Samáriæ, quæ dicitur Sichár: iuxta prædium, quod dedit Iacób Ioſéph fílio ſuo. Erat autem ibi fons Iacób: Ieſus ergo fatigâtus ex itínere, ſedêbat ſic, ſuper fontẽ. Hora erat quaſi ſexta. Venit múlier de Samária haurîre aquam. Dicit ei Ieſus. Da mihi bíbere. Diſcípuli autẽ eius abíerant in ciuitâtem, vt cibos émerent. Dixit ergo ei múlier illa Samaritâna. Quómodo tu, Iudæus cùm ſis, bíbere à me poſcis, quæ ſum múlier Samaritâna? Non enim coutúntur Iudæi Samaritánis. Reſpóndit Ieſus, & dixit ei. Si ſcires donum Dei, & quis eſt, qui dicit tibi, da mihi bíbere: tu fórſitan petíſſes ab eo, & dedíſſet tibi aquam viuam. Dicit ei múlier. Dómine, neque in quo háurias habes, & púteus altus eſt: vnde ergo habes aquam viuam? Nunquid tu maior es patre noſtro Iacób, qui dedit nobis púteum iſtum, & ipſe ex eo bibit, & fílij eius, & pécora eius? Reſpóndit Ieſus, & dixit ei. Omnis qui bíberit ex aqua hac, ſítiet íterum. Qui autem bíberit ex aqua, quam ego dabo ei, non ſítiet in ætérnum: ſed aqua, quam ego dabo ei, fiet in eo fons aquæ ſaliéntis in vitam ætérnam. Dicit ad eum múlier. Dómine, da mihi hanc aquã: vt non ſítiam, neque véniam huc haurîre. Dicit ei Ieſus. Vade, voca virum tuum, & veni huc. Reſpóndit múlier, &

dixit. Non hábeo virum. Dicit ei Ieſus. Benè dixíſti, quia non hábeo virum. Quinque enim viros habuíſti: & hunc, quem habes, non eſt tuus vir. Hoc verè dixíſti. Dicit ei múlier. Dómine, vt vídeo, prophêta es tu. Patres noſtri in monte hoc adorauérunt: & vos dícitis, quia Hieroſólymis eſt locus, vbi adorâre opórtet. Dicit ei Ieſus. Múlier crede mihi, quia venit hora, quando neque in monte hoc, neque in Hieroſólymis adorábitis Patrem. Vos adorâtis quod neſcîtis, nos adorâmus quod ſcimus, quia ſalus ex Iudæis eſt. Sed venit hora, & nunc eſt, quando veri adoratóres adorábunt Patrem in ſpíritu & veritâte. Nam & Pater tales quærit, qui adórēt eū. Spíritus eſt Deus: & eos, qui adórant eum, in ſpíritu & veritâte opórtet adorâre. Dicit ei múlier. Scio, quia Meſsías venit, qui dícitur Chriſtus. Cùm ergo vénerit, ille nobis annunciâbit ómnia. Dicit ei Ieſus. Ego ſum, qui loquor tecū. Et contínuò venérunt diſcípuli eius: & mirabántur, quia cum muliere loquebâtur. Nemo tamen dixit, quid quæris, aut quid lóqueris cum ea? Relîquit ergo hydriam ſuam múlier: & ábijt in ciuitâtem, & dicit illis homínibus. Venîte, & vidête hóminem, qui dixit mihi ómnia quæcúnq; feci. Nūquid ipſe eſt Chriſtus? Exiérunt ergo de ciuitâte: & veniébant ad eum. Intérea rogábant eum diſcípuli, dicéntes. Rabbí, mandúca. Ille autem dixit eis. Ego cibum hábeo manducâre, quem vos neſcîtis. Dicêbant ergo diſcípuli eius ad ínuicem. Nunquid áliquis áttulit ei manducâre? Dicit eis Ieſus. Meus cibus eſt, vt fáciam volūtâtem eius, qui miſit me: vt perfíciam opus eius. Nónne vos dícitis, quòd adhuc quátuor menſes ſunt, & meſsis venit? Ecce dico vobis: leuâte óculos veſtros, & vidête regiónes, quia albæ ſunt iam ad meſſem. Et qui metit, mercêdem áccipit, & cóngregat fructum in vitam ætérnam: vt & qui ſéminat, ſimul gáudeat & qui metit. In hoc

enim eſt verbum verũ: quia álius eſt, qui séminat, & álius eſt, qui metit. Ego miſi vos métere, quod vos non laboráſtis: alij laborauérunt, & vos in labóres eôrum introíſtis. Ex ciuitâte autẽ illa multi credidérunt in eum Samaritanôrum, propter verbum mulíeris teſtimónium perhibéntis, quia dixit mihi ómnia quæcúnq; feci. Cùm veníſſent ergo ad illum Samaritáni, rogauérunt eum, vt ibi manêret. Et mãſit ibi duos dies. Et multò plures credidérunt in eum propter ſermônem eius. Et mulíeri dicébãt. Quia iam nõ propter tuam loquêlam crédimus. Ipſi enim audíuimus: & ſcimus, quia hic eſt verè Saluâtor mundi.

Pſal. 5. Offer. Inténde voci oratiônis meæ, rex meus & Deus meus: quóniam ad te orâbo Dómine. Secreta.

RESpice, quæſumus Dómine, propítius ad múnera, quæ ſacrâmus: vt tibi grata ſint, & nobis ſalutária ſemper exiſtant. Per Dóminum noſtrum Ieſum Chriſtum.

Ioã. 4. Commu. Qui bíberit aquam quã ego dabo ei, dicit Dóminus, fiet in eo fons aquæ ſaliéntis in vitam ætérnam.

Poſt communionem.

HVius nos Dómine, percéptio ſacraménti mundet à crímine: & ad cœléſtia regna perdûcat. Per Dñm.

Super populum. Orêmus.

Humiliâte cápita veſtra Deo.

PRæſta, quæſumus, omnípotens Deus: vt qui in tua protectiône confídimus: cuncta nobis aduerſántia, te adiuuánte, vincâmus. Per Dóminum noſtrum.

SABBATHO.

Statio ad ſanctam Suſannam.

Introitus.

VErba mea áuribus pércipe Dómine: intéllige clamôrẽ meũ, inténde voci oratiônis meæ, rex meus & Deus meus. Pſal. 5.

Pſalm. Quóniam ad te orâbo Dómine, manè exáudies vocem meam. Ibi.

℣ Gloria Patri. Orêmus.

Flectâmus génua. Collecta.

PRæſta, quæſumus omnípotens Deus: vt qui ſe, affligéndo carnem, ab aliméntis ábſtinent: ſectándo iuſtítiam, à culpa ieiúnent. Per Dóminum noſtrum.

Léctio Daniélis Prophétæ.

c. 13 IN diêbus illis: Erat vir in Babylône, & nomen eius Ioachím. Et accêpit vxôrem nómine Suſánnam fíliã Helchíæ, pulchram nimis, & timéntem Deũ. Paréntes enim illîus cùm eſſent iuſti, erudiérunt filiam ſuam ſecúndum legem Moyſi. Erat autẽ Ioachím diues valdè: & erat ei pomárium vicînum dómui ſuæ. Et ad ipſum cõfluébant Iudæi, eò quòd eſſet honorabílior ómnium. Et conſtitúti ſunt duo ſenes iúdices in anno illo, de quibus loquûtus eſt Dóminus. Quia egréſſa eſt iníquitas de Babylône à ſenióribus iudícibus, qui videbántur régere pópulũ. Iſti frequentábant domum Ioachím: & veniébant ad eos omnes, qui habébant iudícia. Cùm autem pópulus reuertíſſet per merídiẽ, ingrediebâtur Suſánna, & deambulâbat in pomário viri ſui. Et vidébant eam ſenes quotídie ingrediéntem & deambulántem: & exarſérunt in concupiſcéntiam eius. Et euertérũt ſenſum ſuum, & declinauérunt óculos ſuos, vt non vidérent cœlum, neque recordaréntur iudiciôrum iuſtôrum. Factum eſt autem, cùm obſeruárent diem aptum, quando eam poſſent inuenîre ſolam, ingréſſa eſt aliquándo, ſicut heri, & nudiuſtértius, cum duâbus ſolis puéllis: vóluitque lauári in pomário. Æſtus quippe erat. Et nõ erat ibi quiſquam, præter duos ſenes abſcónditos, & contemplántes eam. Dixit ergo puéllis. Afférte mihi óleum & ſmígmata: & óſtia pomárij cláudite, vt lauer. Cùm autẽ egréſſæ eſſent puéllæ: ſurrexérunt duo ſenes, & accurrérunt ad eam, & dixérunt. Ecce óſtia pomárij clauſa ſunt, & nemo nos videt, & in concupiſcéntia tui ſumus, quamóbrem aſſentîre nobis, & cõmiſcêre nobíſcum. Quod ſi nolúeris, dicêmus teſtimónium contra te, quòd fúerit tecum iúuenis: & ob hanc cauſam emíſeris puéllas à te. Ingémuit Suſánna, & ait. Angúſtiæ mihi ſunt vndíque. Si enim hoc égero, mors mihi eſt: ſi autem non égero, non

effúgiam manus veſtras. Sed mélius eſt mihi abſq; ópere incídere in manus veſtras, quàm peccâre in conſpéctu Dómini. Et exclamâuit voce magna Suſánna: exclamauérunt autem & ſenes aduérſus eam. Et cucúrrit vnus, & apéruit óſtia pomárij. Cùm autem audíſſent clamôrem in pomário fámuli domus, irruérunt per poſtîcum, vt vidérent quidnam eſſet. Póſtquam autem ſenes loquúti ſunt, erubuérunt ſerui veheménter: quia nũquam dictus fúerat ſermo huiuſcémodi de Suſánna. Et facta eſt dies cráſtina. Cùmq; veníſſet pópulus ad virũ eius Ioachím, venérunt & duo ſeniores pleni iníqua cogitatiône aduérſus Suſánnam, vt interfícerent eam. Et dixérunt coram pópulo. Míttite ad Suſánnã fíliam Helchíæ Vxôrem Ioachím. Et ſtatim miſérunt. Et venit cum paréntibus, & fílijs, & vniuérſis cognátis ſuis. Flebant ígitur ſui, & omnes, qui nóuerant eam. Conſurgéntes autem duo ſenióres in médio pópuli, poſuérunt manus ſuas ſuper caput eius. Quæ flens ſuſpéxit ad cœlũ. Erat enim cor eius fidúciam habens in Dómino. Et dixérunt ſenióres. Cùm deambularêmus in pomário ſoli, ingréſſa eſt hæc cum duâbus ſolis puéllis: & clauſit óſtia pomárij: & dimîſit à ſe puéllas. Vénitq; adoléſcens ad eam, qui erat abſcónditus: & concúbuit cum ea. Porrò nos, cũ eſſémus in ángulo pomárij, vidéntes iniquitâtem: cucúrrimus ad eos, & vídimus eos páriter commiſcéri. Et illum quidem nequíuimus cõprehéndere, quia fórtior nobis erat: & apérto óſtio exilîuit. Hanc autem cùm apprehendiſsêmus, interrogáuimus, quiſnam eſſet adoléſcens: & nóluit indicâre nobis. Huius rei teſtes ſumus. Crédidit eis multitûdo quaſi ſenióribus & iudícibus pópuli: & condemnauérunt eam ad mortem. Exclamâuit autem voce magna Suſánna, & dixit. Deus ætérne, qui abſconditôrum es cógnitor, qui noſti ómnia ante quam fiant: tu ſcis, quóniam falſum

teſtimónium tulérunt contra me: & ecce mórior, cum nihil horum fécerim, quæ iſti malitióſè compoſuérunt aduérſum me. Exaudîuit autē Dóminus vocem eius. Cùmque ducerêtur ad mortem, ſuſcitâuit Dóminus ſpíritum ſanctum púeri iuniôris, cui nomen Dániel: & exclamâuit voce magna, & dixit. Mūdus ego ſum à ſánguine huius. Et conuérſus omnis pópulus ad eum, dixit. Quis eſt ſermo iſte, quem tu loquûtus es? Qui cùm ſtaret in médio eôrum, ait. Sic, fátui filij Iſraél, non iudicántes, neque quod verum eſt, cognoſcéntes, condemnáſtis fíliam Iſraél. Reuertímini ad iudícium: quia falſum teſtimónium loquúti ſunt aduérſus eam. Reuérſus eſt ergo pópulus cum feſtinatiône. Et dixit ad eos Dániel. Separâte eos ab ínuicem procul: & diiudicâbo eos. Cum ergo diuiſi eſſent alter ab áltero, vocâuit vnum ex eis, & dixit ad eum. Inueterâte diêrum malôrum, nunc venérunt peccâta tua, quæ prius operabâris, iúdicans iudícia iniúſta, innocéntes ópprimés, & dimíttens nóxios, dicénte Dómino: Innocéntem & iuſtum nō interfícies. Nunc ergo ſi vidíſti eam, dic ſub qua árbore víderis eos colloquéntes ſibi. Qui ait. Sub ſchino. Dixit autem Dániel. Rectè mentîtus es in caput tuū. Ecce enim ángelus Dómini, accépta ſenténtia ab eo, ſcindet te médiū. Et amóto eo, iuſsit venîre álium, & dixit ei. Semen Chanaán, & non Iudá: ſpécies decêpit te, & concupiſcéntia ſubuértit cor tuum. Sic faciebâtis filiâbus Iſraél, & illæ timéntes loquebántur vobis. Sed non fília Iudá ſuſtinuit iniquitâtem veſtram. Nunc ergo dic mihi, ſub qua árbore comprehénderis eos loquéntes ſibi. Qui ait. Sub prino. Dixit autem ei Dániel. Rectè mentîtus es & tu in caput tuum. Manet enim ángelus Dómini gládium habens, vt ſecet te médium: & interfíciat vos. Exclamâuit ítaque omnis cœtus voce magna: & benedixérunt Deum, qui ſal-

ſaluat ſperántes in ſe. Et conſurrexérunt aduérſus duos ſenióres. (Conuícerat enim eos Dániel ex ore ſuo, falſum dixíſſe teſtimónium.) Fecéruntque eis ſicut malé égerant aduérſus próximũ: & interfecérunt eos. Et ſaluâtus eſt ſanguis innóxius in die illa.

Pſal. 22. ℟. Si ámbulem in médio vmbræ mortis, non timêbo mala: quóniam tu mecum es, Dómine. ℣. Virga tua, & báculus tuus, ipſa me conſoláta ſunt.

Sequéntia ſancti Euangélij ſecúndum Ioánnem.

c. 8. IN illo témpore: Perréxit Ieſus in montem Oliuéti: & dilúculo íterum venit in templũ. Et omnis pópulus venit ad eum: & ſedens docêbat eos. Addúcunt autem Scribæ & Phariſæi mulíerem deprehénſam in adultério: & ſtatuérunt eam in médio, & dixérunt ei. Magíſter, hæc múlier modò deprehénſa eſt in adultério. In Lege autem Móyſes mandâuit nobis huiúſmodi lapidâre. Tu ergo quid dicis? Hoc autem dicébant tentántes eum: vt poſſent accuſâre eum. Ieſus autem inclínãs ſe deórſum, dígito ſcribêbat in terra. Cùm autem perſeuerárent interrogántes eum: eréxit ſe, & dixit eis. Qui ſine peccáto eſt veſtrum, primus in illam lápidem mittat. Et íterum inclínans ſe, ſcribêbat in terra. Audiéntes autem hæc, vnus poſt vnum exíbant, incipiéntes à ſenióribus. Et remánſit Ieſus ſolus & múlier in médio ſtans. Erigens autem ſe Ieſus, dixit ei. Múlier, vbi ſunt qui te accuſábant? Nemo te condemnâuit? Quæ dixit. Nemo Dómine. Dixit autem Ieſus. Nec ego te condemnâbo. Vade, & iam ámplius noli peccâre.

Offer. Greſſus meos dírige ſecúndũ elóquiũ tuum: vt nõ dominêtur mei omnis iniuſtítia Dómine. Pſal. 118.

Secreta.

COncêde, quæſumus omnípotens Deus: vt huius ſacrifícij munus oblâtum, fragilitâtem noſtram ab omni malo purget ſemper, & múniat. Per Dóminum.

Commu. Nemo te condemnâuit múlier? Nemo Dómine: Nec ego te cõdemnâbo: iam ámplius noli peccâre. Io. 8.

Poſt communionem.

QVæſumus omnípotens Deus: vt inter eius mẽbra numerêmur: cuius córpori communicâmus, & ſánguini. Qui tecum viuit.

Super populum. Orêmus.

Humiliáte cápita veſtra Deo.

PRæténde Dómine, fidélibus tuis déxteram cœléſtis auxílij: vt te toto corde perquírant: & quæ dignè póſtulant, cónſequi mereántur. Per Dóminum noſtrum.

****

DOMINICA IIII.

In Quadrageſima.

Statio ad S. Crucem in Hieruſalem.

Introitus.

Iſai. 65. LÆtâre Hieruſalém: & conuéntum fácite omnes, qui dilígitis eam: gaudête cum lætítia, qui in triſtítia fuíſtis: vt exultêtis, & ſatiémini ab vbéribus conſolatiônis veſtræ.

Pſal. 121 Pſal. Lætâtus ſum in his, quæ dicta ſunt mihi: in domum Dómini íbimus.

℣. Glória. Orêmus. Collecta.

COncêde, quæſumus omnípotens Deus: vt, qui ex mérito noſtræ actiônis affligimur: tuæ grátiæ cõſolatiône reſpirêmus. Per Dóminũ.

Léctio epiſtolæ beáti Pauli apóſtoli ad Gálatas.

FRatres: Scriptum eſt quóniam Abrahám duos fílios hábuit: vnum de ancílla, & vnum de líbera. Sed qui de ancílla, ſecúndum carnẽ natus eſt: qui autem de líbera, per repromiſſiônẽ: quæ ſunt per allegóriam dicta. Hæc enim ſunt duo teſtaménta. Vnum quidem in monte Siná, in ſeruitûtem génerans: quæ eſt Agár (Siná enim mons eſt in Arábia, qui coniúnctus eſt ei, quæ nunc eſt Hieruſalém) & ſeruit cum fílijs ſuis. Illa autem, quæ ſurſum eſt Hieruſalém, líbera eſt: quę eſt mater noſtra. Scriptum eſt enim. Lætâre ſtérilis, quæ non paris: erúmpe & clama, quæ nõ párturis: quia multi fílij deſértæ, magis quàm eius quæ habet virum. Nos autem fratres ſecúndũ Iſaác promiſſiônis fílij ſumus. Sed quómodo tunc is, qui ſecúndum carnem natus fúerat, perſequebâtur eum,

c. 4. Gen. 21.

Iſai. 54.

qui

qui ſecúndum ſpíritum : ità & nunc. Sed quid dicit Scriptûra: Eijce ancillam, & fílium eius? Non enim erit hæres fílius ancíllæ cum fílio líberæ. Itaque fratres, non ſumus ancíllæ fílij, ſed líberæ: qua libertâte Chriſtus nos liberâuit.

Gen. 21.

Pſal. 121. ℟. Lætâtus ſum in his, quæ dicta ſunt mihi: in domum Dómini íbimus.

℣. Fiat pax in virtûte tua: & abundántia in túrribus tuis.

Pſal. 124. Tract. Qui confidunt in Dómino, ſicut mons Sión: non commouébitur in ætérnũ, qui hábitat in Hieruſalém.

℣. Montes in circúitu eius: & Dóminus in circúitu pópuli ſui, ex hoc nunc & vſque in ſæculum.

Sequéntia ſancti Euangélij ſecúndum Ioánnem.

c. 6. IN illo tẽpore: Abijt Ieſus trans mare Galilææ, quod eſt Tybe ríadis: & ſequebâtur eũ multitûdo magna: quia vidébant ſigna, quę faciêbat ſuper his, qui infirmabántur. Súbijt ergo in montem Ieſus: & ibi ſedêbat cũ diſcípulis ſuis. Erat autem próximũ Paſcha, dies feſtus Iudæôrum. Cùm ſubleuâſſet ergo óculos Ieſus, & vidíſſet, quia multitûdo máxima venit ad eum, dicit ad Philíppum. Vnde emêmus panes, vt mandúcent hi? Hoc autem dicêbat tentans eum. Ipſe enim ſciêbat, quid eſſet factûrus. Reſpõdit ei Philíppus. Ducentôrum denariôrũ panes non ſufficiunt eis: vt vnuſquíſque módicum quid accípiat. Dicit ei vnus ex diſcípulis eius, Andręas frater Simônis Petri. Eſt puer vnus hîc, qui habet quinq; panes hordeáceos; & duos piſces: ſed hæc quid ſunt inter tantos? Dicit ergo Ieſus. Fácite hómines diſcúbere. Erat autem fœnum multum in loco. Diſcubuérunt ergo viri número quaſi quinque míllia. Accêpit ergo Ieſus panes: & cum grátias egíſſet, diſtríbuit diſcumbéntibus. Simíliter & ex píſcibus quantum volêbant. Vt autem impléti ſunt, dixit diſcípulis ſuis. Collígite quæ ſuperauérũt fragménta, ne péreant. Collegérunt ergo, & impleuérunt duódecim cóphinos fragmẽtôrum ex quinque pánibus hordeáceis, quæ ſuperfuérunt his,

qui manducáuerant. Illi ergo hómines, cúm vidíſſét, quod fécerat Ieſus ſignum, dicébant. Quia hic eſt verè prophêta, qui ventûrus eſt in mũdum. Ieſus ergo cum cognouíſſet, quia ventúri eſſent, vt ráperent eum, & fácerent eum regem: fugit íterum in montem ipſe ſolus. Credo.

Pſal. 134. Offerto. Laudâte Dóminum, quia benígnus eſt: pſállite nómini eius: quóniã ſuâue eſt: ómnia quæcúnq; vóluit, fecit in cœlo & in terra. Secreta.

SAcrifícijs præſéntibus Dómine, quæſumus, inténde placâtus: vt & deuotióni noſtræ profíciant, & ſalúti. Per Dóminum noſtrum.

Pſal. 122. Commu. Hierúſalém quæ ædificâtur vt cíuitas, cuius participátio eius in idípſum: illuc enim aſcẽdérunt tribus, tribus Dómini, ad confiténdum nómini tuo Dómine. Poſt communio.

DA nobis quæſumus, miſéricors Deus: vt ſancta tua, quibus inceſſánter explêmur, ſincéris tractêmus obſéquijs, & fidéli ſemper mente ſumâmus. Per Dóminum.

FERIA SECVNDA.

Statio ad SS. quatuor Coronatos.

Introitus.

DEus in nómine tuo ſaluum me fac, & in virtûte tua iúdica me. Deus exáudi oratiônem meam. Pſal. 53.

Pſal. Quóniam aliéni inſurrexérunt in me, & fortes quæſiérunt ánimã meã. Ibi.

Orêmus. Flectâmus. Collecta.

PRæſta, quæſumus, omnípotens Deus: vt obſeruatiónes ſacras ánnua deuotiône recoléntes, & córpore tibi placeâmus, & mente. Per Dóminum noſtrum.

Léctio libri Regum.

IN diêbus illis: Venérunt duæ mulíeres meretríces ad regem Salomônem: ſtetéruntque coram eo. Quarum vna ait. Obſecro mi dómine, ego & múlier hæc habitabâmus in domo vna: & péperi apud eam in cubículo. Tértia verò die, poſtquam ego péperi, péperit & hæc. Et erâmus ſimul, nulluſque álius in domo nobíſcum, excéptis nobis duâbus. Mórtuus eſt autem fílius mulíeris huius nocte. Dórmiens quippe oppréſſit eum. Et conſúrgens intempéſtæ noctis 3. c. 3.

ſilén-

ſiléntio tulit fíliũ meũ de látere meo ancíllæ tuę dormiẽtis, & collocâuit in ſinu ſuo: ſuum autem fílium, qui erat mórtuus, póſuit in ſinu meo. Cùmq́; ſurrexíſsẽ manè, vt darẽ lac fílio meo: appáruit mórtuus. Quẽ diligéntius íntuens clara luce, deprehéndi non eſſe meũ, quem genúerã. Reſpõditq́; áltera múlier. Non eſt itàː ſed fílius tuus mórtuus eſt, meus autem viuit. Econtrário illa dicêbat. Mentîris: fílius quippe meus viuit, & fílius tuus mórtuus eſt. Atq; in hunc modũ contendébant coram rege. Tũc rex ait. Hæc dicit: fílius meus viuit, & fílius tuus mórtuus eſt: & iſta reſpóndet, non, ſed fílius tuus mórtuus eſt, & fílius meus viuit. Dixit ergo rex. Afférte mihi gládium. Cùmq́; attulíſſent gládium coram rege: diuídite, inquit, infántem viuum in duas partes: & date dimídiam partem vni, & dimídiam partem álteri. Dixit autem múlier, cuius fílius erat viuus, ad regẽ. (Commôta ſunt quippe víſcera eius ſuper fílio ſuo.) Obſecro dómine, date illi infántem viuum, & nolîte interfícere eum. Econtrário illa dicêbat. Nec mihi, nec tibi: ſed diuidâtur. Reſpóndit rex, & ait, Date huic infántem viuum, & non occidâtur: hæc eſt enim mater eius. Audîuit ítaque omnis Iſraél iudíciũ, quod iudicáſſet rex: & timuérunt regem, vidéntes ſapiéntiam Dei eſſe in eo ad faciéndum iudícium.

℟. Eſto mihi in Deum protectôrem, & in locum refúgij: vt ſaluum me fácias. ℣. Deus in te ſperáui: Dómine non confúndar in ætérnum. Pſal. 30. & 70

Tractus. Dómine, non ſecúndum peccâta noſtra fácias nobis, neque ſecúndum iniquitátes noſtras retríbuas nobis. ℣. Dómine, ne memíneris iniquitâtum noſtrârum antiquârum: citò antícipent nos miſericórdiæ tuæ, quia páuperes facti ſumus nimis. ℣. Adiuua nos Deus ſalutâris noſter, & propter glóriam nóminis tui Dómine, líbera nos: & propítius eſto peccátis noſtris propter nomen tuum. Pſal. 102. Pſal. 78.

Sequéntia ſancti Euangélij ſecúndum Ioánnem.

In illo témpore: Prope erat Paſcha Iudæôrum, & aſcén- c. 2.

dit Ieſus Hieroſólymam. Et inuênit in templo vendéntes oues & boues & colúmbas, & numulários ſedéntes. Et cùm fecíſſet quaſi flagéllum de funículis, omnes eiêcit de templo, oues quoque & boues: & numulariôrum effûdit ęs, & menſas ſubuértit. Et his, qui colúmbas vẽdébant, dixit. Auférte iſta hinc: & nolîte fácere domũ Patris mei, domum negotiatiônis. Recordáti verò ſunt diſcípuli
Pſal. 68. eius, quia ſcriptum eſt: Zelus domus tuæ comêdit me. Reſpondérunt ergo Iudæi, & dixérunt ei. Quod ſignum oſtẽdis nobis, quia hæc facis? Reſpóndit Ieſus, & dixit eis. Sóluite templum hoc: & in tribus diêbus excitâbo illud. Dixérunt ergo Iudæi. Quadragínta & ſex annis ædificâtũ eſt templum hoc: & tu in tribus diêbus excitâbis illud? Ille autem dicêbat de templo córporis ſui. Cùm ergo reſurrexíſſet à mórtuis, recordáti ſunt diſcípuli eius, quia hoc dicêbat de córpore ſuo. Et credidérunt ſcriptúræ, & ſermóni, quem dixit Ieſus. Cùm autem eſſet Hieroſólymis in Paſcha in die feſto, multi credidérunt in nómine eius vidéntes eius ſigna, quæ faciêbat. Ipſe autem Ieſus non credêbat ſemetípſum eis: eò ꝙ ipſe noſſet omnes: & quia opus ei non erat, vt quis teſtimónium perhibêret de hómine. Ipſe enim ſciêbat, quid eſſet in hómine.

Offerto. Iubilâte Deo omnis terra: ſeruîte Dómino in lætítia: intrâte in cõſpéctu eius in exultatiône: quia Dóminus ipſe eſt Deus. Pſal. 99.

Secreta.

OBlâtum tibi Dómine, ſacrifícium viuíficet nos ſemper, & múniat. Per Dóminum noſtrum.

Commu. Ab occúltis meis munda me Dñe: & ab aliénis parce ſeruo tuo. Pſal. 18.

Poſt communionem.

SVmptis Dómine, ſalutáribus ſacraméntis ⁊ ad redẽptiônis ætérnæ, quæſumus, proficiâmus augméntũ. Per Dóminum noſtrum.

Super populum. Orêmus.

Humiliáte cápita veſtra Deo.

DEprecatiônem noſtram, quæſumus Dómine, benígnus exáudi: & quibus ſupplicándi præſtas affféctum ⁊

tríbue

tríbue defenſiônis auxílium. Per Dóminum noſtrum.

FERIA TERTIA.

Statio ad S. Laurent. in Damaſo.

Introitus.

Pſal. 54. EXáudi Deus oratiônem meam, & ne deſpéxeris deprecatiônem meam: inténde in me, & exáudi me.

Ibi. Pſalm. Contriſtâtus ſum in exercitatiône mea: & conturbâtus ſum à voce inimíci, & á tribulatiône peccatôris. ℣. Glória Patri & Fílio. Orêmus. Flectâmus génua. Collecta.

SAcræ nobis quæſumus Dómine, obſeruatiônis ieiúnia & piæ conuerſatiônis augméntum, & tuæ propitiatiônis contínuum præſtent auxílium. Per Dóminum noſtrum.

Léctio libri Exodi.

c. 32 IN diêbus illis: Loquútus eſt Dóminus ad Móyſen, dicens. Deſcénde de monte: quia peccâuit pópulus tuus, quem eduxíſti de terra Ægypti. Receſſérunt citò de via, quam oſtendíſti eis: fecérũtque ſibi vítulum cõflátilem, & adorauérunt, atque immolántes ei hóſtias, dıxérũt. Iſti ſunt dij tui Iſraél, qui te eduxérunt de terra Ægypti. Rurſumq; ait Dóminus ad Móyſen. Cerno quòd pópulus iſte duræ ceruîcis ſit: dimítte me, vt iraſcâtur furor meus contra eos, & déleam eos: fáciamque te in gentem magnã. Móyſes autem orâbat ad Dóminum Deũ ſuũ, dicens. Cur Dómine, iráſcitur furor tuus contra pópulum tuum: quem eduxíſti de terra Ægypti, in fortitúdine magna, & in manu robúſta? Ne quæſo, dicant Ægyptij: cállidè edúxit eos, vt interfíceret in móntibus, & delêret de terra. Quiéſcat ira tua: & eſto placábilis ſuper nequítia pópuli tui. Recordâre Abrahám, Iſaác, & Iſraél ſeruôrum tuôrum, quibus iuráſti per temetípſum, dicens. Multiplicâbo ſemen veſtrum ſicut ſtellas cœli: & vniuérſam terram hanc, de qua loquûtus ſum dabo ſémini veſtro: & poſſidébitis eam ſemper. Placâtuſque eſt Dóminus, ne fáceret malum, quod loquûtus fúerat

aduérſus pópulum ſuum. Et miſértus eſt pópulo ſuo Dóminus Deus noſter.

Pſal. 43. ℟. Exúrge Dómine, fer opem nobis: & líbera nos propter nomen tuum.

℣. Deus áuribus noſtris audíuimus: patres noſtri annũciauérunt nobis opus, quod operâtus es in diêbus eorum, & in diêbus antíquis.

Sequéntia ſancti Euangélij ſecúndum Ioánnem.

c. 7. IN illo témpore: Iam die feſto mediánte, aſcéndit Ieſus in tẽplum, & docêbat. Et mirabántur Iudæi, dicéntes. Quómodo hic líteras ſcit, cùm non didícerit? Reſpóndit eis Ieſus, & dixit. Mea doctrîna non eſt mea: ſed eius qui miſit me. Si quis volúerit voluntâtem eius fácere: cognóſcet de doctrína, vtrum ex Deo ſit, an ego à meipſo loquar. Qui à ſemetipſo lóquitur, glóriam própriam quærit. Qui autem quærit glóriam eius, qui miſit illum: hic verax eſt, & iniuſtítia in illo non eſt. Nónne Móyſes dedit vobis legem: & nemo ex vobis facit legem? Quid me quæritis interfícere? Reſpóndit turba, & dixit. Dæmónium habes. Quis te quęrit interfícere? Reſpóndit Ieſus, & dixit eis. Vnum opus feci: & omnes mirámini. Proptérea Móyſes dedit vobis circunciſiônem: non quia ex Móyſe eſt, ſed ex pátribus. Et in ſábbatho circuncíditis hóminem. Si circunciſiônem áccipit homo in ſábbatho, vt non ſoluâtur lex Móyſi: mihi indignámini, quia totum hóminem ſanũ feci in ſábbatho? Nolîte iudicâre ſecundum fáciem: ſed iuſtum iudícium iudicâte. Dicébant ergo quidam ex Hieroſólymis. Nónne hic eſt, quem quærunt interfícere? Ecce palam lóquitur: & nihil ei dicunt. Nunquid verè cognouérunt príncipes, quia hic eſt Chriſtus? Sed hunc ſcimus vnde ſit: Chriſtus autem cùm vénerit, nemo ſcit vnde ſit. Clamâbat ergo docens in templo Ieſus, & dicens. Et me ſcitis: & vnde ſim ſcitis: & à meipſo non veni: ſed eſt verus qui miſit me, quem vos neſcîtis. Ego ſcio eum: & ſi díxero

quia néſcio eum, ero ſímilis vobis mendax. Sed ſcio eum, quia ab ipſo ſum: & ipſe me miſit. Quærébant ergo eum apprehéndere: & nemo miſit in illum manus, quia nōdum vénerat hora eius. De turba autem, multi credidérunt in eum.

Pſal. 39. Offerto. Expéctans expectáui Dóminum, & reſpéxit me: & exaudíuit deprecatiônem meam: & immíſit in os meum cánticum nouum, hymnum Deo noſtro. Secreta.

HÆc hóſtia quæſumus Dómine, emúndet noſtra delícta: & ad ſacrifícium celebrándum, ſubditôrum tibi córpora ménteſque ſanctíficet. Per Dóminũ noſtrum Ieſum Chriſtum.

Communio. Lætábimur in ſalutári tuo: & in nómine Dei noſtri magnificábimur. Poſt cõmunionem.

HVius nos Dómine, percéptio ſacraménti mundet à crímine: & ad cœléſtia regna perdûcat. Per Dóminum noſtrum.

Super populum. Orēmus.

Humiliáte cápita veſtra Deo.

MIſerêre Dómine, pópulo tuo: & contínuis tribulatiónibus laborántē, propítius reſpirâre concêde. Per Dóminum noſtrum.

FERIA QVARTA.

Statio ad ſanctum Paulum.

Introitus.

DVM ſanctificâtus fúero in vobis, congregâbo vos de vniuérſis terris: & effúndam ſuper vos aquam mundam, & mundabímini ab ómnibus inquinaméntis veſtris: & dabo vobis ſpíritum nouum. Eze. 36.

Pſalm. Benedîcam Dóminum in omni tempore: ſemper laus eius in ore meo. ℣. Glória Patri & Fílio. Hic dicitur Dóminus vobíſcum. Pſal. 33.

Orēmus. Flectâmus génua. ℟. Leuâte. Collecta.

DEus, qui & iuſtis præmia meritôrum, & peccatóribus per ieiúnium véniam præbes: miſerêre ſupplícibus tuis: vt reâtus noſtri conféſſio, indulgéntiam váleat percípere delictôrũ. Per Dóminum noſtrum Ieſum Chriſtum.

Pro-

Prophetia.

Léctio Ezechiêlis Prophéte.

c.36 HÆc dicit Dóminus Deus. Sanctificâbo nomẽ meũ magnum: vt ſciant gentes, quia ego Dóminus. Cùm ſanctificâtus fúero in vobis coram eis: tollam quippe vos de géntibus: & congregâbo vos de vniuérſis terris: & addûcam vos in terram veſtrã. Et effúndam ſuper vos aquã mundam. Et mundabímini ab ómnibus inquinaméntis veſtris: & ab vniuérſis idólis veſtris mundâbo vos. Et dabo vobis cor nouum: & ſpíritum nouum ponam in médio veſtri. Et áuferam cor lapídeum de carne veſtra: & dabo vobis cor cárneum. Et ſpíritum meum ponam in médio veſtri: & fáciam, vt in præcéptis meis ambulêtis, & iudícia mea cuſtodiâtis, & operémini. Et habitábitis in terra quam dedi pátribus veſtris: & éritis mihi in pópulum; & ego ero vobis in Deum, dicit Dóminus omnípotens.

Pſal. 33. ℟. Venîte filij, audîte me: timôrem Dómini docêbo vos. ℣. Accédite ad eum, & illuminâmini: & fácies veſtræ non confundéntur. Non dicitur Dóminus vobíſcum. ſed Orêmus. Flectâmus génua. Collecta.

PRæſta quæ ſumus omnípotens Deus: vt quos ieiúnia votîua caſtígãt: ipſa quoque deuótio ſancta lætíficet: vt terrénis affectibus mitigátis: facílius cœléſtia capiâmus. Per Dóminum.

Léctio Iſaíæ prophétæ.

HÆc dicit Dóminus. Lauámini, mũdi eſtôte, auférte malum cogitatiônum veſtrârum ab óculis meis. Quiéſcite ágere peruérſè, díſcite bene fácere. Quærite iudícium, ſubuenîte oppréſſo, iudicâte pupíllo, defééndite víduam. Et venîte, & argúite me, dicit Dóminus. Si fúerint peccâta veſtra vt cóccinum: quaſi nix dealbabúntur. Et ſi fúerint rubra quaſi vermículus: velut lana alba erunt. Si voluerîtis, & audierîtis me: bona terræ comedêtis. Dicit Dóminus omnípotens. c.1.

℟. Beâta gens, cuius Dóminus eſt Deus eôrũ: pópulus, quem elégit Dóminus in hæreditâtem ſibi. ℣. Verbo Pſal. 32.

Dómini

Dómini cœli firmáti ſunt: & ſpíritu oris eius omnis virtus eórum.

Pſal. 102. Tractus. Dómine, non ſecúndum peccâta noſtra, fácias nobis, neque ſecúndum iniquitátes noſtras retríbuas nobis. ℣. Dómine, ne memíneris iniquitâtum noſtrârum antiquârum: citò antícipent nos miſericórdiæ tuæ, quia páuperes facti ſumus nimis. ℣. Adiuua nos Deus ſalutâris noſter: & propter glóriam nóminis tui, Dómine, líbera nos: & propítius eſto peccátis noſtris, propter nomen tuum.

Pſal 78.

Ibi.

Sequéntia ſancti Euangélij ſecúndum Ioánnem.

c. 9. IN illo tēpore: Prætériens Ieſus, vidit hóminem cæcum à natiuitâte. Et interrogauérunt eum diſcípuli eius. Rabbí: quis peccâuit, hic, aut parētes eius, vt cæcus naſcerêtur? Reſpóndit Ieſus. Neque hic peccâuit, neq; paréntes eius: ſed vt manifeſténtur ópera Dei in illo. Me opórtet operári ópera eius, qui miſit me, donec dies eſt. Venit nox, quando nemo poteſt operári. Quā diu in mundo ſum, lux ſum mundi. Hęc cùm dixíſſet, éxpuit in terram, & fecit lutum ex ſputo: & linîuit lutum ſuper óculos eius, & dixit ei. Vade, laua in natatória Síloë, quod interpretâtur, miſſus. Abijt ergo, & lauit: & venit videns. Itaq; vicíni, & qui víderant eum prius, quia mendîcus erat, dicêbant. Nónne hic eſt, qui ſedêbat & mendicâbat? Alij dicébant, quia hic eſt. Alij autem, nequâquam, ſed ſímilis eius eſt. Ille verò dicêbat, quia ego ſum. Dicébant ergo ei. Quómodo apérti ſunt tibi óculi? Reſpóndit. Ille homo qui dícitur Ieſus, lutum fecit, & vnxit óculos meos, & dixit mihi. Vade ad natatóriam Síloë, & laua. Et ábij, & laui & vidi. Dixérunt ergo ei. Vbi eſt ille? Ait. Néſcio. Addúcunt eum ad Phariſæos, qui cæcus fúerat. Erat autem ſábbathum quando lutū fecit Ieſus, & apéruit óculos eius. Iterum ergo interrogábant eum Phariſæi, quómodo vidíſſet. Ille autem dixit eis. Lutum póſuit mihi ſuper óculos, & laui: & vídeo. Dicébant ergo ex Phariſæis quidam. Non eſt hic homo à Deo, qui ſábbathum non cuſtôdit. Alij autem dicébant.

Quó-

Quómodo poteſt homo peccâtor hæc ſigna fácere? Et ſchiſma erat inter eos. Dicũt ergo cæco íterum. Tu quid dicis de eo, qui apéruit óculos tuos? Ille autem dixit: quia prophêta eſt. Non credidérũt ergo Iudæi de illo, quia cæcus fuíſſet, & vidíſſet: donec vocauérũt paréntes eius qui víderat, & interrogauérunt eos, dicéntes. Hic eſt fílius veſter, quem vos dícitis quia cęcus natus eſt? Quómodo ergo nunc videt? Reſpondérũt eis paréntes eius, & dixérũt. Scimus quia hic eſt fílius noſter, & quia cæcus natus eſt: quômodo autem nunc vídeat, neſcîmus, aut quis eius apéruit óculos, nos neſcîmus. Ipſum interrogâte: ætâtem habet, ipſe de ſe loquâtur. Hæc dixérunt paréntes eius, quia timêbant Iudæos. Iam enim conſpiráuerant Iudæi, vt ſi quis eum confiterêtur Chriſtum, extra ſynagôgam fíeret. Proptérea parẽtes eius dixérunt: quia ætâtem habet, ipſum interrogâte. Vocauérunt ergo rurſum hóminem, qui fúerat cęcus, & dixérũt ei. Da glóriã Deo. Nos ſcimus, quia hic homo peccâtor eſt. Dixit ergo ille. Si peccâtor eſt, néſcio: vnum ſcio, quia cum cæcus eſſem, modò vídeo. Dixérunt ergo illi. Quid fecit tibi? Quómodo apéruit tibi óculos? Reſpóndit eis. Dixi vobis iam, & audíſtis: quid íterum vultis audîre? Nunquid & vos vultis diſcípuli eius fíeri? Maledixérunt ergo ei, & dixérũt. Tu diſcípulus eius ſis: nos autem Móyſi diſcípuli ſumus. Nos ſcimus, quia Móyſi locûtus eſt Deus: hunc autem neſcîmus vnde ſit. Reſpóndit ille homo, & dixit eis. In hoc enim mirábile eſt, quia vos neſcîtis vnde ſit: & apéruit óculos meos. Scimus autem, quia peccatóres Deus non audit: ſed ſi quis cultor Dei eſt, & voluntâtem eius facit, hunc exáudit. A ſæculo non eſt audîtum, quia quis apéruit óculos cæci nati. Niſi eſſet hic à Deo, non póterat fácere quicquam. Reſpondérunt, & dixérunt ei. In peccátis natus es totus: & tu doces nos? Et eiecérunt

eum

eum foras. Audîuit autem Ieſus, quia eiecérunt eum foras: & cùm inueníſſet eum, dixit ei. Tu credis in Fílium Dei? Reſpóndit ille, & dixit. Quis eſt Dómine, vt credam in eum? Dixit ei Ieſus. Et vidíſti eum, & qui lóquitur tecum, ipſe eſt. At ille ait. Credo Dómine. Et prócidens adorâuit eum.

Pſal. 65. Offert. Benedícite gentes Dóminum Deum noſtrum, & obaudîte vocem laudis eius: qui póſuit ánimam meam ad vitam, & non dedit commouéri pedes meos: benedíctus Dñs, qui non amôuit deprecatiónē meā, & miſericórdiam ſuam à me. Secreta.

SVpplices te rogâmus, omnípotens Deus: vt his ſacrifícijs peccâta noſtra mundéntur: quia tunc veram nobis tríbuis & mentis & córporis ſanitâtem. Per Dñm.

Ioā. 9. Commu. Lutum fecit ex ſputo Dóminus, & liníuit óculos meos: & ábij, & laui, & vidi, & crédidi Deo.

Poſt communio.

SAcraménta, quæ ſúmpſimus Dómine Deus noſter, & ſpirituálibus nos répleant aliméntis: & corporálibus tueántur auxílijs. Per.

Super populum: Orêmus.

Humiliâte cápita veſtra Deo.

PAteant aures miſericórdiæ tuæ Dómine, précibus ſupplicántium: & vt peténtibus deſiderâta concédas: fac eos, quæ tibi ſunt plácita, poſtulâre. Per Dóminum noſtrum.

FERIA QVINTA.

Statio ad S. Sylueſ. & Martinum.

Introitus.

LÆtêtur cor quæréntium Dóminum: quęrite Dóminum, & cōfirmámini: quærite fáciem eius ſemper. Pſal. 104.

Pſalm. Confitémini Dómino, & inuocâte nomen eius: annunciâte inter gentes ópera eius. ℣. Glória Patri & Fílio. Orêmus. Ibid.

Flectâmus génua. Collecta.

PRæſta quæſumus omnípotens Deus: vt quos ieiúnia votîua caſtígāt: ipſa quoque deuótio ſancta lętíficet: vt terrénis affé ctibus mitigátis: facílius cœléſtia capiâmus. Per Dóminum noſtrū.

Léctio libri Regum.

IN diêbus illis: Venit múlier Sunamîtis ad Eliſêum in 4. regū. 4

montem Carméli. Cùmque vidíſſet eam vir Dei decontrà, ait ad Giezí púerum ſuũ. Ecce Sunamîtis illa. Vade ergo in occúrſum eius, & dic ei. Réctène ágitur circa te, & circa virum tuum, & circa fílium tuum? Quæ reſpóndit, Rectè. Cùmq; veníſſet ad virum Dei in montem, apprehéndit pedes eius: & accéſſit Giezí, vt amouêret eam. Et ait homo Dei. Dimítte illam: ánima enim eius in amaritúdine eſt: & Dóminus celâuit à me, & non indicâuit mihi. Quæ dixit illi. Nunquid petíui fílium á domino meo? Nũquid non dixi tibi, ne illúdas me? Et ille ait ad Giezí. Accínge lumbos tuos & tolle báculum meum in manu tua: & vade. Si occúrrerit tibi homo, non ſalútes eum: & ſi ſalutáuerit te quíſpiam, non reſpóndeas illi: & pones báculum meum ſuper fáciem púeri. Porrò mater púeri ait. Viuit Dóminus, & viuit ánima tua: non dimíttam te. Surréxit ergo, & ſecûtus eſt eam. Giezí autem præcéſſerat ante eos, & poſúerat báculum ſuper fáciem púeri: & nõ erat vox, neque ſenſus. Reuérſuſque eſt Giezí in occúrſum eius: & nunciâuit ei, dicens. Non ſurréxit puer. Ingréſſus eſt ergo Eliſêus domum. Et ecce puer mórtuus iacêbat in léctulo eius. Ingréſſuſq; clauſit óſtium ſuper ſe, & ſuper púerum: & orâuit ad Dóminum. Et aſcéndit, & incúbuit ſuper púerum: póſuitque os ſuum ſuper os eius, & óculos ſuos ſuper óculos eius, & manus ſuas ſuper manus eius: & incuruâuit ſe ſuper eum: & calefácta eſt caro púeri. At ille reuérſus, deambulâuit in domo, ſemel huc atque illuc: & aſcéndit, & incúbuit ſuper eum: & oſcitâuit puer ſépties, apéruitq; óculos. At ille vocâuit Giezí, & dixit ei. Voca Sunamítidem hanc. Quæ vocâta, ingréſſa eſt ad eum. Qui ait. Tolle fílium tuum. Venit autem illa, & córruit ad pedes eius: & adorâuit ſuper terram. Túlitque fílium ſuum, & egréſſa eſt. Eliſêus verò reuérſus eſt in Galgalá.

℟. Réſpice Dómine in teſtaméntum tuum: & ánimas páuperum tuôrum ne Pſal 73.

obli-

obliuiſcâris in finem. ℣. Exúrge Dómine, & iúdica cauſam meam: memor eſto oppróbrij ſeruôrum tuôrum.

Sequéntia ſancti Euangélij ſecúndum Ioánnem.

c. 7. IN illo tẽpore: Cùm audíſſent quidam de turba ſermónes Ieſu dicébãt. Hic eſt verè prophêta. Alij dicébant: hic eſt Chriſtus. Quidam autem dicébãt. Nũquid à Galilæa venit Chriſtus? Nonne ſcriptûra dicit quia ex sémine Dauíd, & de Bethlehém caſtéllo vbi erat Dauíd venit Chriſtus? Diſſénſio itaq; facta eſt in turba: propter eum. Quidam autem ex ipſis volébant apprehéndere eum ſed nemo miſit ſuper illum manus. Venérunt ergo miníſtri ad pontífices & phariſæos. Et dixérunt eis illi. Quare non adduxíſtis eum? Reſpondérũt miníſtri. Nũquam ſic loquûtus eſt homo: ſicut hic lóquitur. Reſpondérunt ergo eis phariſæi. Nunquid & vos ſedúcti eſtis? Nunquid áliquis ex princípibus crédidit in eum aut ex phariſæis? Sed turba hæc, quæ non nouit legem: maledícti ſunt. Dicit Nicodêmus ad eos ille qui venit ad eum nocte: qui erat vnus ex ipſis. Nunquid lex noſtra iúdicat hóminem, niſi audíerit ab ipſo prius & cognóuerit quid fáciat? Reſpondérunt: & dixérunt ei. Nunquid & tu Galilæus es? Scrutâre & vide: quia prophêta à Galilæa non ſurgit. Et reuérſi ſunt vnuſquíſq; in domum ſuam.

Offert. Dómine ad adiuuándum me feſtína: confundántur omnes aduérſum me, qui cógitant ſeruis tuis mala. Pſal. 69.

Secreta.

PVrífica nos miſéricors Deus: vt eccléſiæ tuæ preces, quæ tibi gratæ ſunt pia múnera deferéntes, fiant expiátis mẽtibus gratióres. Per Dóminum noſtrum.

Communio. Dómine memorâbor iuſtítiæ tuæ ſolíus: Deus docuíſti me à iuuentûte mea: & vſque in ſenéctã, & ſeniũ: Deus ne derelínquas me. Pſal 70.

Poſt communionem.

COEléſtia dona capiéntibus, quæſumus Dómine: non ad iudícium prouenîre patiâris? quæ fidélibus tuis ad remédium prouidíſti. Per Dóminum noſtrum.

Super populum. Orêmus.
Humiliâte cápita veſtra Deo.

POpuli tui Deus, inſtitûtor & rector: peccâta, quibus impugnâtur, expélle: vt ſemper tibi plácitus: & tuo muními mine ſit ſecûrus. Per Dñm.

FERIA SEXTA.

Statio ad ſanctum Euſebium.

Introitus.

Pſal. 18. MEditátio cordis mei in cõſpéctu tuo ſemper: Dómine adiûtor meus, & redẽptor meus.

Ibi. Pſal. Cœli enárrant glóriam Dei: & ópera mánuum eius annúnciat firmaméntum. ℣. Glória Patri. Orêmus. Flectâmus gé. Collecta.

DEus, qui ineffabílibus mundum rénouas ſacraméntis: præſta quęſumus: vt eccléſia tua & ætérnis profíciat inſtitútis: & temporálibus non deſtituâtur auxílijs. Per Dóminum noſtrum.

Léctio libri Regum.

3.c. 17. IN diêbus illis: Ægrotâuit filius mulíeris matris famílias: & erat languor fortíſsimus, ita vt non remanêret in eo hálitus. Dixit ergo ad Elîã. Quid mihi, & tibi vir Dei? Ingréſſus es ad me, vt rememoraréntur iniquitátes meę: & interfíceres fílium meum? Et ait ad eam Elías. Da mihi fílium tuum. Tulitq; eum de ſinu illîus: & portâuit in cœnáculum, vbi ipſe manêbat, & póſuit ſuper léctulũ ſuũ & clamâuit ad Dóminum, & dixit. Dómine Deus meus, etiam ne víduam, apud quã ego vtcúnq; ſuſténtor, afflixíſti: vt interfíceres fílium eius? Et expándit ſe, atq; menſus eſt ſuper púerum tribus vícibus: clamâuitq; ad Dóminũ, & dixit, Dñe Deus meus: reuertâtur, óbſecro, ánima púeri huius in víſcera eius. Exaudîuit autem Dóminus vocẽ Elíæ, & reuérſa eſt ánima púeri intra eum, & reuíxit. Tulitq; Elías púerum: & depóſuit eum de cœnáculo in inferiôrem domum: & trádidit matri ſuæ. Et ait illi, En viuit fílius tuus. Dixitq; múlier ad Elîam. Nunc in iſto cognóui, quóniam vir Dei es tu: & verbum Dómini in ore tuo verum eſt.

℟. Bonum eſt confídere in Dómino, quàm confídere in hómine. ℣. Bonũ Pſal. 117.

eſt ſperâre in Dómino, quàm ſperâre in princípibus.

Pſal. 102. Tractus. Dómine, non ſecúndum peccâta noſtra, fácias nobis: neque ſecúndum iniquitátes noſtras retríbuas nobis. ℣. Dómine, ne memíneris iniquitâtum noſtrârum antiquârum: citò antícipent nos miſericórdiæ tuæ, quia páuperes facti ſumus nimis. ℣. Adiuua nos Deus ſalutâris noſter: & propter glóriam nóminis tui, Dómine, líbera nos: & propítius eſto peccátis noſtris, propter nomen tuum.

Pſal. 78.

Ibi.

Sequéntia ſancti Euangélij ſecúndum Ioánnem.

c. 11. IN illo témpore: Erat quidã languens Lázarus à Bethánia, de caſtéllo Maríæ & Marthæ ſorôrum eius. (Marîa autem erat, quæ vnxit Dóminum vnguénto, & extérſit pedes eius capíllis ſuis: cuius frater Lázarus infirmabâtur.) Miſérunt ergo ſoróres eius ad eum, dicéntes. Dómine, ecce quem amas infirmâtur. Audiens autem Ieſus dixit eis. Infírmitas hæc nõ eſt ad mortem, ſed pro glória Dei: vt glorificêtur fílius Dei per eam. Diligêbat autem Ieſus Martham, & ſorôrẽ eius Marîam, & Lázarum. Vt ergo audîuit, quia infirmabâtur, tunc quidẽ manſit in eôdem loco duôbus diêbus. Deínde poſt hæc dixit diſcípulis ſuis. Eâmus in Iudæã íterum. Dicũt ei diſcípuli. Rabbí, nunc quærébant te Iudæi lapidâre: & íterũ vadis illuc? Reſpóndit Ieſus. Nõne duódecim ſunt horæ diéi? Si quis ambuláuerit in die, nõ offéndit: quia lucem huius mundi videt. Si autem ambuláuerit in nocte, offéndit: quia lux nõ eſt in eo. Hæc ait. Et poſt hæc dicit eis. Lázarus amîcus noſter dormit: ſed vado, vt à ſomno éxcitẽ eum. Dixérunt ergo diſcípuli eius. Dómine, ſi dormit, ſaluus erit. Díxerat autem Ieſus de morte eius: illi autem putauêrunt, quia de dormitiône ſomni díceret. Tunc ergo dixit eis Ieſus manifeſtè. Lázarus mórtuus eſt: & gáudeo propter vos, vt credâtis: quóniam non eram ibi. Sed eâmus ad eum. Dixit ergo Thomas, qui dícitur Dídymus, ad condiſcípulos. Eâmus & nos, & moriâmur cum eo. Venit ítaque Ieſus:

& inuênit eum quátuor dies iam in monuménto habéntem. (Erat autem Bethánia iuxta Hieroſólymam quaſi ſtádijs quíndecim. Multi autē ex Iudæis vénerāt ad Martham & Marîam, vt conſolaréntur eas de fratre ſuo. Martha ergo vt audîuit quia Ieſus venit, occúrrit illi: Marîa autem domi ſedêbat. Dixit ergo Martha ad Ieſum. Dómine, ſi fuíſſes hîc, frater meus non fuíſſet mórtuus. Sed & nunc ſcio, quia, quæcúnque popóſceris à Deo, dabit tibi Deus. Dicit illi Ieſus. Reſúrget frater tuus. Dicit ei Martha. Scio, quia reſúrget in reſurrectiône, in nouíſſimo die. Dicit ei Ieſus. Ego ſum reſurréctio, & vita. Qui credit in me: étiam ſi mórtuus fúerit, viuet. Et omnis qui viuit, & credit in me: nō moriêtur in ætérnum. Credis hoc? Ait illi. Vtíque Dómine: ego crédidi, quia tu es Chriſtus Fílius Dei viui, qui in hunc mundum veníſti. Et cùm hæc dixíſſet, ábijt, & vocâuit Marîam ſorôrem ſuam ſiléntio, dicens. Magíſter adeſt, & vocat te. Illa autem vt audîuit, ſurréxit citò, & venit ad eum. Nondum enim vénerat Ieſus in caſtéllum: ſed erat adhuc in loco illo, vbi occúrrerat ei Martha. Iudæi ergò qui erant cum ea in domo, & cōſolabántur eam: cùm vidíſſent Marîam, quia citò ſurréxit & éxijt, ſecúti ſunt eam, dicéntes: Quia vadit ad monuméntum, vt ploret ibi. Marîa ergo cùm veníſſet vbi erat Ieſus, videns eum, cécidit ad pedes eius, & dixit ei. Dómine, ſi fuíſſes hîc, nō eſſet mórtuus frater me⁹. Ieſus ergo, vt vidit eam plorántem, & Iudæos, qui vénerant cum ea, plorántes: infrémuit ſpíritu, & turbâuit ſemetípſum, & dixit. Vbi poſuíſtis eum? Dicunt ei. Dómine, veni & vide. Et lachrymâtus eſt Ieſus. Dixérunt ergo Iudæi. Ecce quómodo amâbat eum. Quidam autem ex ipſis dixérunt. Non póterat hic, qui apéruit óculos cæci nati, fácere, vt & hic non morerêtur? Ieſus ergo rurſum fremens in ſemetípſo, venit ad monuméntum. Erat autem

ſpelúnca, & lapis ſuperpóſitus erat ei. Ait Ieſus. Tóllite lápidem. Dicit ei Martha ſoror eius, qui mórtuus fúerat. Dómine, iam fœtet: quatriduânus enim eſt. Dicit ei Ieſus. Nónne dixi tibi, quóniã ſi credíderis, vidêbis glóriam Dei? Tulérunt ergo lápidem. Ieſus autem eleuátis óculis ſurſum, dixit. Pater, grátias ago tibi, quóniam audíſti me. Ego autem ſciêbam, quia ſemper me audis, ſed proppter pópulum, qui circúnſtat, dixi: vt credant, quia tu me miſiſti. Hæc cum dixíſſet, voce magna clamâuit, Lázare, veni foras. Et ſtatim pródijt, qui fúerat mórtuus, ligâtus manus & pedes ínſtitis: & fácies illîus ſudário erat ligâta. Dixit eis Ieſus. Sóluite eum, & ſínite abîre. Multi ergo ex Iudæis, qui vénerant ad Marîam & Martham, & víderant, quæ fecit Ieſus, credidérunt in eum.

Pſal. 17. Offertorium. Pópulum húmilem ſaluum fácies Dómine: & óculos ſuperbôrum humiliâbis: quóniam quis Deus præter te Dómine? Secreta.

Munera nos Dñe, quæſumus, oblâta puríficẽt, & te nobis iúgiter fáciant eſſe placâtum. Per Dóminum.

Commu. Videns Dóminus flentes ſorores Lázari ad monuméntum, lachrymâtus eſt coram Iudæis, & exclamâuit, Lázare, veni foras: & pródijt ligátis mánibus & pédibus, qui fúerat quatriduânus mórtuus. Ioã. 11.

Poſt communionem.

Hæc nos quæſumus Dómine, participátio ſacraménti: & à próprijs reátibus indeſinénter expédiat: & ab ómnibus tueâtur aduérſis. Per Dóminum noſtrum.

Super populum. Orêmus.

Humiliâte cápita veſtra Deo.

Da nobis quæſumus, omnípotens Deus: vt qui infirmitâtis noſtræ cónſcij, de tua virtûte confídimus: ſub tua ſemper pietâte gaudeâmus. Per Dóminum.

SABBATHO.

Statio ad S. Nicolaum in carcere.

Introitus.

Sitiéntes venîte ad aquas, dicit Dóminus: & qui non ha- Iſai. 55.

bêtis prétium, venîte & bíbi te cum lætítia.

Pſal. 77. Pſalm. Attédite pópule meus legem meam: inclinâte aurem veſtram in verba oris mei. ℣. Glória Patri.

Flectâmus. Orémus. Collecta.

Fiat, quæſumus Dómine, per grátiam tuã fructuôſus noſtræ deuotiônis affé-ctus: quia tunc nobis próderunt ſuſcépta ieiúnia? ſi tuæ ſint plácita pietáti. Per Dñm.

Lectio Iſaíæ prophétæ.

c.49 HÆc dicit Dóminus: In témpore plácito exaudíui te: & in die ſalûtis auxiliâtus ſum tui. Et ſeruáui te: & dedi te in fœdus pópuli: vt ſuſcitáres terram: & poſſidéres hæreditátes diſsipátas: vt díceres his, qui vincti ſunt, exîte: & his, qui in ténebris ſunt, reuelámini. Super vias paſcéntur: & in ómnibus planis páſcua eôrum. Non eſúrient, neque ſítient: & non percútiet eos æſtus & Sol: quia miſerâtor eôrum reget eos: & ad fontes aquârũ potâbit eos. Et ponam omnes montes meos in viam, & ſémitæ meæ exaltabúntur. Ecce iſti de longè vénient: & ecce illi ab Aquilône & mari: & iſti de terra auſtráli. Laudâte cœli, & exúlta terra: iubilâte montes laudem: quia conſolâtus eſt Dóminus pópulum ſuum, & páuperum ſuôrum miſerébitur. Et dixit Sión. Derelîquit me Dóminus: & Dóminus oblîtus eſt mei. Nunquid obliuíſci poteſt múlier infántem ſuum, vt non miſereâtur fílio vteri ſui? Et ſi illa oblîta fúerit: ego tamen non obliuíſcar tui, dicit Dóminus omnípotens.

℟. Tibi Dómine derelíctus eſt pauper: pupíllo tu eris adiûtor. ℣. Vt quid Dómine receſsíſti longè, déſpicis in opportunitátibus, in tribulatiône? dum ſupérbit ímpius, incénditur pauper. Pſal. 9.

Sequéntia ſancti Euangélij ſecúndum Ioánnem.

IN illo témpore: Dicêbat Ieſus turbis Iudæôrum. Ego ſum lux mundi. Qui ſéquitur me, non ámbulat in ténebris: ſed habêbit lumen vitę. Dixérũt ergo ei Phariſæi. Tu de teípſo teſtimónium pérhibes: teſtimónium tuum non eſt verum. Reſpóndit Ieſus, & dixit eis. Et ſi ego teſtimó- ca.8.

nium perhíbeo de meípſo, verum eſt teſtimóniũ meũ: quia ſcio vnde veni, & quò vado. Vos autem neſcîtis vnde vénio, aut quò vado. Vos ſecúndum carnem iudicâtis: ego non iúdico quenquam. Et ſi ego iúdico, iudícium meum verum eſt: quia ſolus non ſum, ſed ego & qui mi-
[Deu. 17.] ſit me, Pater. Et in lege veſtra ſcriptum eſt: quia duôrum hóminum teſtimónium verum eſt. Ego ſum, qui teſtimónium perhíbeo de meípſo: & teſtimónium pérhibet de me, qui miſit me Pater. Dicébant ergo ei. Vbi eſt Pater tuus? Reſpóndit Ieſus. Neq; me ſcitis, neq; Patrem meum. Si me ſcirêtis, fórſitan & Patrem meũ ſcirêtis. Hæc verba loquûtus eſt Ieſus in Gazophylácio, docens in templo. Et nemo apprehéndit eum: quia nondum vénerat hora eius.

[Pſal. 17.] Offert. Factus eſt Dóminus firmaméntum meũ, & refúgium meũ, & liberátor meus, ſperábo in eũ.

Secreta.

Oblatiónibꝰ noſtris, quæſumus Dómine, placâre ſuſcéptis: & ad te noſtras étiam rebélles compélle propítius voluntâtes. Per Dñm.

Communio. Dóminus regit me, & nihil mihi déerit: in loco páſcuæ ibi me collocâuit. [Pſal. 22.]

Poſt communio.

Tua nos, quæſumus Dómine, ſancta puríficent: & operatiônis ſuę remédio; tibi fáciant eſſe placátos. Per Dóminum noſtrum.

Super populum. Orêmus.

Humiliâte cápita veſtra Deo.

Deus qui ſperántibus in te miſeréri pótius éligis, quàm iráſci: da nobis dignè flere mala, quæ fécimus; vt tuæ conſolatiônis grátiã inuenîre mereâmur. Per Dñm.

****

DOMINICA
DE PASSIONE.

Statio ad ſanctum Petrum.

Introitus.

Iudica me Deus, & diſcérne cauſã meã de gente non ſancta: ab hómine iniquo & dolóſo, éripe me: quia tu es Deus meus, & fortitûdo mea. [Pſal. 42.]

Pſalm. Emítte lucem tuam, & veritâtem tuam: ipſa me deduxérunt, & [Ibi.]

adduxérunt in montem ſanctum tuũ, &in tabernácula tua. Iúdica me Deus.

¶ Non dicitur Glória Patri, ad Introitum, vſq; ad Paſcha, niſi in Miſſa de feſto, ſi occurrerit: ſed finito Pſalmo, abſolutè repetitur Introitus vſq; ad Pſalmum. Collecta.

QVæſumus omnípotens Deus, famíliam tuam propítius réſpice: vt te largiénte regâtur in córpore: & te ſeruánte cuſtodiâtur in mẽte. Per Dóminum noſtrum.

Léctio epíſtolæ beáti Pauli apóſtoli ad Hebræos.

ca.9. FRatres: Chriſtus aſsíſtens póntifex futurôrum bonôrum, per ámplius & perféctius tabernáculum non manufáctum, ideſt, non huius creatiônis: neque per ſánguinem hircôrum aut vitulôrũ: ſed per próprium ſánguinẽ introîuit ſemel in Sancta, ætérna redemptiône inuénta. Si enim ſanguis hircôrum & taurôrum, & cinis vítulæ aſpérſus, inquinátos ſanctíficat ad emundatiônem carnis: quantò magis ſanguis Chriſti, qui per Spíritum ſanctũ ſemetipſum óbtulit immaculâtum Deo, emundâbit conſciéntiam noſtrã ab opéribus mórtuis ad ſeruiéndũ Deo viuénti? Et ídeo noui teſtamẽti mediâtor eſt: vt morte intercedénte, in redemptiônem eârum præuaricatiônum, quæ erant ſub prióri teſtaménto, repromiſſiônem accípiãt, qui vocáti ſunt, ætérnæ hæreditâtis. In Chriſto Ieſu Dómino noſtro.

℟. Eripe me Dómine de inimícis meis: doce me fácere voluntâtem tuã. Pſal. 142.

℣. Liberâtor meus Dñe de géntibus iracúndis: & ab inſurgéntibus in me exaltâbis me: à viro iníquo erípies me. Pſal. 17.

Tractus. Sæpe expugnauérunt me à iuuentûte mea. ℣. Dicat nunc Iſraél, ſæpè expugnauérunt me á iuuentûte mea. ℣. Etenim non potuérunt mihi: ſupra dorſum meum fabricauérunt peccatóres. ℣. Prolongauérunt iniquitâtẽ ſibi: Dóminus iuſtus concîdet ceruíces peccatórum. Pſal. 128.

Sequéntia ſancti Euangélij ſecúndum Ioánnem.

IN illo témpore: Dicêbat Ieſus turbis Iudæôrum, & princípibus ſacerdôtum. Quis ex vobis árguet me de peccáto? Si veritâtem dico, quare non ca.8.

créditis

créditis mihi? Qui ex Deo eſt, verba Dei audit. Proptérea vos non audîtis: quia ex Deo non eſtis. Reſpondérunt ígitur Iudæi, & dixérũt ei. Nónne benè dícimus nos, quia Samaritânus es tu, & dæmónium habes? Reſpóndit Ieſus. Ego dæmónium non hábeo: ſed honoríſico Patrem meum, & vos inhonoráſtis me. Ego autem non quæro glóriam meam: eſt qui quærat, & iúdicet. Amen, amen dico vobis: ſi quis ſermônem meum ſeruáuerit, mortẽ non vidêbit in ætérnum. Dixérunt ergo Iudæi: Nunc cognóuimus, quia dæmónium habes. Abrahám mórtuus eſt, & prophétæ, & tu dicis, ſi quis ſermônem meũ ſeruáuerit, mortem non guſtâbit in ætérnũ. Nunquid tu maior es patre noſtro Abrahã, qui mórtuus eſt? Et prophétæ mórtui ſunt. Quem teípſum facis? Reſpóndit Ieſus. Si ego gloríſico meípſum, glória mea nihil eſt. Eſt Pater meus, qui gloríficat me, quẽ vos dícitis, quia Deus veſter eſt: & non cognouíſtis eum, ego autem noui eum. Et ſi dixero, quia non ſcio eum: ero ſímilis vobis, mẽdax. Sed ſcio eum, & ſermônem eius ſeruo. Abrahã pater veſter exultâuit, vt vidéret diem meum: vidit, & gauîſus eſt. Dixérũt ergo Iudæi ad eũ. Quinquagínta annos nondum habes, & Abrahám vidíſti? Dixit eis Ieſus. Amen, amẽ dico vobis: Antequam Abrahám fíeret, ego ſum. Tulérunt ergo lápides, vt iácerent in eum. Ieſus autem abſcóndit ſe, & exîuit de templo. Credo.

Offert. Confitêbor tibi Dómine in toto corde meo: retríbue ſeruo tuo, vt viuã, & cuſtódiã ſermónes tuos: viuífica me ſecũdũ verbũ tuũ Dñe. Pſal 110. & 118. Secreta.

HÆc múnera, quæſumus Dómine, & víncula noſtræ prauitâtis abſóluant: & tuę nobis miſericórdię dona concílient. Per Dóminum.

Cómu. Hoc corpus quod pro vobis tradêtur, hic calix noui teſtaménti eſt in meo ſánguine, dicit Dóminus: hoc fácite, quotieſcúnque ſúmitis, in meam commemoratiónem. 1. co. 11.

Poſt communionem.

ADéſto nobis Dómine Deus noſter: & quos

tuis myſtérijs recreáſti? perpétuis defénde ſubſidijs. Per Dóminum noſtrum.

FERIA SECVNDA.

Statio ad ſanctum Chryſogonum.

Introitus.

Pſal. 55. MIſerêre mihi Dómine, quóniam cõculcâuit me homo: tota die bellans tribulâuit me.

Ibi. Pſalm. Conculcauérunt me inimíci mei tota die: quóniam multi bellántes aduérſum me. Miſerêre mihi.

Orêmus. Flectâmus. Collecta.

SAnctífica, quæſumus Dómine, noſtra ieiúnia? & cunctârum nobis indulgéntiam propitius largîre culpârum. Per Dóminum noſtrũ.

Léctio Ionæ prophêtæ.

ca. 1. IN diêbus illis: Factum eſt verbum Dómini ad Ionã prophétam ſecundò, dicens. Surge, & vade in Níniuen ciuitâtem magnam: & prædica in ea prædicatiônem, quã ego loquor ad te. Et ſurréxit Ionas, & ábijt in Níniuen iuxta verbũ Dómini. Et Níniue erat ciuitas magna itínere diêrum trium. Et cœpit Ionas introîre ciuitâtem itínere diéi vnîus: & clamâuit, & dixit. Adhuc quadragínta dies, & Níniue ſubuertêtur. Et credidérunt viri Niniuítæ in Dóminum: & prædicauérunt ieiúnium: & veſtíti ſunt ſaccis, à maiôre vſq; ad minôrem. Et peruênit verbum ad regẽ Níniue. Et ſurréxit de ſólio ſuo, & abiêcit veſtiméntum ſuum à ſe, & indûtus eſt ſacco, & ſedit in cínere. Et clamâuit, & dixit in Níniue ex ore regis & príncipum eius, dicens. Hómines, & iuménta, & boues, & pécora non guſtent quicquam, nec paſcántur, & aquam nõ bibant. Et operiántur ſaccis hómines & iuménta: & clamẽt, ad Dóminum in fortitúdine. Et conuertâtur vir à via ſua mala, & ab iniquitâte, quæ eſt in mánibus eôrũ. Quis ſcit, ſi cõuertâtur, & ignóſcat Deus: & reuertâtur à furôre iræ ſuæ, & non períbimus? Et vidit Deus ópera eôrum, quia conuérſi ſunt de via ſua mala: & miſértus eſt pópulo ſuo Dñs Deus noſter.

℟. Deus exáudi oratiônem meam: áuribus pércipe verba oris mei. ℣. Deus Pſal 53.

in

in nómine tuo ſaluum me fac: & in virtûte tua líbera me.

Pſal. 102. Tractus. Dómine, non ſecúndum peccâta noſtra, fácias nobis: neque ſecúndum iniquitátes noſtras retríbuas nobis. ℣. Dómine, ne memíneris ini- Pſal 70. quitâtum noſtrârum antiquârum: citò antícipent nos miſericórdiæ tuæ, quia páuperes facti ſumus nimis. ℣. Adiuua nos Deus ſalutâris noſter: & propter glóriam nóminis tui, Dómine, líbera nos: & propítius eſto peccátis noſtris, propter nomen tuum.

Sequéntia ſancti Euangélij ſecúndum Ioánnem.

c. 7. IN illo témpore: Miſérunt príncipes & Phariſæi miníſtros, vt apprehénderēt Ieſum. Dixit ergo eis Ieſus. Adhuc módicum tempus vobíſcū ſum: & vado ad eū, qui miſit me. Quærêtis me, & non inueniêtis: & vbi ſum ego, vos nō potéſtis venîre. Dixérunt ergo Iudæi ad ſemetípſos. Quò hic itûrus eſt, quia non inueniêmus eum? Nunquid in diſperſiônem géntium itûrus eſt, & doctûrus gentes? Quis eſt hic ſermo, quem dixit, quęrêtis me, & non inueniêtis: & vbi ego ſum, vos non potéſtis venîre? In nouíſsimo autem die magno feſtiuitâtis, ſtabat Ieſus: & clamâbat dicens. Si quis ſitit, véniat ad me, & bibat. Qui credit in me, ſicut dicit Scriptûra, flúmina de ventre eius fluēt aquæ viuæ. Hoc autem dixit de ſpíritu, quem acceptúri erant credéntes in eum.

Offert. Dómine conuértere, & éripe ánimam meam: ſaluum me fac propter miſericórdiam tuam. Pſal. 102.

Secreta.

COncêde nobis Dómine Deus noſter: vt hæc hóſtia ſalutâris, & noſtrôrum fiat purgátio delictôrum: & tuæ propitiátio maieſtâtis. Per Dóminum noſtrum.

Communio. Dóminus virtûtum ipſe eſt rex glóriæ. Pſal 23.

Poſt communionem.

SAcraménti tui quæſumus Dómine, participátio ſalutâris: & purificatiônem nobis tríbuat, & medêlam. Per Dóminum noſtrum.

Super populum. Orêmus, Humiliâte cápita veſtra Deo.

DA, quæſumus Dómine, pópulo tuo ſalûtem mētis & córporis: vt bonis opéribus inhæréndo: tua ſemper

mereâ-

mereâtur protectiône defén di. Per Dóminum noſtrum.

FERIA TERTIA.

Statio ad Sanctum Cyriacum.

Introitus.

Pſal. 26. EXpécta Dóminum, viríliter age: & confortêtur cor tuum, & ſúſtine Dóminum.

Ibi. Pſalm. Dóminus illuminátio mea, & ſalus mea: quem timêbo? Expécta Dóminum. Orêmus. Flectâmus génua, leuâte.

Collecta.

NOſtra tibi, quęſumus Dómine, ſint accépta ieiúnia: quæ nos, & expiándo, grátia tua dignos efficiant: & ad remédia perdúcāt ætérna. Per Dóminum noſtrum.

Léctio Daniêlis prophétæ.

c. 14 IN diêbus illis: Congregáti ſunt Babylónij ad regem, & dixérunt ei. Trade nobis Daniêlem, qui Bel deſtrúxit, & dracônem interfêcit: aliòquin interficiêmus te, & domum tuam. Vidit ergo rex quòd irrúerent in eum vehe ménter, & neceſsitâte compúlſus trádidit eis Daniêlē. Qui miſérunt eum in lacum leônū: & erat ibi ſex diêbus. Porrò in lacu erant leónes ſeptem, & dabántur eis quotídie duo córpora, & duę oues: & tunc non data ſunt eis: vt deuorárent Daniêlem. Erat autem Habacúc Prophêta in Iudæa, & ipſe cóxerat pulméntū, & intríuerat panes in aluéolo: & ibat in campum: vt ferret meſſóribus. Dixitq́ue ángelus Dómini ad Habacúc. Fer prándium, quod habes, Daniéli in Babylônem, qui eſt in lacu leônum. Et dixit Habacúc. Dómine, Babylônem non vidi: & lacum néſcio. Et apprehéndit eum ángelus Dómini in vértice eius, & portâuit eum capíllo cápitis ſui: poſuitq́ue eum in Babylônem ſuper lacum in ímpetu ſpíritus ſui. Et clamâuit Habacúc, dicens. Dániel ſerue Dei, tolle prándium, quod miſit tibi Deus. Et ait Dániel. Recordâtus es mei Dómine Deus meus: & non dereliquíſti diligéntes te. Surgenſq́ue Dániel comêdit. Porrò ángelus Dómini reſtítuit Habacúc confeſtim in locum ſuum. Venit ergo rex die ſéptimo, vt

lugêret Daniêlem: & venit ad lacum, & introſpéxit. Et ecce Dániel ſedens in médio leônum. Et exclamâuit rex voce magna, dicens. Magnus es Dómine Deus Daniêlis. Et extráxit eum de lacu. Illos autem, qui perditiônis eius cauſa fúerant, intromíſit in lacum: & deuoráti ſunt in moménto coram eo. Tunc rex aít. Páueant omnes habitántes in vniuérſa terra Deũ Daniêlis: quia ipſe eſt ſaluâtor & liberâtor fáciens ſigna & mirábilia in cœlo, & in terra: qui liberâuit Daniêlem de lacu leônum.

Pſal. 32. ℟. Diſcérne cauſam meam Dómine: ab hómine iníquo, & dolóſo éripe me. ℣. Emítte lucem tuam, & veritâtem tuam: ipſa me deduxérunt, & adduxérunt in montem ſanctum tuum.

Sequéntia ſancti Euangélii ſecúndum Ioánnem.

ca. 7. IN illo témpore: Ambulâbat Ieſus in Galilæam. Non enim volêbat in Iudæam ambulâre: quia quærêbant eum Iudæi interfícere. Erat autem in próximo dies feſtus Iudęôrum, Scenopégia. Dixérunt autem ad eum fratres eius. Tranſi hinc, & vade in Iudæam: vt & diſcípuli tui vídeãt ópera tua, quæ facis. Nemo quippe in occúlto quicquam facit, & quærit ipſe in palam eſſe. Si hæc facis, maniféſta teípſum mundo. Neque enim fratres eius credébant in eum. Dixit ergo eis Ieſus. Tempus meum nondum aduênit: tempus autem veſtrum ſemper eſt parâtũ. Non poteſt mundus odíſſe vos. Me autem odit: quia ego teſtimóniũ perhíbeo de illo, quia ópera eius mala ſunt. Vos aſcéndite ad diem feſtũ hunc. Ego autem non aſcéndam ad diem feſtum iſtum: quia tempus meum nõdum implêtum eſt. Hæc cùm dixiſſet, ipſe manſit in Galilęa. Vt autem aſcendérunt fratres eius, tunc & ipſe aſcéndit ad diem feſtum, non manifeſtè, ſed quaſi in occúlto. Iudæi ergo quærébant eum in die feſto, & dicébant. Vbi eſt ille? Et murmur multum erat de eo in turba. Quidam enim dicébãt, quia bonus eſt. Alij autem dicébant, non, ſed

ſedûcit turbas. Nemo tamen palam loquebâtur de illo, propter metum Iudæôrum.

Pſal. 9. Offerto. Sperent in te omnes, qui nouérunt nomen tuum Dómine: quóniam non derelínquis quæréntes te: pſállite Dómino, qui hábitat in Sión: quóniam non eſt oblîtus oratiónes páuperum. Secreta.

HOſtias tibi Dómine, deférimus immolándas: quæ temporâlem conſolatiônem ſigníficent: vt promíſſa non deſperêmus ætérna. Per Dóminum noſtrum.

Pſal. 24. Communio. Rédime me Deus Iſraél, ex ómnibus angúſtijs meis.

Poſt communiónem.

DA, quæſumus omnípotens Deus: vt, quæ diuîna ſunt, iúgiter exequéntes: donis mereâmur cœléſtibus propinquâre. Per Dóminum noſtrum Ieſum Chriſtum.

Super populum. Orêmus. Humiliâte cápita veſtra Deo.

DA nobis, quæſumus Dómine, perſeuerántem in tua voluntâte famulâtum: vt in diêbus noſtris, & mérito & número, pópulus tibi ſeruiens augeâtur. Per Dóminum noſtrum.

FERIA QVARTA.

Statio ad ſanctum Marcellum.

Introitus.

LIberâtor meus de géntibus iracúdis: ab inſurgêtibus in me exaltâbis me: à viro iníquo erípies me Dómine. Pſal. 17.

Pſal. Díligam te Dómine fortitûdo mea: Dóminus firmaméntum meum, & refúgium meum, & liberâtor meus. Ibi.

Liberâtor. Orêmus. Flectâmus génua, leuâte. Collecta.

SAnctificáto hoc ieiúnio Deus, tuôrum corda fidélium miſerâtor illúſtra: & quibus deuotiônis pręſtas affectum: præbe ſupplicántibus pium benígnus audîtum. Per Dóminum noſtrum.

Léctio libri Leuítici.

IN diêbus illis: Locûtus eſt Dóminus ad Móyſen, dicens. Lóquere ad vniuérſum cœtum filiôrum Iſraél, & dices ad eos. Ego Dñs Deus veſter. Non faciêtis furtum. Nõ mentiémini, nec decípiet vnuſquíſque próximum ſuũ. Non periurâbis in nómine meo, nec pólluesnomen Dei tui. Ego Dóminus. Nõ fácies c. 19

calúmniã próximo tuo: nec vi ópprimes eum. Non morábitur opus mercénarij tui apud te vſque manè. Non maledíces ſurdo: nec coram cæco pones offendículum: ſed timêbis Dóminum Deũ tuum, quia ego ſum Dóminus. Non fácies quod inîquũ eſt: nec iniuſtè iudicâbis. Nõ conſíderes perſônam páuperis: nec honóres vultum poténtis. Iuſtè iúdica próximo tuo. Non eris criminâtor, nec ſuſúrro in pópulis. Non ſtabis contra ſánguinem próximi tui. Ego Dóminus. Non óderis fratrem tuum in corde tuo: ſed públicè árgue cũ: ne hábeas ſuper illo peccâtum. Non quæras vltiônem: nec memor eris iniúriæ cíuium tuôrum. Díliges amîcum tuum, ſicut temetípſum. Ego Dóminus: Leges meas cuſtodîte. Ego enim ſum Dóminus Deus veſter.

Pſal. 29. ℟. Exaltâbo te Dómine, quóniam ſuſcepíſti me: nec delectáſti inimícos meos ſuper me. ℣. Dómine Deus meus clamáui ad te, & ſanáſti me: Dómine abſtraxíſti ab ínferis ánimã meã: ſaluáſti me à deſcendéntibus in lacum.

Tractus. Dómine, non ſecúndum peccâta noſtra fácias nobis: neque ſecúndum iniquitátes noſtras retríbuas nobis. Pſal. 102. ℣. Dómine, ne memíneris iniquitâtum noſtrârum antiquárum: citò antícipent nos miſericórdiæ tuæ, quia páuperes facti ſumus nimis. Pſal. 78 ℣. Adiuua nos Deus ſalutâris noſter: & propter glóriam nóminis tui Dómine líbera nos, & propítius eſto peccátis noſtris propter nomen tuum.

Sequéntia ſancti Euangélij ſecúndum Ioánnem.

IN illo témpore: facta ſunt Encænia in Hieroſólymis: & hyems erat. c. 10. Et ambulâbat Ieſus in templo, in pórticu Salomônis. Circundedérunt ergo eum Iudæi, & dicébant ei. Quoúſque ánimam noſtram tollis? Si tu es Chriſtus, dic nobis palàm. Reſpóndit eis Ieſus. Loquor vobis: & non créditis. Opera, quæ ego fácio in nómine Patris mei, hæc teſtimónium pérhibent de me. Sed vos non créditis: quia non eſtis ex óuibus meis. Oues meæ vocem meam áudiunt: & ego cognóſco eas, & ſequúntur me: & ego vitam

ætér-

ætérnam do eis: & non períbunt in ætérnum: & non rápiet eas quiſquam de manu mea. Pater meus, quod dedit mihi, maius ómnibus eſt: & nemo poteſt rápere de manu Patris mei. Ego & Pater vnũ ſumus. Suſtulérunt ergo lápides Iudęi, vt lapidárent eum. Reſpóndit eis Ieſus. Multa bona ópera oſtendi vobis ex Patre meo: propter quod eôrum opus me lapidâtis? Reſpondérunt ei Iudæi. De bono ópere non lapidâmus te, ſed de blaſphémia: & quia tu homo cùm ſis, facis teípſum
Pſal. 81. Deũ. Reſpõdit eis Ieſus. Nõne ſcriptũ eſt in lege veſtra; quia ego dixi, dij eſtis? Si illos dixit deos, ad quos ſermo Dei factus eſt, & non poteſt ſolui Scriptûra: quem Pater ſanctificâuit, & miſit in mũdum, vos dícitis, quia blaſphémas: quia dixi, fílius Dei ſum? Si non fácio ópera Patris mei: nolîte crédere mihi. Si autẽ fácio: & ſi mihi non vultis crédere, opéribus crédite: vt cognoſcâtis & credâtis: quia Pater in me eſt, & ego in Patre.

Offert. Eripe me de inimicis meis Deus meus: & ab inſurgéntibus in me, líbera me Dómine. Pſal. 58.

Secreta.

Annue nobis, miſéricors Deus: vt hóſtias placatiônis & laudis ſyncéro tibi deferâmus obſéquio. Per Do.

Commu. Lauâbo inter innocéntes manus meas, & circúndabo altâre tuum Dómine: vt áudiam vocem laudis tuæ, & enárrem vniuérſa mirabilia tua. Pſal. 25.

Poſt communionem.

Cœléſtis doni benedictiône percépta: ſúpplices te, Deus omnípotens, deprecâmur ⁊ vt hoc idem nobis & ſacraménti cauſa ſit & ſalûtis. Per Dóminum.

Super populum. Orêmus.

Humiliâte cápita veſtra Deo.

Adéſto ſupplicatiónibus noſtris, omnípotẽs Deus: & quibus fidúciã ſperándæ pietâtis indúlges ⁊ conſuétæ miſericórdiæ tríbue benígnus effécum. Per Dóminũ.

FERIA QVINTA

Statio ad S. Apollinarem.

Introitus.

Omnia quæ feciſti nobis Dómine, in vero iudício feciſti: quia Dani. 5.

peccáuimus tibi, & mandátis tuis non obedíuimus: ſed da glóriam nómini tuo, & fac nobíſcum ſecúndum multitúdinem miſericórdiæ tuę.

Pſal. 118. Pſalm. Beáti immaculáti in via, qui ámbulant in lege Dómini. Orêmus. Flectâmus génua. Collecta.

PRæſta, quæſumus omnípotens Deus: vt dígnitas conditiônis humánæ per immoderántiam ſauciâta ⁊ medicinâlis parſimóniæ ſtúdio reformêtur. Per Dóminum.

Léctio Hieremíæ prophétæ.

c. 17 IN diêbus illis: Dixit Hieremías. Dómine: omnes qui te derelínquũt cõfundéntur, recedéntes à te in terra ſcribéntur, quoniam dereliquérunt venam aquârum viuéntium Dóminum. Sana me Dómine & ſanâbor: ſaluum me fac & ſaluus ero, quóniã laus mea tu es. Ecce ipſi dicunt ad me. Vbi eſt verbum Dómini? Véniat. Et ego non ſum turbâtus te paſtôrem ſequens: & diem hóminis non deſiderâui, tu ſcis. Quod egréſſum eſt de lábijs meis: rectũ in cõſpéctu tuo fuit. Non ſis mihi tu formídini: ſpes mea tu in die afflictiônis. Cõfundántur qui perſequũtur me: & non confúndar ego. Páueant illi: & non páueã ego. Indúc ſuper eos diem afflictiônis: & dúplici cõtritiône cõtere eos: Dñe Deus noſter.

℟. Tóllite hóſtias, & introîte in átria eius: adorâte Dóminum in aula ſancta eius. Pſal. 95. ℣. Reuelâbit Dóminus condénſa: & in tẽplo eius omnes dicẽt glóriã.

Sequéntia ſancti Euangélij ſecúndum Ioánnem.

IN illo témpore: Dicêbat Ieſus, turbis Iudæôrum. c. 6. Amen amen dico vobis: niſi manducauerîtis carnem filij hóminis, & biberîtis eius ſánguinem, nõ habébitis vitam in vobis. Qui mandûcat meã carnem, & bibit meum ſánguinem: habet vitam ætérnã. Et ego reſuſcitâbo eum, in nouíſsimo die. Caro enim mea, verè eſt cibus: & ſanguis meus, verè eſt potus. Qui mandûcat meam carnem & bibit meum ſánguinem: in me manet, & ego in illo. Sicut miſit me viuens pater; & ego viuo propter patrẽ, & qui mandûcat me: & ipſe

viuet propter me. Hic eſt panis; qui de cœlo deſcéndit: non ſicut manducauérunt patres veſtri Manná: & mórtui ſunt. Qui mandûcat hunc panem: viuet in ætérnum. Hæc dixit in Synagóga; docens in Caphárnaum. Multi ergò audiéntes, ex diſcípulis eius; dixérunt. Durus eſt hic ſermo. Et quis poteſt eum audîre? Sciens autem Ieſus apud ſemetípſum; quia murmurárent de hoc diſcípuli eius dixit eis. Hoc vos ſcandalízat? Si ergò viderîtis filium hóminis aſcendéntem vbi erat prius? Spíritus eſt qui viuíficat: caro non prodeſt quicquam. Verba quæ ego loquûtus ſum vobis: Spíritus & vita ſunt. Sed ſunt quidam ex vobis; qui non credunt. Sciêbat enim ab inítio Ieſus, qui eſſent non credéntes: & quis traditûrus eſſet eũ. Et dicêbat. Proptérea dixi vobis: quia nemo poteſt veníre ad me, niſi fúerit ei datum à patre meo. Ex hoc multi diſcipulôrum eius abiérũt retrò: & iam non cum illo ambulábant. Dixit ergò Ieſus ad duódecim. Nunquid & vos vultis abîre? Reſpóndit ergò ei Simon Petrus. Dómine ad quem íbimus? Verba vitæ ætérnæ habes: & nos crédimus, & cognóuimus, quia tu es Chriſtus fílius Dei. Reſpóndit eis Ieſus. Nonne ego vos duódecim elégi, & ex vobis vnus diábolus eſt? Dicêbat autem de Iuda Simônis Iſcarióthe. Hic enim erat traditûrus eũ: cũ eſſet vnus, ex duódecim.

Offerto. Super flúmina Babylônis illic ſédimus, & fléuimus: dum recordarêmur tui Sión. Pſal. 136.

Secreta.

Domine Deus noſter, qui in his pótius creatúris, quas ad fragilitâtis noſtræ ſubſidiũ condidíſti: tuo quoque nómini múnera iuſsíſti dicánda cõſtítui: tríbue quæſumus: vt & vitæ nobis præſéntis auxílium, & æternitâtis effíciant ſacraméntum. Per Dóminum noſtrum.

Communio. Meménto verbi tui ſeruo tuo Dómine, in quo mihi ſpem dedíſti: hæc me cõſolâta eſt in humilitâte mea. Pſal. 118.

Poſt cõmunionem.

Quod ore ſúmpſimus Dñe pura mente capiâmus:

& de

& de múnere temporáli fiat nobis remédium ſempitérnum. Per Dóminum.

Super populum. Orêmus.

Humiliâte cápita veſtra Deo.

ESto, quæſumus Dómine, propítius plebi tuæ: vt, quæ tibi nõ placent, reſpuéntes, tuôrũ repleántur delectatiónibus mãdatôrũ. Per Do.

FERIA SEXTA.

Statio ad S. Stephanum in Cælio monte.

Introitus.

Pſal. 30. MIſerêre mei Dómine, quóniam tríbulor: líbera me, & éripe me de mánibus inimicôrũ meôrum, & à perſequéntibus me: Dómine non cõfúndar, quóniam inuocáui te.

Ibi. Pſal. In te Dómine ſperáui, non confúndar in ætérnum: in iuſtítia tua líbera me. Miſerêre. Orêmus, Flectâmus génua.

Collecta.

COrdibus noſtris, quæſumus Dómine, grátiam tuam benígnus infúnde: vt peccâta noſtra caſtigatiône voluntária cohibéntes, temporáliter pótius macerêmur, quàm ſupplícijs deputêmur ætérnis. Per Dóminũ noſtrũ.

Léctio Hieremiæ prophétæ.

c. 18. IN diêbus illis: Dixérũt ímpij Iudæi ad ínuicẽ. Venîte cogitêmus cõtra iuſtũ cogitatiónes. Non enim perîbit lex à ſacerdôte, neq; conſiliũ à ſapiénte, nec ſermo à prophéta. Venîte & percutiâmus eũ lingua & nõ attẽdâmus ad vniuérſos ſermónes eíus. Atténde Dñe ad me & audi vocẽ aduerſariôrum meôrũ. Nunquid rédditur pro bono malũ quia fodérunt fóueã ánimæ meæ? Recordâre ꝙ ſtéterim in cõſpéctu tuo, vt lóquerer pro eis bonũ & auérterẽ indignatiônem tuã ab eis. Proptérea da fílios eôrũ in famẽ: & dedúc eos in manus gládij. Fiant vxóres eôrũ abſq; líberis & víduæ: & viri eãrũ interficiántur morte. Iúuenes eôrum confodiántur gládio in prælio: audiâtur clamor de dómib⁹ eôrũ. Addúces enim ſuper eos latrônẽ repẽtè: quia fodérunt fóueam vt cáperẽt me; & láqueos abſcõdérũt pédibus meis. Tu autem Dómine ſcis omne cõſilium eorũ aduérſum me in mortẽ. Ne propitiêris iniquitáti eôrum

& peccâtum eôrum à fácie tua non deleâtur. Fiant corruêntes in conſpéctu tuo in témpore furôris tui Dómine Deus meus.

Pſal. 34. ℟. Pacíficè loquebántur mihi inimíci mei:& in ira moléſti erant mihi. ℣. Vidiſti Dómine, Deus meus ne ſíleas: ne diſcêdas à me.

Pſal. 102 Tractus. Dómine, non ſecúndum peccâtá noſtra fácias nobis: neque ſecúndum iniquitátes noſtras retríbuas nobis. Pſal. 78. ℣. Dómine, ne memíneris iniquitâtum noſtrârum antiquârum: citò antícipent nos miſericórdiæ tuæ, quia páuperes facti ſumus nímis. ℣. Adiuua nos Deus ſalutáris noſter: & propter glóriam nóminis tui, Dómine, líbera nos: & propítius eſto peccátis noſtris propter nomen tuum.

Sequéntia ſancti Euangélij ſecúndum Ioánnem.

c. 11 IN illo témpore: Collegérunt pontífices, & Phariſæi concíliũ aduérſus Ieſum:& dicébant. Quid fácimus: quia hic homo multa ſigna facit? Si dimíttimus eum ſic: omnes credent in eum. Et vénient Románi: & tollent noſtrum locum, & gentem. Vnus autem ex ipſis, Cáiphas nómine, cùm eſſet pótifex anni illîus dixit eis. Vos neſcîtis quicquam: nec cogitâtis, quia éxpedit vobis, vt vnus moriâtur homo pro pópulo: & nõ tota gens péreat. Hoc autem à ſemetípſo non dixit: ſed cùm eſſet põtifex anni illîus, prophetâuit: quia Ieſus moritûrus erat pro gente: & non tantùm pro gente: ſed vt fílios Dei, qui erant diſpérſi, congregâret in vnum. Ab illo ergo die cogitauérunt, vt interfícerent eum. Ieſus ergo iam non in palàm ambulâbat apud Iudæos: ſed ábijt in regiônẽ iuxta deſértũ, in ciuitâtẽ, quę dícitur Ephrẽ: & ibi morabâtur cũ diſcípulis ſuis.

Offert. Benedíctus es Dómine, doce me iuſtificatiónes tuas: & non tradas calumniántibus me ſupérbis: & reſpondêbo exprobrántibus mihi verbum. Pſal. 118.

Secreta.

PRæſta nobis miſéricors Deus: vt dignè tuis ſeruîre ſemper altáribus mereâmur: & eôrum perpétua participatiône ſaluári. Per Dñm.

Communio. Ne tradíderis me Dómine in ánimas perſequéntiũ me quóniam inſurrexérunt in me teſtes Pſal. 29.

iníqui: & mentíta eſt iníquitas ſibi.

Poſt communionem.

SVmpti ſacrifícij, Dómine perpétua nos tuítio non derelínquat: & nóxia ſemper à nobis cuncta depéllat. Per Dóminum noſtrum.

Super populum. Orémus.

Humiliâte cápita veſtra Deo.

COncêde, quæſumus omnípotens Deus: vt qui protectiônis tuæ grátiã quęrimus, liberáti à malis ómnibus: ſecúra tibi mẽte ſeruiâmus. Per Dóminum.

SABBATHO.

Statio ad S. Ioannem ante portam Latinam.

Introitus.

Pſal. 29. MIſerêre mihi Dómine, quóniam tríbulor: líbera me, & éripe me de mánibus inimicôrum meôrũ, & à perſequéntibus me: Dómine non confúndar: quóniã inuocáui te.

Ibi. Pſal. In te Dñe ſperáui, non confúndar in ætérnũ: in iuſtítia tua líbera me. Miſerere mihi. Orémus. Flectámus génua.

Collecta.

PRofíciat, quæſumus Dómine plebs tibi dicâta pię deuotiônis affectu: vt ſacris actiónibus erudîta, quantò maieſtáti tuæ ſit grátior: tanto donis potióribus augeâtur. Per Dóminum.

Léctio libri Sapientiæ.

c. 2. IN diêbus illis. Dixérunt ímpij Iudæi apud ſemetípſos. Venîte circunueniâmus iuſtum: quóniã inútilis eſt nobis. Et cõtrárius eſt opéribus noſtris. Et impróperat nobis peccâta legis & diffâmat in nos peccâta diſciplínæ noſtræ. Promíttit ſe ſciéntiam Dei habêre: & filium Dei ſe nóminat. Factus eſt nobis in traductiône cogitatiônũ noſtrârum: grauis eſt nobis étiã ad vidéndum: quóniam diſsímilis eſt álijs vita illîus; & immutátæ ſunt vię eius. Tãquã nugáces æſtimáti ſumus ab illo: & ábſtinet ſe à vijs noſtris tanquam ab immundítijs. Et præfert nouíſſima iuſtôrum & gloriâtur patrem ſe Deum habêre. Videâmus ergo ſi ſermónes illîus veri ſint, & tentêmus quæ ventûra ſunt illi; & ſciêmus quæ erũt nouíſsima illîus. Si enim eſt verus filius Dei ſuſcípiet illũ: & liberâbit eũ de manu

contrariôrũ. Contumélia & torménto interrogêmus eũ vt ſciâmus reueréntiam eius, &probêmus patiéntiã illius. Morte turpíſsima condẽnêmus eum. Erit enim ei reſpéctus:ex ſermónib⁹ illîus.Hęc cogitauérunt: & errauérunt. Excæcâuit enim illos malítia eôrum : & neſciérunt ſacraménta Dei:neq; mercêdẽ ſperauérunt iuſtítiæ.Nec iudicauérunt honôrẽ animârum ſanctârum.

Pſal. 34. ℟ Pacificè loquebántur mihi inimíci mei:& in ira moléſti erant mihi. ℣ Vidíſti Dñe, ne ſíleas: ne diſcédas à me.

Sequéntia ſancti Euangélij ſecúndum Ioánnem.

c. 12 IN illo témpore: dixit Ieſus diſcípulis ſuis, & turbis Iudęôrum. Ego lux in mundum veni;vt omnis qui credit in me in ténebris nõ máneat. Et ſiquis audíerit verba mea & non cuſtodíerit: ego non iúdico eum. Non enim veni vt iúdicem mundum:ſed vt ſaluíficem mundum.Qui ſpernit me,& non áccipit verba mea, habet qui iúdicet eum. Sermo quem loquûtus ſum,ille iudicâbit eũ, in nouíſsimo die : quia ego, ex me ipſo non ſum loquûtus, ſed qui miſit me pater, ipſe mihi mandâtum dedit, quid dicam & quid loquar. Et ſcio quia mandâtum eius vita ætérna eſt. Quæ ergo ego loquor: ſicut dixit mihi pater, ſic loquor.

Offert. Benedíctus es Dómine doce me iuſtificatiónes tuas, & non tradas calumniántibus me ſupérbis & reſpondêbo exprobrántibus mihi verbum. Pſal. 118

Secreta.

ACunctis nos Dómine quæſumus reátibus & perículis propitiâtus abſólue, quos tanti myſtérij tríbuis eſſe partícipes.Per Dominũ.

Commu. Ne tradíderis me Dómine in ánimas perſequéntium me:quia inſurrexérunt in me teſtes iníqui, & mentîta eſt iníquitas ſibi. Pſal. 26.

Poſt Communio.

DIuíni ſatiáti múneris largitâte quæſumus Dñe Deus noſter:vt huius ſemper participatiône viuâmus.Per.

Super populum. Orêmus.

Humiliâte cápita veſtra

TVeâtur quæſumus Dómine déxtera tua pópu-

lum tuum deprecántem & purificâtum dignánter erúdiat ⁊ vt conſolatiône præſénti ad futûra bona proficiat. Per Dóminum.

Benedictio ſuper Ramos palmarũ. D ñs vobiſcũ. Orêmus.

OMnípotens ſempitérne redémptor qui de cœlis ad terram deſcéndere, & ad paſsiônem voluntâtis tuę venîre dignâtus es, vt humânum genus tuo pretióſo ſánguine liberáres: adéſto pius Eccléſiæ tuæ votis & ſupplicatiónibus noſtris. Tu enim Dómine manſuêtus, manſuéti animâlis aſelli tergo ínſidens, ad paſsiônem redẽptiônis noſtræ ſpontáneus aduenísti ⁊ cum tibi Ramis arbóreis occurrẽtibus diſcipulôrũ turbis certâtim ſternerêtur via, & triumphatrícibus palmis cum voce laudis occúrrerent plúrimæ populôrum catéruæ, reſultántes páriter & dicẽtes, Oſáná fílio Dauíd benedíctus qui venit in nómine Dómini. Tibi in monte Oliuéti oliuârum Ramis via conſtrâta eſt. Tu quondam Noé in arca ſuper vndas dilúuij gubernáſti: & colúmbæ miníſterio per olíuæ Ramum pacem, terris rédditam nunciári voluíſti. Sed & Iacób Patriárcha in myſtériũ glóriæ tuæ érigens lápidem, ex huius árboris Ramis óleũ benedictiônis in cacûmen títuli infûdit: vnde vnxíſti reges & prophétas tuos. Tu enim es Chriſtus Dei: tibi cómpetit fructus vnctiônis & pacis: in cuius ineffábilem laudem pſalmíſta cécinit dicens ⁊ vnxit te Deus, Deus tuus óleo exultatiônis præ partícipibus tuis. Quaprópter ſúpplices te Dómine deprecâmur: vt be✠nedícas hos Ramos árborum, quos tui fámuli in ſuis ſuſcipiéntes mánibus in occúrſum tui properâre teque benedícere & glorificâre deſíderant. Ecce Hieruſalém ſedens ſuper áſinum rex manſuêtus aduenísti. Adueni ergo rogâmus & nobis, & in médium noſtri conſíſte ⁊ vt te aduenîre in noſtris córdibus ſentiâmus: & qui nos tunc reparáſti per crucem ⁊ íterum lapſos répara per eándem bea-

tíficam paſsiônem. Oris noſtri confeſsiônem ac ieiúnij humiliatiônem libens ſúſcipe: & fructum nos viriditâtis habêre concêde: quátenus tuis ímbribus irrigáti, mereâmur tibi ſuáuium frúctuum vbertâte placêre. Et ſicut illi tibi proceſſérunt óbuiam cũ arbóreis fróndibus egréſsi: ita nos te redeúnte in ſecundo aduéntu cum palmis victóriæ læti mereâmur occúrrere Saluâtor mundi. Qui cum patre in vnitâte Spíritus ſancti viuis & regnas Deus per ómnia ſæcula ſæculorum. Amen.

DOMINICA
IN PALMIS.

Statio ad S. Ioannem in Laterano.

Introitus.

Pſal. 21. DOmine, ne longè fácias auxílium tuũ à me, ad defenſiônẽ meam áſpice: líbera me de ore leônis, & à córnibus vnicórnium humilitâtem meam.

Pſalm. Deus Deus meus, réſpice in me, quare me dereliquíſti? Ibi.
Dómine ne longè. Orêmus.

Collecta.

OMnípotens ſempitérne Deus: qui humáno géneri ad imitándum humilitâtis exémplum, Saluatôrẽ noſtrum carnem ſúmere, & crucem ſubîre fecíſti: concêde propítius: vt & patiéntię ipſíus habêre documénta, & reſurrectiônis cõſórtia mereâmur. Per eũdem Dóminum.

Léctio epíſtolæ beáti Pauli apóſtoli ad Philippénſes.

FRatres: Hoc enim ſentîte in vobis, quod & in Chriſto Ieſú. Qui cum in forma Dei eſſet, non rapînam arbitrâtus eſt eſſe ſe ęquâlẽ Deo: ſed ſemetípſum exinanîuit formam ſerui accípiens in ſimilitúdinem hóminum factus, & hábitu inuéntus vt homo. Humiliâuit ſemetípſum, factus obédiens vſq; ad mortem: mortem autem crucis. Propter quod & Deus exaltâuit illum: & donâuit illi nomen, quod eſt ſuper omne nomen: vt in nómine Ieſu omne genu flectâtur, c. 2.

cœlé-

cœléſtium, terréſtrium, & infernôrum: & omnis lingua confiteâtur, quia Dóminus Ieſus Chriſtus in glória eſt Dei Patris.

Pſal. 72. ℞. Tenuíſti manum déxteram meam: & in voluntâte tua deduxíſti me: & cum glória aſſumpſiſti me. ℣. Quàm bonus Iſraël Deus rectis corde! mei autem penè moti ſunt pedes: penè effúſi ſunt greſſus mei, quia zeláui in peccatóribus, pacem peccatôrum videns.

Pſal. 21. Tractus. Deus Deus meus, réſpice in me, quare me dereliquíſti? ℣. Longè à ſalûte mea verba delictórum meôrum. ℣. Deus meus clamâbo per diem, nec exáudies: in nocte, & non ad inſipiéntiam mihi. ℣. Tu autem in ſancto hábitas, laus Iſraël. ℣. In te ſperauérunt patres noſtri: ſperauérunt, & liberáſti eos. ℣. Ad te clamauérunt, & ſalui facti ſunt: in te ſperauérunt, & non ſunt confúſi. ℣. Ego autem ſum vermis, & non homo: oppróbrium hóminum, & abiéctio plebis. ℣. Omnes qui vidébant me, aſpernabántur me: loquúti ſunt lábijs, & mouérunt caput. ℣. Sperâuit in Dómino, erípiat eũ, ſaluum fáciat eum, quóniam vult eum. ℣. Ipſi verò conſiderauérunt & conſpexérunt me: diuiſérunt ſibi veſtiménta mea, & ſuper veſtem meam miſérunt ſortem. ℣. Libera me de ore leônis: & à córnibus vnicórnium humilitâtem meam. ℣. Qui timêtis Dóminum, laudâte eum: vniuérſum ſemẽ Iacób magnificâte eum. ℣. Annunciábitur Dómino generátio ventûra: & annunciábũt cœli iuſtítiam eius. ℣. Pópulo, qui naſcêtur, quem fecit Dóminus.

Ad Miſſam Matutinalem.

Sequéntia ſancti Euangélij ſecúndum Matthæum.

IN illo témpore. Cum appropinquáſſet Ieſus Hieróſolymis, & veníſſet Bethphagé ad mõtẽ Oliuéti: tunc miſit duos diſcípulos dicens eis. Ite in caſtéllum quod contra vos eſt, & ſtatim inueniêtis áſinam alligâtam & pullum cum ea. Sóluite, & addúcite mihi. Et ſi quis vobis áliquid díxerit: dícite: quia Dñs his opus habet. Et cõféſtim dimíttet eos. Hoc autẽ totum factum eſt: vt adimplerêtur quod dictũ eſt per prophêtam dicéntem. Dícite fíliæ Sión. Ecce rex tuus venit tibi manſuêtus: & ſedens ſuper áſinam & pullũ fílium ſubiugâlis. Eúntes autem diſcípuli: fecérunt ſicut præcêpit illis Ieſus. Et c. 21

adduxérunt áſinam & pullum: & impoſuérunt ſuper eos veſtiménta ſua. Et eum déſuper ſedêre fecérunt. Plúrima autẽ turba, ſtrauérunt veſtiménta ſua in via. Alij autem cędébant ramos de arbóribus: & ſternébant in via. Turbæ autem quæ præcedébant & quæ ſequebántur clamábant dicéntes. Oſanná fílio Dauíd: benedíctus qui venit in nómine Dómini.

Ad Miſſam Maiorem. Dóminus vobíſcum.

¶ Paſsio Domini noſtri Ieſu Chriſti ſecúndũ Matthæũ. Glória tibi Dómine, &c.

c. 26 IN illo témpore: Dixit Ieſus diſcípulis ſuis. ✠ Scitis quia poſt bíduum Paſcha fiet: & filius hóminis tradêtur, vt crucifigâtur. C Tunc congregáti ſunt príncipes ſacerdôtum, & ſenióres pópuli, in átrium príncipis ſacerdôtũ, qui dicebâtur Cáiphas: & cõcílium fecérunt, vt Ieſum dolo tenérent, & occíderent. Dicébant autem. S Non in die feſto. C Ne fortè tumúltus fíeret in pópulo. Cum autem eſſet Ieſus in Betһánia in domo Simônis Lepróſi, accéſsit ad eum múlier habens alabáſtrum vnguénti pretióſi, & effûdit ſuper caput ipſius recumbéntis. Vidéntes autem diſcípuli, indignáti ſunt, dicẽtes. S Vt quid perdítio hęc? Pótuit enim vnguéntũ iſtud vænũdari multo, & dari paupéribus. C Sciens autem Ieſús, ait illis. ✠ Quid moléſti eſtis huic mulíeri? Opus enim bonum operâta eſt in me. Nã ſemper páuperes habébitis vobíſcum: me autem nõ ſemper habébitis. Mittens enim hæc vnguéntum hoc in corpus meum: ad ſepeliéndum me fecit. Amen dico vobis: vbicúnque prædicâtum fúerit hoc euangélium in toto mundo, dicêtur & quòd hæc fecit in memóriam eius.

C Tunc ábijt vnus de duódecim, qui dicitur Iudas Iſcarióthes, ad príncipes ſacerdôtũ: & ait illis. S Quid vultis mihi dare, & ego eum vobis tradam? C At illi conſtituérunt ei trigínta argénteos. Et exínde quærêbat opportunitâtem, vt eum tráde-

ret. Prima autẽ die azymôrũ. acceſſérunt diſcípuli ad Ieſum dicéntes. S Vbi vis parêmus tibi comédere Paſcha? C At Ieſús dixit. ✠ Ite in ciuitâtem ad quendam: & dícite ei. Magíſter dicit. Tempus meum propé eſt: apud te fácio Paſcha cum diſcípulis meis. C Et fecérunt diſcípuli, ſicut conſtítuit illis Ieſus: & parauérunt Paſcha. Véſpere autem facto, diſcumbêbat cũ duódecim diſcípulis ſuis. Et edéntibus illis, dixit ✠ Amen dico vobis: quia vnus veſtrum me tradítûrus eſt. C Et contriſtáti valde, cœpérunt ſínguli dícere. S Nunquid ego ſum Dómine? C At ipſe reſpóndens, ait. ✠ Qui intíngit mecum manum in parópſide, hic me tradet. Fílius quidem hóminis vadit, ſicut ſcriptum eſt de illo. Væ autem hómini illi, per quem fílius hóminis tradêtur. Bonum erat ei, ſi natus non fuiſſet homo ille. C Reſpóndens autem Iudas qui trádidit eum, dixit. S Nunquid ego ſum Rabbí? C Ait illi. ✠ Tu dixíſti. C Cœnántibus autem eis, accêpit Ieſus panem: & benedíxit, ac fregit; dedítque diſcípulis ſuis: & ait ✠ Accípite, & comédite. Hoc eſt corpus meum. C Et accípiens cálicem, grátias egit: & dedit illis, dicens. ✠ Bíbite ex hoc omnes. Hic eſt enim ſanguis meus noui teſtaménti, qui pro multis effundêtur in remiſsionem peccatôrum. Dico autem vobis: non bibam ámodo de hoc genímine vitis, vſque in diem illum, cùm illud bibam vobíſcum nouum, in regno Patris mei. C Et hymno dicto, exiérunt in montem Oliuéti. Tunc dicit illis Ieſús. ✠ Omnes vos ſcándalum patiémini in me, in iſta nocte: Scriptum eſt enim. Percútiam paſtôrem, & diſpergéntur oues gregis. Poſtquam autem reſurréxero, præcêdam vos in Galilæam. C Reſpóndens autem Petrus, ait illi. S Etſi omnes ſcandalizáti fúerint in te, ego nunquam ſcandalizâbor. C Ait illi Ieſús. ✠ Amen dico tibi, quia in hac nocte, antequam gal-

Zac. 13.

lus cantet ter me negâbis. C Ait illi Petrus. S Etiam ſi oportúerit me mori tecum, non te negâbo. C Simíliter & omnes diſcípuli dixérunt. Tunc venit Ieſus cum illis in villam, quæ dícitur Gethſemaní, & dixit diſcípulis ſuis. ✠ Sedête hîc, donec vadam illuc & orem. C Et aſſumpto Petro, & duôbus filijs Zebedæi, cœpit contriſtári, & mœſtus eſſe. Tunc ait illis. ✠ Triſtis eſt ánima mea vſq; ad mortem. Suſtinête hîc, & vigilâte mecum. C Et progréſſus puſíllum, prócidit in fáciem ſuã, orans, & dicens. ✠ Pater mi, ſi poſsíbile eſt, tránſeat à me calix iſte. Verúntamen non ſicut ego volo, ſed ſicut tu. C Et venit ad diſcípulos ſuos, & inuênit eos dormiéntes: & dicit Petro. ✠ Sic? non potuíſtis vna hora vigilâre mecum? Vigilâte, & orâte vt non intrêtis in tẽtatiônem. Spíritus quidem promptus eſt, caro autem infírma. C Iterũ ſecúndò ábijt, & orâuit, dicens. ✠ Pater mi, ſi non poteſt hic calix tranſire, niſi bibam illum: fiat voluntas tua. C Et venit íterũ, & inuênit eos dormiéntes. Erant enim óculi eôrum grauáti. Et relíctis illis, íterum ábijt: & orâuit tértio, eúndem ſermônem dicens. Tũc venit ad diſcípulos ſuos, & dicit illis, ✠ Dormîte iam, & requiéſcite. Ecce appropinquâuit hora: & Fílius hóminis tradêtur in manus peccatôrũ. Súrgite, eâmus: écce appropinquâuit qui me tradet. C Adhuc eo loquénte, ecce Iudas vnus de duódecim venit, & cum eo turba multa cum gládijs & fúſtibus, miſsi à princípibus ſacerdôtum & ſenióribus pópuli. Qui autem trádidit eum, dedit illis ſignum, dicens. S Quemcúnq; oſculâtus fúero, ipſe eſt: tenête eum. C Et conféſtim accédens ad Ieſum, dixit S Aue rabbi. C Et oſculâtus eſt eum. Díxitque illi Ieſus. ✠ Amîce, ad quid veníſti? C Tunc acceſſérunt, & manus iniecérunt in Ieſúm, & tenuérunt eum. Et ecce vnus ex his qui erant cum Ieſu, exténdẽs manũ, exêmit gládium ſuum: & percútiens

ſeruum

ſeruum príncipis ſacerdôtũ; amputâuit auriculam eius. Tunc ait illi Ieſus. ✠ Conuérte gládium tuum in locũ ſuum. Omnes enim qui accéperint gládium, gládio períbunt. An putas, quia non poſſum rogâre Patrem meũ: & exhibêbit mihi modò pluſ quam duódecim legiónes angelôrũ? Quómodo ergo implebúntur ſcriptúræ, quia ſic opórtet fíeri? C In illa hora dixit Ieſús turbis. ✠ Tanquã ad latrônem exíſtis cum gládijs & fúſtibus comprehéndere me? Quotídiè apud vos ſedêbam docens in templo, & non me tenuíſtis. C Hoc autem totum factum eſt, vt adimpleréntur ſcriptúrę prophetârum. Tũc diſcípuli omnes relícto eo, fugérunt. At illi tenéntes Ieſúm, duxérũt ad Cáipham príncipem ſacerdôtum, vbi Scribæ & Senióres conuénerant. Petrus autem ſequebâtur eum à longè, vſque in átrium príncipis ſacerdôtum. Et ingréſſus intrò, ſedêbat cum miníſtris: vt vidêret finem. Príncipes autem ſacerdôtũ & omne concílium, quærébant falſum teſtimónium contra Ieſúm, vt eum morti tráderent: & non inuenérunt, cùm multi falſi teſtes acceſsíſſent. Nouíſsimè autem venérunt duo falſi teſtes: & dixérunt. S Hic dixit. Poſſum deſtrúere templum Dei, & poſt tríduum reædificâre illud. C Et ſurgens princeps ſacerdôtum, ait illi. S Nihil reſpóndes ad ea, quæ iſti aduérſum te teſtificántur? C Ieſus autem tacêbat. Et princeps ſacerdôtum ait illi. S Adiûro te per Deũ viuum, vt dicas nobis, ſi tu es Chriſtus Fílius Dei. C Dicit illi Ieſus. ✠ Tu dixíſti. Verúntamen dico vobis: ámodo vidébitis Fílium hóminis ſedéntem à dextris virtûtis Dei, & veniéntẽ in núbibus cœli. C Tunc princeps ſacerdôtum ſcidit veſtiménta ſua, dicẽs. S Blaſphemâuit. Quid adhuc egêmus téſtibus? Ecce nunc audíſtis blaſphémiam. Quid vobis vidêtur? C At illi reſpondéntes dixérunt. S Reus eſt mortis. C Tunc expuérunt in fáciem eius: & cólaphis eum cecidérũt. Alij

autem

autem palmas in fáciem eius
dedérunt,dicéntes. S Prophe
tíza nobis Chriſte : quis eſt
qui te percuſsit? C Petrus ve
rò ſedêbat foris in átrio. Et
accéſsit ad eum vna ancílla,
dicens. S Et tu cum Ieſu Gali
lęo eras. C At ille negâuit co
ram ómnibus,dicens. S Néſ-
cio quid dicis. C Exeúnte au
tem illo iánuam , vidit eum
ália ancílla : & ait his , qui
erant ibi. S Et hic erat cum
Ieſu Nazaréno. C Et íterum
negâuit cum iuraménto,quia
non noui hóminem. Et poſt
puſíllum acceſſérunt qui ſta
bant:& dixérunt Petro. S Ve
rè & tu ex illis es:nam & lo-
quêla tua maniféſtum te fa-
cit. C Tunc cœpit deteſtári
& iurâre, quia non nouíſſet
hóminem . Et contínuò gal-
lus cantâuit . Et recordâtus
eſt Petrus verbi Ieſu,quod dí
xerat:priúſquam gallus can-
tet,ter me negâbis. Et egréſ-
c.27 ſus foras,fleuit amárè. Mane
autem facto,conſílium inié-
runt omnes príncipes ſacer-
dôtum , & ſenióres pópuli
aduérſus Ieſum,vt eum mor-
ti tráderent. Et vinctum ad-
duxérunt eum , & tradidé-
runt Póntio Piláto præſidi.
Tuc videns Iudas qui trádi-
dit eum, quòd dãnâtus eſſet:
pænitêntia ductus,rétulit tri
gínta argénteos princípibus
ſacerdôtum & ſenióribus,di
cens. S Peccáui, tradens ſán-
guinem iuſtum . C At illi di-
xérunt. S Quid ad nos ? Tu
víderis. C Et proiéctis argẽ-
teis in templo , recéſsit : &
ábiens , láqueo ſe ſuſpéndit.
Príncipes autem ſacerdôtũ
accéptis argénteis, dixérunt.
S Non licet eos míttere in
córbanam: quia prétium ſán
guinis eſt. C Conſílio autem
ínito,emérunt ex illis agrum
fíguli,in ſepultûram peregri-
nôrum.Propter hoc vocâtus
eſt ager ille, Hacéldema, hoc
eſt,ager ſánguinis,vſq; in ho
diérnum diem. Tunc implê-
tum eſt quod dictum eſt per
Hieremîam prophêtam , di-
céntem.Et accepérunt trigín
ta argénteos prétium appre-
tiáti, quem appretiauérunt à
fílijs Iſraél : & dedérunt eos
in agrum fíguli, ſicut conſtí-
tuit mihi Dóminus. Ieſús au
tem ſtetit ante præſidem. Et

interro-

interrogâuit eum præſes, dicens. S Tu es Rex Iudæôrũ? C Dicit ei Ieſus. ✠ Tu dicis. C Et cum accuſarêtur à princípibus ſacerdôtum & ſenióribus, nihil reſpóndit. Tunc dicit illi Pilâtus. S Non audis quanta aduérſum te dicunt teſtimônia? C Et nõ reſpóndit ei ad vllum verbum: íta vt mirarêtur præſes veheménter. Per diem autem ſoléennem conſuéuerat præſes dimíttere pópulo vnum vinctum, quem voluíſſent. Habêbat autem tunc vinctum inſígnem, qui dicebâtur Barábbas. Congregátis ergo illis, dixit Pilâtus. S Quem vultis dimíttam vobis: Barábbam, an Ieſum qui dícitur Chriſtus? C Sciêbat enim quòd per inuídiam tradidíſſent eum. Sedénte autem illo pro tribunáli, miſit ad illũ vxor eius, dicens. S Nihil tibi & iuſto illi: multa enim paſſa ſum per viſum hódie propter eũ. C Príncipes autem ſacerdôtum & ſenióres perſuaſérũt pópulis, vt péterent Barábbam: Ieſum verò pérderent. Reſpóndens autem præſes, ait illis. S Quem vultis vobis de duôbus dimítti? C At illi dixérunt. S Barábbam. C Dicit illis Pilâtus. S Quid ígitur fáciam de Ieſu, qui dícitur Chriſtus? C Dicunt omnes. S Crucifigâtur. C Ait illis præſes. S Quid enim mali fecit? C At illi magis clamábant dicéntes. S Crucifigâtur. C Videns autem Pilâtus, quia nihil profíceret, ſed magis tumúltus fíeret: accépta aqua, lauit manus corã pópulo, dicens. S Innocens ego ſum à ſánguine iuſti huius. Vos viderîtis. C Et reſpóndẽs vniuérſus pópulus, dixit. S Sanguis eius ſuper nos, & ſuper fílios noſtros. C Tunc dimîſit illis Barábbam: Ieſum autem flagellâtum trádidit eis, vt crucifigerêtur. Tunc mílites præſidis ſuſcipiéntes Ieſum in prætório, congregauérunt ad eum vniuérſam cohórtem. Et exuéntes eum, chlámydem coccíneam circundedérunt ei. Et plecténtes corônam de ſpinis, poſuérunt ſuper caput eius, & arúndinem in déxtera eius. Et genu flexo ante

eum illudébant ei, dicéntes. S Aue rex Iudæôrum. C Et expuéntes in eum, accepérũt arúndinem, & percutiébant caput eius. Et poſtquam illuſérunt ei, exuérunt eum chlámydem: & induérunt eum veſtiméntis eius, & duxérũt eum vt crucifigerent. Exeúntes autem, inuenérunt hóminem Cyrenæum, nómine Simônẽ. Hunc angariauérunt, vt tólleret crucem eius. Et venérunt in locum, qui dícitur Gólgotha: quod eſt, Caluáriȩ locus. Et dedérunt ei vinum bíbere cum felle mixtum. Et cùm guſtáſſet, nóluit bíbere. Poſtquam autem crucifixérunt eũ, diuiſérunt veſtiménta eius, ſortem mitténtes: vt adimplerêtur quod dictum eſt per prophêtam dicéntẽ.

Pſal. 21. Diuiſérunt ſibi veſtiménta mea: & ſuper veſtem meam miſérũt ſortem. Et ſedéntes ſeruábant eum. Et impoſuérũt ſuper caput eius cauſam ipſius ſcriptam. Hic eſt Ieſús rex Iudæôrum. Tunc crucifíxi ſunt cum eo duo latrónes, vnus à dextris, & vnus à ſiniſtris. Prætereúntes autem blaſphemábant eum, mouéntes cápita ſua, & dicéntes. S Vah qui déſtruis templum Dei, & in tríduo reædíficas illud. Salua temetípſum. Si Fílius Dei es, deſcénde de cruce. C Simíliter & príncipes ſacerdôtum illudéntes cum Scríbis, & Senióribus, dicébant. S Alios ſaluos fecit: ſeípſum non poteſt ſaluum fácere. Si rex Iſraél eſt, deſcéndat nunc de cruce, & crédimus ei. Confîdit in Deo: líberet eum nunc ſi vult: dixit enim: quia Fílius Dei ſum. C Idípſum autem & latrónes, qui crucifíxi erant cum eo, improperábant ei. A ſexta autem hora, ténebræ factȩ ſunt ſuper vniuérſam terrã, vſque ad horam nonam. Et circa horam nonam clamâuit Ieſus voce magna dicens, ✠ Elí, Elí, lammaſabacthani? C Hoc eſt. ✠ Deus meus, Deus meus: vt quid dereliquíſti me? C Quidam autem illic ſtantes, & audiéntes, dicébant. S Elîam vocat iſte. C Et contínuò currens vnus ex eis, accéptam ſpóngiam implêuit acéto: &

impó-

impóſuit arúndini: & dabat ei bíbere. Cæteri verò dicébant. S Sine, videâmus an véniat Elías líberans eum. C Ieſús autẽ íterum clamans voce magna, emîſit ſpíritum. Hic pauſatur aliquantulum; & iacet proſtratus humi ſacerdos, miniſter & chorus.

Et ecce velũ templi ſciſſum eſt in duas partes, à ſummo vſq; deórſum. Et terra mota eſt, & petræ ſciſſæ ſunt, & monuménta apérta ſunt: & multa córpora ſanctôrum, qui dormíerant, ſurrexérunt. Et exeúntes de monuméntis poſt reſurrectiônem eius, venérunt in ſanctam ciuitâtẽ: & apparuérunt multis. Centúrio autem, & qui cum eo erant cuſtodiéntes Ieſum, viſo terræmótu, & his quæ fiébant, timuérunt valdè, dicéntes. S Verè Fílius Dei erat iſte. C Erant autem ibi mulíeres multæ à longè, quæ ſecútæ erant Ieſum à Galilæa, miniſtrãtes ei: inter quas erat Marîa Magdaléne, & Marîa Iacóbi, & Ioſéph mater, & mater filiôrũ Zebedæi. Cùm ſerò autem factum eſſet, venit quidam homo diues ab Arimathía, nómine Ioſéph: qui & ipſe diſcípulus erat Ieſu. Hic accéſsit ad Pilâtum, & pétijt corpus Ieſu. Tunc Pilâtus iuſsit reddi corpus. Et accépto córpore, Ioſeph inuóluit illud in síndone munda: & póſuit íllud in monuménto ſuo nouo: quod excíderat in petra. Et aduóluit ſaxum magnum ad óſtium monuménti, & ábijt. Erant autem ibi Marîa Magdaléne, & áltera Marîa, ſedéntes contra ſepúlchrum.

Altera autem die, quæ eſt poſt Paraſcéuen, conuenérunt príncipes Sacerdôtũ, & Phariſæi ad Pilâtũ, dicéntes. Dómine, recordáti ſumus, quia ſedúctor ille dixit adhuc viuens, poſt tres dies reſúrgam. Iube ergo cuſtodíri ſepúlchrum vſque in diem tértium: ne fortè véniant diſcípuli eius, & furéntur eum: & dicãt plebi, ſurréxit à mórtuis. Et erit nouíſſimus error peior priôre. Ait illis Pilâtus. Habêtis cuſtódiam: íte, cuſtodîte, ſicut ſcitis. Illi autẽ abeũtes, muniérunt ſepúlchrum,

ſignántes lápidem, cum cuſtódibus. Credo.

Pſal. 68. Offerto. Impropérium expectâuit cor meum, & miſériam: & ſuſtínui, qui ſimul contriſtarêtur, & non fuit: conſolántẽ me quæſiui, & non inuéni: & dedérũt in eſcam meam fel, & in ſiti mea potauérunt me acéto. Secreta.

COncêde, quæſumus Dómine, vt óculis tuæ maieſtâtis munus oblâtum, & grátiã nobis deuotiônis obtíneat: & efféctum beátæ perennitâtis acquîrat. Per Do.

Matthæi 26. Communio. Pater, ſi non poteſt hic calix tranſire, niſi bibam illum: fiat volúntas tua. Poſt communio.

PEr huius Dómine, operatiônem myſtérij: & vítia noſtra purgéntur: & iuſta deſidéria compleántur. Per Dóminum noſtrum.

FERIA SECVNDA. Maioris hebdomadæ

Statio ad ſanctam Praxêdem.

Introitus.

Pſal. 34. IVdica Dómine, nocéntes me: expúgna impugnántes me, apprehénde arma, & ſcutum: & exúrge in adiutóriũ meũ Dómine, virtus ſalûtis meæ.

Pſalm. Effúnde frámeam, & conclúde aduérſus eos, qui perſequúntur me. Iúdica Dómine. Orêmus. Flectâmus génua. Collecta. Ibi.

DA quæſumus, omnípotens Deus; vt qui in tot aduérſis ex noſtra infirmitâte deficimus: intercedénte vnigéniti Fílij tui paſsiône reſpirêmus. Per eúndem.

Léctio Iſaíæ prophétæ.

IN diêbus illis: Dixit Iſaías. c. 50. Dóminus Deus apéruit mihi aurem: ego autem non cõtradîco, retrórſum non ábij. Corpus meum dedi percutiéntibus, & genas meas velléntibus. Fáciem meam non auérti ab increpántibus, & conſpuéntibus in me. Dóminus Deus auxiliâtor meus, ideò non ſum confûſus: ídeo póſui fáciem meam vt petrã duríſsimam: & ſcio, quóniã non confúndar. Iuxtà eſt, qui iuſtíficat me: quis contradîcet mihi? Stemus ſimul: quis eſt aduerſárius meus? Accêdat ad me. Ecce Dóminus Deus, auxiliâtor meus: quis eſt, qui condémnet me? Ecce omnes quaſi veſtiméntũ conteréntur: tínea cómedet

eos. Quis ex vobis timens Deum, áudiens vocem ſerui ſui? Quis ambulâuit in ténebris, & non eſt lumen ei? Speret in nómine Dómini: & innitâtur ſuper Deum ſuum.

Pſal. 34. ℞. Exúrge Dómine, & inténde iudício meo Deus meus, & Dóminus meus in cauſam meam. ℣. Effúnde frámeam, & conclûde aduérſus eos, qui me perſequúntur.

Pſal. 102. Tractus. Dómine, non ſecúndum peccâta noſtra, fácias nobis: neque ſecúndum iniquitátes noſtras retríbuas

Pſal. 78. nobis. ℣. Dómine, ne memíneris iniquitâtum noſtrârum antiquârum: citò antícipent nos miſericórdiæ tuæ, quia páuperes facti ſumus nimis. ℣. Adiuua nos Deus ſalutâris noſter: & propter glóriam nóminis tui, Dómine, líbera nos: & propítius eſto peccátis noſtris, propter nomen tuum.

Sequéntia ſancti Euāngélij ſecúndum Ioánnem.

c. 12 ANte ſex dies Paſchæ venit Ieſus Bethániam, vbi Lázarus fúerat mórtuus, quem ſuſcitâuit Ieſus. Fecérunt autem ei cœnam ibi: & Martha miniſtrâbat. Lázarus verò vnus erat ex diſcumbéntibus cum eo. María ergo accêpit librā vnguénti nardi píſtici pretióſi: & vnxit pedes Ieſu, & extérſit capíllis ſuis pedes eius: & domus implêta eſt ex odôre vnguénti. Dixit ergo vnus ex diſcípulis eius Iudas Iſcarióthes, qui erat eum traditûrus. Quare hoc vnguéntum non vénijt trecéntis denárijs, & datum eſt egénis? Dixit autem hoc, non quia de egénis pertinêbat ad eum: ſed quia fur erat, & lóculos habens, ea, quæ mittebántur, portâbat. Dixit ergo Ieſus. Sine illam, vt in diem ſepultúræ meæ ſeruet illud. Páuperes enim ſemper habébitis vobíſcum, me autem non ſemper habébitis. Cognôuit ergo turba multa ex Iudæis, quia illic eſt: & venérunt, non propter Ieſum tantùm, ſed vt Lázarum vidérent, quem ſuſcitâuit à mórtuis. Cogitauérunt autem príncipes ſacerdôtum vt & Lázarum interfícerent: quia multi propter illum abíbant ex Iudæis. Et credébāt in Ieſum. In cráſtinum autē turba multa quę vénerat ad diem feſtum, cū

ſignántes lápidem, cum cuſtódibus. Credo.

Pſal. 68. Offerto. Impropérium expectâuit cor meum, & miſériam: & ſuſtínui, qui ſimul contriſtarêtur, & non fuit: conſolántẽ me quæſiui, & non inuéni: & dedérũt in eſcam meam fel, & in ſiti mea potauérunt me acéto. Secreta.

COncêde, quæſumus Dómine, vt óculis tuæ maieſtâtis munus oblâtum, & grátiã nobis deuotiônis obtíneat: & effé&tum beátæ perennitâtis acquîrat. Per Do.

Mat thæi 26. Communio. Pater, ſi non poteſt hic calix tranſire, niſi bibam illum: fiat volúntas tua. Poſt communio.

PEr huius Dómine, operatiônem myſtérij: & vítia noſtra purgéntur? & iuſta deſidéria compleántur. Per Dóminum noſtrum.

FERIA SECVNDA.
Maioris hebdomadæ

Statio ad ſanctam Praxêdem.

Introitus.

Pſal. 34. IVdica Dómine, nocéntes me: expúgna impugnántes me, apprehénde arma, & ſcutum: & exúrge in adiutóriũ meũ Dómine, virtus ſalûtis meæ. Pſalm. Effúnde frámeam, & conclûde aduérſus eos, qui perſequúntur me. Iúdica Dómine. Orêmus. Flectâmus génua. Collecta. Ibi.

DA quæſumus, omnípotens Deus; vt qui in tot aduérſis ex noſtra infirmitâte defícimus? intercedénte vnigéniti Fílij tui paſsiône reſpirêmus. Per eúndem.

Léctio Iſaíæ prophétæ.

IN diêbus illis: Dixit Iſaías. Dóminus Deus apéruit mihi aurem: ego autem nõn cõtradîco, retrórſum non ábij. Corpus meum dedi percutiéntibus, & genas meas velléntibus. Fáciem meam non auérti ab increpántibus, & conſpuéntibus in me. Dóminus Deus auxiliâtor meus, ideò non ſum confûſus: ídeo póſui fáciem meam vt petrã duríſsimam: & ſcio, quóniã non confúndar. Iuxtà eſt, qui iuſtíficat me: quis contradîcet mihi? Stemus ſimul: quis eſt aduerſárius meus? Accêdat ad me. Ecce Dóminus Deus, auxiliâtor meus: quis eſt, qui condémnet me? Ecce omnes quaſi veſtiméntũ conteréntur: tínea cómedet c. 50.

eos.

eos. Quis ex vobis timens Deum, áudiens vocem ſerui ſui? Quis ambulâuit in ténebris, & non eſt lumen ei? Speret in nómine Dómini: & innitâtur ſuper Deum ſuum.

Pſal. 34. ℟. Exúrge Dómine, & inténde iudício meo Deus meus, & Dóminus meus in cauſam meam. ℣. Effúnde frámeam, & conclûde aduérſus eos, qui me perſequúntur.

Pſal. 102. Tractus. Dómine, non ſecúndum peccâta noſtra, fácias nobis: neque ſecúndum iniquitátes noſtras retríbuas nobis.
Pſal. 78. ℣. Dómine, ne memíneris iniquitâtum noſtrârum antiquârum: citò antícipent nos miſericórdiæ tuæ, quia páuperes facti ſumus nimis. ℣. Adiuua nos Deus ſalutâris noſter: & propter glóriam nóminis tui, Dómine, líbera nos: & propítius eſto peccâtis noſtris, propter nomen tuum.

Sequéntia ſancti Euangélij ſecúndum Ioánnem.

c. 12 ANte ſex dies Paſchæ venit Ieſus Bethániam, vbi Lázarus fúerat mórtuus, quem ſuſcitâuit Ieſus. Fecérunt autem ei cœnam ibi: & Martha miniſtrâbat. Lázarus verò vnus erat ex diſcumbéntibus cum eo. Marîa ergo accêpit librã vnguénti nardi píſtici pretióſi: & vnxit pedes Ieſu, & extérſit capíllis ſuis pedes eius: & domus implêta eſt ex odôre vnguénti. Dixit ergò vnus ex diſcípulis eius Iudas Iſcarióthes, qui erat eum traditûrus. Quare hoc vnguéntum non vénijt trecéntis denárijs, & datum eſt egénis? Dixit autem hoc, non quia de egénis pertinêbat ad eum: ſed quia fur erat, & lóculos habens, ea, quæ mittebántur, portâbat. Dixit ergo Ieſus. Sine illam, vt in diem ſepultúræ meæ ſeruet illud. Páuperes enim ſemper habébitis vobíſcum, me autem non ſemper habébitis. Cognôuit ergo turba multa ex Iudæis, quia illic eſt: & venérunt, non propter Ieſum tantùm, ſed vt Lázarum vidérent, quem ſuſcitâuit à mórtuis. Cogitauérunt autem príncipes ſacerdôtum vt & Lázarum interfícerent: quia multi propter illum abíbant ex Iudæis. Et credébãt in Ieſum. In cráſtinum autẽ turba multa quę vénerat ad diem feſtum, cũ

audíſſent quia venit Ieſus Hieroſólymam: accepérunt ramos palmârum & proceſſérunt óbuiã ei & clamábãt. Hoſanná benedíctus qui venit in nómine Dómini: rex Iſraél. Et inuênit Ieſus aſéllũ & ſedit ſuper eum: ſicut ſcriptũ eſt. Noli timêre fília Siõ: eccè rex tuus venit ſedens ſuper pullum áſinæ. Hæc non cognouérũt diſcípuli eius primum: ſed quando glorificâtus eſt Ieſus. Tunc recordáti ſunt: quia hæc erant ſcripta de eo, & hæc fecérũt ei. Teſtimónium ergo perhibêbat turba, quæ erat cum eo quando Lázarum vocâuit de monuménto: & ſuſcitâuit eum à mórtuis. Proptérea & óbuiã venit ei turba: quia audiérũt eum fecíſſe hoc ſignum. Phariſæi ergo dixérũt ad ſemetípſos. Vidêtis quia nihil profícimus? Ecce mundus totus poſt eum ábijt. Erant autem gentíles quidam ex his, qui aſcénderant: vt adorárent ín díe feſto. Hi ergo acceſſérũt ad Philíppũ qui erat à Bethſáida Galilææ: & rogábant eum dicéntes. Dómine: vólumus Ieſum vidêre. Venit Philíppus: & dicit Andréæ. Andréas rurſum & Philíppus dixérunt Ieſu. Ieſus autem reſpóndit eis dicens. Venit hora, vt clarificêtur fílius hóminis. Amen amen dico vobis, niſi granũ fruménti cadens in terram mórtuum fúerit: ipſum ſolum manet. Si autẽ mórtuum fúerit: multum fructum affert. Qui amat ánimã ſuam: perdet eam. Et qui odit ánimam ſuam in hoc mundo: in vitam æternam cuſtôdit eam. Si quis mihi miníſtrat: me ſequâtur. Et vbi ſum ego: illic & miníſter meus erit. Si quis mihi miniſtrâuerit: honorificâbit eum pater meus. Nunc ánima mea turbâta eſt. Et quid dicam? Pater ſaluífica me ex hora hac. Sed proptérea veni in horam hanc. Pater claríſica tuum nomen. Venit ergo vox de cœlo. Et clarificáui & iterum clarificâbo. Turba ergo quæ ſtabat & audíerat dicêbat toníſtruum factum eſſe. Alij dicébant. Angelus ei loquûtus eſt. Reſpóndit Ieſus & dixit. Nõ propter me vox hæc venit:

ſed propter vos. Nunc iudícium eſt mundi: nunc princeps huius mundi eijciêtur foras. Et ego ſi exaltâtus fúero à terra: ómnia trahã ad meípſum. Hoc autem dicêbat: ſigníficans qua morte eſſet moritûrus. Reſpóndit ei turba. Nos audíuimus ex lege: quia Chriſtus manet in ætérnum. Et quómodo tu dicis: opórtet exaltári fílium hóminis? Quis eſt iſte fílius hóminis? Dixit ergo ei Ieſus. Adhuc módicum lumen in vobis eſt. Ambulâte dum lucẽ habêtis: vt non ténebræ vos comprehéndant. Et qui ámbulat in ténebris, neſcit quo vadat. Dum lucem habêtis crédite in lucem: vt fílij lucis ſitis. Hæc loquûtus eſt Ieſus & ábijt & abſcóndit ſe ab eis.

Pſal. 142. Offert. Eripe me de inimícis meis Dómine: ad te confúgi: doce me fácere voluntâtem tuam: quia Deus meus es tu.

Secreta.

HÆc ſacrifícia nos, omnípotens Deus, poténti virtûte mundátos, ad ſuum fáciant purióres venîre princípium. Per Dóminum noſtrum Ieſum Chriſtum.

Commu. Erubéſcant, & reuereántur ſimul, qui gratulántur malis meis: induántur pudôre, & reueréntia, qui malígna loquúntur aduérſum me. Pſal. 34.

Poſt communionem.

PRæbeant nobis Dómine, diuînum tua ſancta feruôrem: quo eôrum páriter & actu delectêmur, & fructu. Per Dóminum.

Super populum. Orêmus.

Humiliâte cápita veſtra Deo.

ADiuua nos Deus ſalutâris noſter: & ad beneficia recolénda, quibus nos inſtaurâre dignâtus es, tríbue venîre gaudéntes. Per Dóminum noſtrum.

FERIA TERTIA.

Statio ad ſanctam Priſcam.

Introitus.

NOs autem gloriári opórtet in cruce Dómini noſtri Ieſu Chriſti: in quo eſt ſalus, vita, & reſurréctio noſtra: per quem ſaluáti, & liberáti ſumus. Gal. 6.

Pſalm. Deus miſereâtur noſtri, & benedîcat nobis: illúminet vultum ſuum ſuper nos, & miſereâtur noſtri. Pſal. 66.

Nos autem. Orêmus.

Flectámus génua, léuate.

Collecta.

OMnípotens ſempitérne Deus: da nobis ita Domínicæ paſsiônis ſacraménta perágere: vt indulgéntiam percípere mereâmur. Per eũdem Dóminum noſtrum.

Léctio Hieremíæ prophétę.

Cap. 11. IN diêbus illis: Dixit Hieremías: Dómine, demonſtráſti mihi, & cognóui: tu oſtendíſti mihi ſtúdia eôrum. Et ego quaſi agnus manſuêtus, qui portâtur ad víctimam: & non cognóui: quia cogitauérunt ſuper me conſília, dicéntes. Venîte: mittâmus lignũ in panem eius, & eradâmus eum de terra viuéntiũ, & nomẽ eius nõ memorêtur ámplius. Tu autem Dómine Sabaóth, qui iúdicas iuſté, & probas renes & corda: vídeam vltiônem tuam ex eis: tibi enim reueláui cauſam meã, Dómine Deus meus.

Pſal. 34. ℟. Ego autem dúm mihi moléſti eſſent, induêbam me cilício, & humiliábam in ieiúnio ánimam meam, & orátio mea in ſinu meo conuertêtur. ℣. Iúdica Dómine, nocéntes me: expúgna impugnántes me: apprehénde arma & ſcutum, & exúrge in adiutórium mihi. Dóminus vobíſcum. ℟. Et cum ſpíritu tuo.

Paſsio Dómini noſtri Ieſu Chriſti ſecúndum Marcũ.

Non dicitur Glória tibi Dómine.

IN illo tẽpore. C Erat Paſcha, & ázyma poſt bíduum: & quærêbant ſummi Sacerdótes & Scribæ, quómodo Ieſúm dolo tenérent, & occíderent. Dicébant autem. S Non in die feſto. C Ne fortè tumúltus fíeret in pópulo. Et cum eſſet Ieſús Betháníæ in domo Simônis lepróſi, & recúmberet: venit múlier habens alabáſtrum vnguénti nardi ſpicáti pretióſi, & fracto alabáſtro, effûdit ſuper caput eius. Erant autem quidam indígnè feréntes intra ſemetípſos, & dicéntes. S Vt quid perdítio iſta vnguénti facta eſt? Póterat enim vnguéntum iſtud venúndari plus quàm trecéntis denárijs, & dari paupéribus. C Et fremébant in eam. Ieſus autem dixit. ✠ Sínite eam. Quid illi moléſti eſtis? Bonum opus operâta eſt in me. Semper enim páuperes ha- Cap. 14.

bébitis

bébitis vobíſcum : & cúm voluerîtis, potéſtis illis benefâcere: me autem non ſemper habébitis. Quod hábuit, hæc fecit: præuênit vngere corpus meum in ſepultûram. Amen dico vobis: vbicúnquè prædicâtum fúerit Euangélium iſtud in vniuérſo mundo, & quod hæc fecit, narrábitur in memóriam eius. C Et Iudas Iſcarióthes vnus de duódecim ábijt ad ſummos ſacerdótes, vt próderet eum illis. Qui audiéntes gauíſi ſunt: & promiſérunt ei pecúniam ſe datúros. Et quærêbat quómodo illum opportúnè tráderet. Et primo die azymôrum, quando Paſcha immolábāt, dicunt ei diſcípuli. S Quò vis eâmus, & parêmus tibi, vt mandúces Paſcha? C Et mittit duos ex diſcípulis ſuis: & dicit eis. ✠ Ite in ciuitâtem: & occúrret vobis homo lagênam aquæ báiulans, ſequímini eum: & quocúnque introíerit, dícite dómino domus: quia Magíſter dicit. Vbi eſt reféctio mea, vbi Paſcha cum diſcípulis meis mandúcem? Et ipſe vobis demonſtrâbit cœnáculum grande, ſtratum: & illic parâte nobis. C Et abiérunt diſcípuli eius, & venérunt in ciuitâtem: & inuenérunt ſicut díxerat illis, & parauérunt Paſcha. Véſpere autem facto, venit cum duódecim. Et diſcumbéntibus eis, & manducántibus, ait Ieſus. ✠ Amen dico vobis: quia vnus ex vobis tradet me, qui mandûcat mecum. C At illi cœpérunt contriſtári, & dícere ei ſigillâtim. S Nunquid ego? C Qui ait illis. ✠ Vnus ex duódecim qui intíngit mécum manum in catíno. Et fílius quidem hóminis vadit ſicut ſcriptum eſt de eo. Væ autem hómini illi, per quem Fílius hóminis tradêtur. Bonum erat ei, ſi non eſſet natus homo ille. C Et manducántibus illis, accêpit Ieſus panem: & benedícens, fregit, & dedit eis, & ait. ✠ Súmite: hoc eſt corpus meum. C Et accépto cálice, grátias agens dedit eis. Et bibérunt ex illo omnes. Et ait illis.

✠ Hic eſt ſanguis meus noui teſtaménti, qui pro multis effundêtur. Amen dico vobis: quòd iam non bibam de genímine vitis vſque in diem illum, cum illud bibam nouum in regno Dei. C Et hymno dicto, exiérunt in montem oliuârum. Et ait illis Ieſus. ✠ Omnes ſcandalizabímini in me in nocte iſta: quia ſcriptum eſt. Percútiam paſtôrem, &
Zac. 13. diſpergéntur oues. Sed poſtquam reſurréxero, præcêdã vos in Galilæam. C Petrus autem ait illi. S Et ſi omnes ſcandalizáti fúerint, ſed non ego. C Et ait illis Ieſús. ✠ Amen dico tibi: quia tu hódie in nocte hac, priúſquam gallus bis vocem déderit, ter me es negatûrus. C At ille ámplius loquebâtur. S Et ſi oportúerit me ſimul cómmori tibi, non te negâbo: C Símiliter autem & omnes dicébãt. Et véniunt in prædium cui nomen Gethſemaní: & ait diſcípulis ſuis. ✠ Sedête hîc, donec orem. C Et aſſûmit Petrum, & Iacôbum, & Ioánnem ſecum: & cœpit pauêre, & tœdêre. Et ait illis. ✠ Triſtis eſt ánima mea vſque ad mortem. Suſtinête hîc, & vigilâte. C Et cùm proceſsíſſet paúlulum, prócidit ſuper terram: & orâbat, vt ſi fíeri poſſet, tranſíret ab eo hora: & dixit. ✠ Abbá, Pater, ómnia tibi poſsibília ſunt: transfer cálicem hunc à me. Sed non quod ego volo: ſed quod tu. C Et venit, & inuênit eos dormiẽtes. Et ait Petro. ✠ Simon, dormis? Non potuíſti vna hora vigilâre? Vigilâte, & orâte, vt non intrêtis in tẽtatiônem. Spíritus quidem promptus eſt: caro autem infírma. C Et íterum ábiens orâuit, eúndem ſermônem dicens. Et reuérſus dénno inuênit eos dormiéntes (erãt enim óculi eorum grauáti) & ignorábant, quid reſpondérent ei. Et venit tértio: & ait illis. ✠ Dormîte iam, & requiéſcite. Súfficit. Venit hora. Ecce tradêtur Fílius hóminis in manus peccatôrum. Súrgite, eâmus: ecce qui me tradet, propè eſt. C Et adhuc eo loquénte, venit Iudas Iſcarióthes vnus

de duódecim, & cum illo turba multa cum gládijs & lignis, miſsi à ſummis ſacerdótibus, & ſcribis, & ſenióribus. Déderat autem tráditor eis ſignum dicens. S Quemcúnque oſculâtus fúero, ipſe eſt: tenête eum, & dúcite cautè. C Et cum veníſſet, ſtatim accédens ad eum, ait. S Rabbí. C Et oſculâtus eſt eũ. At illi manus iniecérunt in Ieſum, & tenuérũt eum. Vnus autem de circũſtántibus edúcens gládium, percúſsit ſeruũ ſummi ſacerdôtis: & amputâuit illi aurículã. Et reſpóndens Ieſus, ait illis. ✠ Tanquam ad latrônem exíſtis cũ gládijs, & lignis comprehéndere me. Quotídie apud vos eram in templo docens, & non me tenuíſtis. Sed vt impleántur ſcriptúræ. C Tunc diſcípuli eius relinquéntes eum, omnes fugérunt. Adoléſcens autem quidam ſequebâtur eum amíctus ſíndone ſuper nudo: & tenuérunt eũ. At ille reiécta ſíndone, nudus profûgit ab eis. Et addu-xérunt Ieſum ad ſummum ſacerdôtem: & conuenérunt omnes ſacerdótes, & ſcribæ, & ſenióres. Petrus autem à longè ſecûtus eſt eum vſque intrò in átrium ſummi ſacerdôtis: & ſedêbat cum miníſtris, & calefaciêbat ſe ad ignem. Summi verò ſacerdótes & omne concílium, quærébant aduérſus Ieſum teſtimóniũ, vt eum morti tráderent: nec inueniébant. Multi enim teſtimónium falſum dicébãt aduérſus eum: & conueniéntia teſtimónia non erant. Et quidam ſurgéntes, falſum teſtimónium ferébant aduérſus eum, dicéntes. S Quóniã nos audíuimus eum dicéntẽ Ego diſſóluam templum hoc manufáctum: & poſt tríduũ aliud non manufáctum ædificâbo. C Et non erat conuéniens teſtimónium illôrum Exúrgens autem ſummus ſacérdos in médium, interrogâuit Ieſum, dicens. S Non reſpóndes quicquam ad ea, quę tibi obijciúntur ab his? C Ille autem tacêbat: & nihil reſpóndit. Rurſum ſummus ſacérdos interrogâbat eum: & dixit ei. S Tu es Chriſtus Fílius Deì benedícti? C Ieſus

autem dixit illi. ✠ Ego ſum. Et vidébitis Fílium hóminis ſedéntem à dextris virtûtis Dei, & veniéntem cum núbibus cœli. C Summus autem ſacérdos ſcindens veſtiménta ſua, ait. S Quid adhuc deſiderâmus teſtes? Audíſtis blaſphémiam. Quid vobis vidêtur? C Qui omnes condemnauérunt eum eſſe reum mortis. Et cœpérunt quidam conſpúere eum, & velâre fáciem eius: & cólaphis eum cædere, & dícere ei. S Prophetíza. C Et miníſtri álapis eum cædébāt. Et cum eſſet Petrus in átrio deórſum, venit vna ex ancíllis ſummi ſacerdôtis: & cùm vidíſſet Petrum calefaciéntē ſe, aſpíciens illum, ait. S Et tu cum Ieſu Nazaréno eras. C At ille negâuit, dicens. S Neque ſcio, neque noui quid dicas. C Et éxijt foras ante átrium: & gallus cantâuit. Rurſus autem cum vidíſſet illum ancílla, cœpit dícere circunſtántibus: quia hic ex illis eſt. At ille íterū negâuit. Et poſt puſillum rurſus, qui aſtábant, dicébant Petro. S Verè ex illis es: nam & Galilæus es. C Ille autem cœpit anathematizâre & iurâre: quia néſcio hóminem iſtum, quē dícitis. Et ſtatim íterum gallus cantâuit. Et recordâtus eſt Petrus verbi, quod díxerat ei Ieſus: priúſquam gallus cantet bis, ter me negâbis. Et cœpit flere. Et conféſtim, manè conſíliū faciéntes ſummi ſacerdótes cū ſenióribus & ſcribis & vniuérſo concílio, vinciéntes Ieſum, duxérunt & tradidérunt Piláto. Et interrogâuit eum Pilatus. S Tu es Rex Iudæôrum? C At ille reſpóndens, ait illi. ✠ Tu dicis. C Et accuſábant eum ſummi ſacerdótes in multis. Pilâtus autem rurſum interrogâuit eū, dicens. S Nō reſpóndes quicquam? Vide in quantis te accúſant. C Ieſus autem ámplius nihil reſpóndit: ita vt mirarêtur Pilâtus. Per diem autem feſtum ſolêbat illis dimíttere vnum ex vinctis, quemcúnque petiíſſent. Erat autem, qui dicebâtur Barábbas, qui cum ſeditióſis erat vinctus: qui in ſeditiône fécerat homicídium. Et cum

aſcendíſſet turba, cœpit rogâre, ſicut ſemper faciêbat illis. Pilâtus autem reſpóndit eis, & dixit. S Vultis dimíttam vobis regem Iudæôrũ? C Sciêbat enim, quòd per inuídiam tradidíſſent eum ſummi ſacerdótes. Pontífices autem concitauérunt turbam: vt magis Barábbam dimítteret eis. Pilâtus autem íterum reſpóndens, ait illis. S Quid ergo vultis fáciam regi Iudæôrum? C At illi íterum clamauérunt. S Crucifíge eum. C Pilâtus verò dicêbat eis. S Quid enim mali fecit? C At illi magis clamábant. S Crucifíge eum. C Pilâtus autem volens pópulo ſatisfácere, dimîſit illis Barábbam: & trâdidit Ieſum flagéllis cæſum, vt crucifigerêtur. Mílites autem duxérunt eum intrò in átriũ prætórij, & cónuocant totam cohórtem: & índuunt eum púrpura, & impónunt ei plecténtes ſpíneam corônam. Et cœpérunt ſalutâre eum. S Aue Rex Iudæôrum. C Et percutiébant caput eius arúndine: & conſpuébant eum, & ponéntes génua, adorábant eum. Et poſtquam illuſérunt ei, exuérunt illum púrpura, & induérunt eum veſtiméntis ſuis: & edúcunt illum, vt crucifígerent eum. Et angariauérunt prętereúntem quémpiam Simônem Cyrenæum veniéntem de villa, patrem Alexándri & Rufi, vt tólleret crucem eius. Et perdúcunt eum in Gólgotha locum: quod eſt interpretâtum, Caluáriæ locus. Et dabant ei bíbere myrrhâtum vinum: & non accêpit. Et crucifigéntes eum, diuiſérunt veſtiménta eius: mitténtes ſortem ſuper eis, quis quid tólleret. Erat autem hora tértia: & crucifixérunt eum. Et erat títulus cauſæ eius inſcríptus, Rex Iudæôrum. Et cum eo crucifixérunt duos latrónes: vnum à dextris, & álium à ſiníſtris eius. Et implêta eſt ſcriptûra, quæ dicit: Et cum iníquis reputâtus eſt. Isa. 53. Et prætereúntes blaſphemábãt eum, mouéntes cápita ſua, & dicéntes. S Vah, qui déſtruis templum Dei, & in

tribus diêbus reædíficas: ſaluum fac temetípſum deſcéndens de cruce. C Simíliter & ſummi ſacerdótes, illudéntes ad altérutrum cum ſcribis dicébant. S Alios ſaluos fecit, ſeípſum non poteſt ſaluum fácere: Chriſtus Rex Iſraél, deſcéndat nunc de cruce: vt videâmus & credâmus. C Et qui cum eo crucifíxi erant, conuitiabántur ei. Et facta hora ſexta, ténebræ factæ ſunt ſuper totam terram, vſque in horam nonam. Et hora nona exclamâuit Ieſus voce magna, dicẽs. ✠ Eloi, Eloi: lamaſabacthani? C Quod eſt interpretâtũ. ✠ Deus meus, Deus meus, vt quid dereliquíſti me? C Et quidam de circunſtántibus audiéntes dicébant. S Ecce, Elîam vocat. C Currens autem vnus, & implens ſpóngiam acéto, circumpónenſq; cálamo, potũ dabat ei, dicens. S Sínite, videâmus ſi véniat Elías ad deponéndum eum. C Ieſus autem emíſſa voce magna, expirâuit. Hîc pauſatur aliquãtulum, & iacet humi poſtratus, ſacerdos, miniſter, & chorus. Et velum templi ſciſſum eſt in duo, à ſummo vſq; deórſum. Videns autem Cẽtúrio, qui ex aduérſo ſtabat, quia ſic clamans expiráſſet, ait. S Verè hic homo Fílius Dei erat. C Erant autem & mulíeres de lõgè aſpiciéntes: inter quas erat Marîa Magdaléne, & Marîa Iacóbi minôris, & Ioſéph mater, & Salomé, & cùm eſſet in Galilæa, ſequebántur eum, & miniſtrábant ei: & áliæ multæ, quæ ſimul cũ eo aſcẽderãt Hieroſolymã.

ET cùm iam ſerò eſſet factum, (quia erat Paraſcéue, quod eſt ante ſábbathum) venit Ioſéph ab Arimathía nóbilis decúrio, qui & ipſe erat expéctans regnum Dei. Et audácter introîuit ad Pilâtum: & pétijt corpus Ieſu. Pilâtus autem mirabâtur, ſi iam obiiſſet. Et accerſito Cẽturiône, interrogâuit eum, ſi iam mórtuus eſſet. Et cum cognouíſſet à Centuriône: donâuit corpus Ioſéph. Ioſéph autem mercâtus ſíndonẽ, & depónens eũ inuóluit ſíndone, & póſuit eum in monuménto, quod excîſum erat

de pe-

de petra, & aduóluit lápidē ad óſtium monuménti.

Pſal. 139. Offerto. Cuſtódi me Dómine, de manu peccatóris: & ab homínibus iníquis éripe me. Secreta.

SAcrifícia nos, quæſumus Dómine, propénſius iſta reſtáurēt, quæ medicinálibus ſunt inſtitûta ieiúnijs. Per Dóminum noſtrum.

Pſal. 68. Commu. Aduérſum me exercebántur, qui ſedébant in porta: & in me pſallébant, qui bibébant vinum: ego verò oratiônem meam ad te Dómine: tempus beneplácito Deus: in multitúdine miſericórdiæ tuæ exáudi me.

Poſt communionem.

SAnctificatiónibus tuis, omnípotens Deus, & vítia noſtra curéntur: & remédia nobis ſempitérna prouéniant. Per Dóminum.

Super populum. Orémus.

Humiliáte cápita veſtra Deo.

TVa nos miſericórdia De⁹, & ab omni ſurreptiône vetuſtâtis expúrget: & capáces ſanctæ nouitâtis effíciat. Per Dóminum noſtrum Ieſum Chriſtum.

FERIA QVARTA.

Statio ad S. Mariam maiorem.

Introitus.

IN nómine Ieſu omne genu flectâtur, cœléſtium, terréſtrium, & infernôrum: quia Dóminus factus eſt obédiens vſq; ad mortem, mortem autem crucis: ídeo Dn̄s Ieſus Chriſtus in glória eſt Dei Patris. Phil. 2.

Pſalm. Dómine exáudi oratiônem meam: & clamor meus ad te véniat. Pſal. 101.

In nomine Ieſu.

Orêmus. Flectâmus génua.

℟. Leuâte. Collecta.

PRæſta, quæſumus omnípotens Deus: vt qui pro noſtris excéſsibus inceſſánter afflígimur: per vnigéniti tui paſsiônē liberêmur. Qui tecum viuit & regnat.

Prophetia.

Léctio Iſaíæ prophétæ.

HÆc dicit Dn̄s Deus. Dícite fíliæ Sión. Ecce ſaluâtor tuus venit: ecce merces eius cum eo, & opus eius coram illo. Quis eſt iſte qui venit de Edóm, tinctis véſtibus de Boſra? Iſte formôſus in ſtola ſua; grádiens in multitúdine fortitúdinis ſuæ. Ego qui loquor iuſtítiā: & propugnâtor ſum ad ſaluādum. Quare Isa. 62 & 63.

ergo

ergo rubrum eſt induméntũ tuum? & veſtiménta tua ſicut calcántium in torculári? Torcûlar calcáui ſolus: & de géntibus non eſt vir mecum. Calcáui eos in furôre meo: & conculcáui eos in ira mea. Et aſpérſus eſt ſanguis eôrũ ſuper veſtiménta mea: & ómnia induménta mea inquináui. Dies enim vltiônis in corde meo: annus retributiônis meæ venit. Circunſpéxi, & non erat auxiliâtor: quæſíui, & non fuit, qui adiuuâret. Et ſaluâuit mihi bráchium meũ: & indignátio mea ipſa auxiliâta eſt mihi. Et conculcáui pópulos in furôre meo? & inebriáui eos in indignatiône mea, & detraxi in terram virtûtem eôrum. Miſeratiônũ Dómini recordâbor: laudẽ Dómini ſuper ómnibus, quæ réddidit nobis Dóminus Deus noſter.

Pſal. 68. ℟. Ne auértas fáciem tuam à púero tuo, quóniam tríbulor velóciter exáudi me. ℣. Saluum me fac Deus, quóniam intrauérunt aquæ vſque ad ánimam meam: infíxus ſum in limo profúndi, & non eſt ſubſtántia.

Hic non dicitur Dóminus vobíſcum: ſed Orêmus. Flectâmus génua, leuáte.

Collecta.

DEus, qui pro nobis Fílium tuum Crucis patíbulum ſubîre voluíſti? vt inimíci à nobis expélleres poteſtâtem: concêde nobis fámulis tuis? vt reſurrectiônis grátiam conſequâmur. Per eún.

Léctio Iſaíæ prophétæ.

IN diêbus illis: Dixit Iſaías. Dómine, quis crédidit audítui noſtro: & bráchium Dómini cui reuelâtum eſt? Et aſcéndet ſicut virgúltum coram eo: & ſicut radix de terra ſitiénti. Non eſt ſpécies ei, neque decor. Et vídimus eũ, & non erat aſpéctus, & deſiderâuimus eum: deſpéctum, & nouíſsimum virôrum, virum dolôrum, & ſciéntem infirmitâtẽ. Et quaſi abſcónditus vultus eius, & deſpéctus: vnde nec reputáuimus eum. Verè languóres noſtros ipſe tulit: & dolóres noſtros ipſe portâuit. Et nos putáuimus eum quaſi leprôſum, & percúſſum à Deo, & humiliâtum. Ipſe autem vulnerâtus eſt propter iniquitâtes noſtras: attrîtus eſt propter c.53

ſcélera

ſcélera noſtra. Diſciplîna pacis noſtræ ſuper eum: & liuôre eius ſanáti ſumus. Omnes nos quaſi oues erráuimus, vnuſquíſque in viam ſuam declinâuit: & póſuit Dóminus in eo iniquitâtem ómniũ noſtrũ. Oblâtus eſt, quia ipſe vóluit: & non apéruit os ſuum. Sicut ouis ad occiſiônem ducêtur: & quaſi agnus coram tondénte ſe, obmutéſcet: & non apériet os ſuum. De angúſtia, & de iudício ſublâtus eſt. Generatiônẽ eius quis enarrâbit? Quia abſcíſſus eſt de terra viuéntium. Propter ſcelus pópuli mei percúſsi eum. Et dabit ímpios pro ſepultúra, & díuité pro morte ſua: eò quòd iniquitâtem non fécerit, nec dolus fúerit in ore eius. Et Dóminus vóluit contérere eum in infirmitâte. Si poſúerit pro peccáto ánimam ſuã, vidêbit ſemen longęuum, & volúntas Dómini in manu eius dirigêtur. Pro eo quòd laborâuit ánima eius, vidêbit & ſaturábitur. In ſciéntia ſua iuſtificâbit ipſe iuſtus ſeruus meus multos: & iniquitátes eôrum ipſe portâbit. Ideo diſpértiam ei plúrimos: & fórtiũ díuidet ſpólia, pro eo, quòd trádidit in mortem ánimam ſuam, & cum ſcelerátis reputâtus eſt. Et ipſe peccâta multôrum tulit: & pro tranſgreſſóribus rogâuit.

Tractus. Dómine exáudi oratiônem meam, & clamor meus ad re véniat. ℣. Ne auértas fáciem tuam à me: in quacúnque die tríbulor: inclína ad me aurem tuam. ℣. In quacúnque die inuocáuero te, velóciter exáudi me. ℣. Quia defecérunt ſicut fumus dies mei: & oſſa mea, ſicut in frixório, confríxa ſunt. ℣. Percúſſus ſum ſicut fœnum, & áruit cor meum, quia oblîtus ſum manducâre panem meum. Pſal. 101.

℣. Tu exúrgens Dómine, miſeréberis Sión: quia venit tempus miſeréndi eius. Dóminus vobíſcũ. ℟. Et cum ſpíritu tuo.

Paſsio Dómini noſtri Ieſu Chriſti ſecúndum Lucam. Nõ dicitur. Glória tibi, &c.

IN illo tempore: c. 22. Appropinquâbat dies feſtus azymôrum, qui dícitur Paſcha: & quærébant príncipes ſacerdôtum & ſcribæ, quómodo Ieſum interficerent: timébãt

verò plebem. Intrâuit autem Sathánas in Iudam, qui cognominabâtur Iſcariótes, vnum de duódecim: & ábijt, & locûtus eſt cum princípibus ſacerdôtum & magiſtrátibus, quemádmodum illum tráderet eis. Et gauíſi ſunt: & pacti ſunt pecúniam illi dare. Et ſpopóndit. Et quærêbat opportunitâtē, vt tráderet illum ſine turbis. Venit autē dies azymôrum, in qua necéſſe erat occídi Paſcha. Et miſit Petrū, & Ioánnem, dicens. ✠ Eúntes parâte nobis Paſcha: vt manducêmus. C At illi dixérunt. S Vbi vis parêmus? C Et dixit ad eos. ✠ Ecce introeúntibus vobis in ciuitâtem, occúrret vobis homo ámphoram aquæ portans: ſequímini eum in domum, in quam intrat, & dicêtis patrifamílias domus. Dicit tibi magíſter: vbi eſt diuerſórium, vbi Paſcha cum diſcípulis meis mandûcē? Et ipſe vobis oſténdet cœnáculum magnū ſtratum: & ibi parâte. C Eúntes autem inuenérunt ſicut dixit illis: & parauérunt Paſcha.

Et cum facta eſſet hora, diſcúbuit, & duódecim Apóſtoli cum eo, & ait illis. ✠ Deſidério deſideráui hoc Paſcha manducâre vobíſcum, antequam pátiar. Dico enim vobis: quia ex hoc non manducâbo illud, donec impleâtur in regno Dei. C Et accépto cálice, grátias egit, & dixit. ✠ Accípite, & diuídite inter vos. Dico enim vobis quòd nō bibam de generatiône vitis, donec regnū Dei véniat. C Et accépto pane, grátias egit, & fregit: & dedit eis, dicens. ✠ Hoc eſt corpus meū, quod pro vobis datur. Hoc fácite in meam commemoratiônem. C Simíliter & cálicem, poſtquam cœnâuit, dicens. ✠ Hic calix nouum teſtaméntum eſt in ſánguine meo, qui pro vobis effundêtur. Verúntamen ecce manus tradéntis me, mecum eſt in menſa. Et quidem fílius hóminis, ſecúndum quod definîtum eſt, vadit: verúntamē væ hómini illi, per quem tradêtur. C Et ipſi cœpérunt quærere inter ſe, quis eſſet ex eis, qui hoc factûrus eſſet.

Facta eſt autem & contén-
tio inter eos, quis eôrum vi-
derêtur eſſe maior. Dixit au-
tem eis ✠ Reges géntium do
minántur eôrum: & qui po-
teſtâtem habent ſuper eos, be
néfici vocántur. Vos autem
non ſic: ſed qui maior eſt in
vobis, fiat ſicut minor: & qui
præcéſſor eſt, ſicut miniſtrâ-
tor. Nam quis maior eſt, qui
recúmbit, an qui miníſtrat?
Nónne qui recúmbit? Ego au
tem in médio veſtrum ſum,
ſicut qui miníſtrat: vos autẽ
eſtis qui permanſiſtis mecũ
in tentatiónibus meis. Et ego
diſpôno vobis ſicut diſpóſuit
mihi Pater meus regnum: vt
edâtis & bibâtis ſuper men-
ſam meam in regno meo: &
ſedeâtis ſuper thronos, iudi-
cántes duódecim tribus Iſ-
raél. C Ait autem Dóminus
Simóni. ✠ Simõ, ecce ſathá-
nas éxpetîuit vos, vt cribrâ-
ret ſicut tríticum. Ego autem
rogáui pro te, vt non deſíciat
fides tua: & tu aliquándo cõ
uérſus, confírma fratres tuos.
C Qui dixit ei. S Dómine,
tecum parâtus ſum & in cár
cerem & in mortẽ ire. C Et
ille dixit. ✠ Dico tibi Petre,
non cantâbit hódie gallus,
donec ter ábneges noſſe me.
C Et dixit eis. ✠ Quãdo mi
ſi vos ſine ſácculo, & pera,
& calceaméntis: nunquid áli
quid défuit vobis? C At illi
dixérunt. S Nihil. C Dixit
ergo eis. ✠ Sed nunc qui ha-
bet ſácculum, tollat: ſimíliter
& peram. Et qui non habet,
vendat túnicam ſuam &
emat gládium. Dico enim vo
bis, quóniã adhuc hoc quod
ſcriptum eſt, opórtet impléri
in me: Et cum iníquis depu-
tâtus eſt. Etenim ea quę ſunt Iſa. 53.
de me, finem habent. C At
illi dixérunt. S Dómine, ecce
gládij duo hic. C At ille di-
xit eis. ✠ Satis eſt. C Et egréſ
ſus ibat ſecúndum conſue-
túdinem in montem oliuâ-
rum. Secúti ſunt autem illũ
& diſcípuli. Et cum perue-
níſſet ad locum, dixit illis.
✠ Orâte, ne intrêtis in ten-
tatiônem. C Et ipſe auúlſus
eſt ab eis quantum iactus eſt
lápidis: & póſitis génibus
orâbat, dicens. ✠ Pater, ſi
vis, transfer cálicem iſtum à
me. Verúntamen non mea

volúntas,ſed tua fiat. C Appáruit autem illi ángelus de cœlo, confórtans eum. Et fáctus in agonía, prolíxius orâbat. Et factus eſt ſudor eius ſicut guttæ ſánguinis decurréntis in terram. Et cum ſurrexíſſet ab oratiône, & veníſſet ad diſcípulos ſuos, inuênit eos dormiéntes præ triſtítia: & ait illis. ✠ Quid dormîtis? Súrgite, orâte, ne intrêtis in tentatiônem. C Adhuc eo loquénte, ecce turba: & qui vocabâtur Iudas, vnus de duódecim, antecedêbat eos, & appropinquâuit Ieſu, vt oſcularêtur eum. Ieſus autem dixit illi. ✠ Iuda, óſculo fílium hóminis tradis? C Vidéntes autem hi qui circa ipſum erãt, quod futûrum erat, dixérunt ei. S Dómine, ſi percútimus in gládio? C Et percúſsit vnus ex eis ſeruum príncipis ſacerdôtum: & amputâuit auriculam eius déxteram. Reſpóndens autem Ieſus, ait. ✠ Sínite vſq; huc. C Et cùm tetigíſſet auriculam eius, ſanâuit eum. Dixit autem Ieſus ad eos qui vénerant ad ſe, príncipes ſacerdôtum & magiſtrâtus templi, & ſenióres. ✠ Quaſi ad latrônem exíſtis cum gládijs & fúſtibus? Cum quotídie vobíſcũ fúerim in templo, non extendíſtis manus in me. Sed hæc eſt hora veſtra, & potéſtas tenebrârum. C Comprehendéntes autem eum, duxérunt ad domum príncipis ſacerdôtum. Petrus verò ſequebâtur eum à longè. Accénſo autem igne in médio átrij, & circunſedéntibus illis, erat Petrus in médio eôrum. Quem cùm vidíſſet ancílla quædam ſedéntem ad lumen, & eum fuíſſet intúita, dixit. S Et hic cum illo erat. C At ille negâuit eũ, dicens. S Múlier, non noui illũ. C Et poſt puſíllum álius videns eum, dixit. S Et tu de illis es. C Petrus verò ait. S O homo, non ſum. C Et interuállo facto, quaſi horæ vnîus, álius quidam affirmâbat, dicens. S Verè & hic cũ illo erat. Nam & Galilæus eſt. C Et ait Petrus. S Homo, néſcio quid dicis. C Et contínuò, adhuc illo loquénte, cantâuit gallus. Et conuérſus

Dóminus reſpéxit Petrum. Et recordâtus eſt Petrus verbi Dómini, ſicut díxerat: quia príuſquam gallus cantet, ter me negâbis. Et egréſſus foras Petrus fleuit amárè. Et viri qui tenébant illum, illudébant ei, cædéntes. Et velauérunt eum: & percutiébant fáciem eius: & interrogábant eum, dicéntes. S Prophetíza, quis eſt qui te percúſsit? C Et ália multa blaſphemántes dicébant in eum. Et vt factus eſt dies, conuenérũt ſenióres plebis & príncipes ſacerdôtum & ſcribæ, & duxérunt illum in concílium ſuum, dicéntes. S Si tu es Chriſtus, dic nobis. C Et ait illis. ✠ Si vobis díxero, non credêtis mihi: ſi autem & interrogáuero, non reſpondébitis mihi, neque dimittêtis. Ex hoc autem erit Fílius hóminis ſedens à dextris virtûtis Dei. C Dixérunt autem omnes. S Tu ergo es Fílius Dei? C Qui ait. ✠ Vos dícitis, quia ego ſum. C At illi dixérunt.. S Quid adhuc deſiderâmus teſtimónium? Ipſi enim audíuimus de ore eius. C Et ſurgens omnis multitûdo eôrum duxérunt illum ad Pilâtum. Cœpérunt autem accuſâre illum, dicéntes. S Hunc inuénimus ſubuerténtem gentem noſtram: & prohibéntem tribûta dari Cæſari, & dicéntem ſe Chriſtum regem eſſe. C Pilâtus autem interrogâuit eum dicens. S Tu es rex Iudæôrũ? C At ille reſpóndens ait. ✠ Tu dicis. C Ait autem Pilâtus ad príncipes ſacerdôtum & turbas. S Nihil inuénio cauſæ in hoc hómine. C At illi inualeſcébant, dicéntes. S Cõmôuit pópulum, docens per vniuérſam Iudæam, incípiens à Galilæa vſque huc. C Pilâtus autem áudiens Galilæam, interrogâuit ſi homo Galilæus eſſet. Et vt cognôuit, quòd de Herôdis poteſtâte eſſet, remîſit eum ad Herôdem, qui & ipſe Hieroſólymis erat illis diêbus. Heródes autem viſo Ieſu, gauîſus eſt valdè. Erat enim cúpiens ex multo témpore vidêre illum, eò quòd audîret multa de illo: & ſperâ-

bat ſignum áliquod vidêre ab eo fíeri. Interrogâbat autem illum multis ſermónibus. At ipſe nihil illi reſpondêbat. Stabant autem príncipes ſacerdôtum & ſcribæ cõſtánter accuſántes eum. Spreuit autem illum Heródes cũ exércitu ſuo: & illûſit indûtum veſte alba, & remîſit ad Pilâtum. Et facti ſunt amíci Heródes & Pilâtus in ipſa die: nam ántea inimíci erant adínuicem. Pilâtus autem cõuocátis princípibus ſacerdôtum, & magiſtrátibus, & plebe, dixit ad illos. S Obtulíſtis mihi hunc hóminem, quaſi auerténtem pópulum: & ecce ego coram vobis intérrogans, nullam cauſam inuénio in hómine iſto ex his in quibus eum accuſâtis. Sed neque Heródes. Nam remíſi vos ad illum: & ecce, nihil dignum morte actum eſt ei. Emendâtum ergo illum dimíttam. C Necéſſe autem habêbat dimíttere eis per diẽ feſtum, vnum. Exclamâuit autem ſimul vniuérſa turba, dicens, S Tolle hunc, & dimítte nobis Barábbã. C Qui erat propter ſeditiônẽ quandam factam in ciuitâte & homicídium, miſſus in cárcerẽ. Iterum autem Pilâtus locûtus eſt ad illos, volens dimíttere Ieſum. At illi ſucclamábant, dicéntes. S Crucifíge, crucifíge eum. C Ille autem tertiò dixit ad illos. S Quid enim mali fecit iſte? Nullam cauſam mortis inuénio in eo. Corrípiam ergo illum, & dimíttam. C At illi inſtábãt vócibus magnis poſtulántes vt crucifigerêtur: & inualeſcébant voces eôrum. Et Pilâtus adiudicâuit fíeri petitiônem eôrum. Dimîſit autem illis eum qui propter homicídium & ſeditiônem miſſus fúerat in cárcerem, quem petébant: Ieſum verò trádidit voluntáti eôrum. Et cùm dúcerent eum, apprehendérunt Simônem quendam Cyrenénſem veniéntem de villa: & impoſuérunt illi crucem portâre poſt Ieſum. Sequebâtur autem illum multa turba pópuli, & mulíerum: quæ plãgébant & lamentabántur eũ. Conuérſus autem Ieſus ad illas, dixit. ✠ Fíliæ Hieruſalẽ

nolîte

nolîte flere ſuper me: ſed ſuper vos ipſas flete, & ſuper fílios veſtros. Quóniam ecce vénient dies, in quibus dicent. Beátæ ſtériles, & ventres qui non genuérunt, & vbera quæ non lactauérunt. Tunc incípient dícere móntibus, cádite ſuper nos: & cóllibus, operîte nos. Quia ſi in víridi ligno hæc fáciunt: in árido quid fiet? C Ducebántur autem & álij duo nequam cum eo: vt interficeréntur. Et poſtquam venérunt in locum, qui vocâtur Caluáriæ, ibi crucifixérunt eum: & latrónes, vnum à dextris, & álterum à ſiníſtris. Ieſus autem dicêbat. ✠ Pater dimítte illis: non enim ſciunt quid fáciunt. C Diuidéntes verò veſtimẽta eius, miſérunt ſortes. Et ſtabat pópulus ſpectans: & deridébant eum príncipes cum eis, dicéntes. S Alios ſaluos fecit: ſe ſaluum fáciat, ſi hic eſt Chriſtus, Dei eléctus. C Illudébant autem ei & mílites accedéntes, & acêtum offeréntes illi, & dicéntes. S Si tu es rex Iudæôrũ, ſaluum te fac. C Erat autem & ſuperſcríptio ſcripta ſuper eum líteris Græcis, & Latínis, & Hebráicis: Hic eſt rex Iudæôrum. Vnus autem de his qui pendébant latrónibus, blaſphemâbat eum, dicens. S Si tu es Chriſtus, ſaluum fac temetípſum, & nos. C Reſpóndens autem alter, increpâbat eum, dicens. S Neque tu times Deum, qui in eâdem damnatiône es? Et nos quidem iuſtè, nam digna factis recípimus: hic verò nihil mali geſſit. C Et dicêbat ad Ieſum. S Dómine, meménto mei, cum véneris in regnum tuum. C Et dixit illi Ieſus. ✠ Amén dico tibi: hódiè mecum eris in paradíſo. C Erat autem ferè hora ſexta: & ténebrę factæ ſunt in vniuérſam terram, vſque in horam nonam. Et obſcurâtus eſt Sol: & velum templi ſciſſum eſt médium. Et clamans Ieſus voce magna, ait. ✠ Pater, in manus tuas commêndo ſpíritum meum. C Et hæc dicens, expirâuit. Hîc pauſatur aliquantulum & iacet humi proſtratus ſa-

cerdos, miniſter, & chorus.
Videns autẽ Centúrio quod factum fúerat, glorificâuit Deum, dicens. S Verè hic homo iuſtus erat. C Et omnis turba eôrum qui ſimul áderant ad ſpectáculum iſtud, & vidébant quæ fiébant: percutiéntes péctora ſua, reuertebántur. Stabant autem omnes noti eius à longè: & mulíeres, quæ ſecútæ erant eum à Galilæa, hæc vidéntes.

ET ecce vir nómine Ioſeph, qui erat decúrio: vir bonus, & iuſtus: hic non conſénſerat conſilio & áctibus eôrum ab Arimathía ciuitâte Iudææ: qui expectâbat & ipſe regnum Dei. Hic accéſsit ad Pilâtum, & pétijt corpus Ieſu. Et depóſitum inuóluit ſíndone: & póſuit eum in monuménto excíſo, in quo nondum quiſquam póſitus fúerat.

Pſal. 101 Offerto. Dómine exáudi oratiónem meam, & clamor meus ad te perueniat.

Secreta.

PVrífica nos miſéricors Deus: vt ecclésiæ tuæ preces quæ tibi gratæ ſunt. Pia múnera deferéntes fiant expiátis mẽtibus gratióres. Per Dóminum noſtrum Ieſum Chriſtum Filium tuum. Qui tecum viuit & regnat, &c.

Communio. Potum meum cum fletu temperâbam: quia éleuans alliſiſti me, & ego ſicut fœnum árui: tu autem Dómine in ætérnum pérmanes: tu exúrgens miſeréberis Sión, quia venit tempus miſeréndi eius. Pſal. 101

Poſt communionem.

LArgîre ſénſibus noſtris omnípotens Deus: vt, per temporâlem Fílij tui mortem, quam myſtéria veneránda teſtántur, vitam te nobis dedíſſe perpétuam confidâmus. Per eundem Dóminum noſtrum.

Super populum. Orêmus.

Humiliâte cápita veſtra Deo.

REſpice, quæſumus Dómine, ſuper hanc famíliam tuam; pro qua Dóminus noſter Ieſus Chriſtus non dubitâuit mánibus tradi nocéntium, & Crucis ſubîre torméntum. Qui tecum viuit, & regnat in vnitâte Spíritus ſancti Deus.

****

FERIA V. IN COENA DOMINI.

Statio ad S. Ioannem in Laterano.

Introitus.

Gal. 6. NOS autem gloriári opórtet in cruce Dómini noſtri IeſuChriſti: in quo eſt ſalus, vita & reſurréctio noſtra: per quem ſaluáti, & liberáti ſumus.

Pſal. 66. Pſalm. Deus miſereâtur noſtri & benedîcat nobis: illúminet vultum ſuũ ſuper nos, & miſereâtur noſtri,

Nos autem gloriári. Dóminus vobíſcum. Orêmus. Nõ dicitur. Flectâmus génua.

Collecta.

DEus, à quo & Iudas reâtus ſui pœnam, & confeſsiônis ſuæ latro præmiũ ſumpſit: concêde nobis tuæ propitiatiônis effêctum: vt ſicut in paſsiône ſua Ieſus Chriſtus Dóminus noſter diuérſa vtríſque íntulit ſtipéndia meritôrum: ita nobis, abláto vetuſtâtis errôre, reſurrectiônis ſuæ grátiam largiâtur. Qui tecum viuit & regnat in vnitâte Spíritus, &c.

Léctio Epiſtolæ beáti Pauli apóſtoli ad Corínthios.

FRatres: Conueniéntibus vobis in vnum, iam non eſt Domínicam cœnam mãducâre. Vnuſquíſque enim cœnam ſuam præſûmit ad manducándum. Et álius quidem éſurit: álius auté ébrius eſt. Nunquid domos non habêtis ad manducándum & bibéndum? Aut Eccléſiam Dei contémnitis, & confúnditis eos qui non habent? Quid dicam vobis? Laudo vos? In hoc non laudo. Ego enim accépi à Dómino, quod & trádidi vobis: quóniam Dóminus Ieſus in qua nocte tradebâtur, accêpit panem: & grátias agens fregit, & dixit. Accípite, & manducâte: hoc eſt corpus meum, quod pro vobis tradêtur. Hoc fácite in meam commemoratiônem. Símiliter & cálicem, poſtquam cœnâuit, dicens. Hic calix, nouum teſtaméntum eſt in meo ſánguine. Hoc fácite, quotieſcúnque bibêtis, in meam commemoratiônem.

1. ca. 11.

Matthęi. 26. Marci 14 Luc. 22.

Quotieſcúnque enim manducábitis panem hunc, & cálicem bibêtis, mortem Dómini annunciábitis, donec véniat. Itaque quicúnque manducáuerit panem, & bíberit cálicem Dómini indignè: reus erit córporis & ſánguinis Dómini. Probet autem ſeípſum homo: & ſic de pane illo edat, & de cálice bibat. Qui enim mandûcat & bibit indignè: iudícium ſibi mandûcat & bibit, non diiúdicans corpus Dómini. Ideò inter vos multi infírmi & imbecílles: & dórmiunt multi. Quod ſi noſmetípſos diiudicarêmus: non vtique iudicarêmur. Dum iudicâmur autem, à Dómino corrípimur, vt non cum hoc mundo damnêmur

Philip. 2 ℟. Chriſtus factus eſt pro nobis obédiens vſque ad mortem, mortem autem crucis. ℣. Propter quod & Deus exaltâuit illum: & dedit illi nomen, quod eſt ſuper omne nomen.

Sequéntia ſancti Euangélij ſecúndum Ioánnem.

ANte diem feſtū Paſchæ, ſciens Ieſus, quia venit hora eius, vt trâſeat ex hoc mundo ad Patrem: cum dilexíſſet ſuos, qui erant in mundo, in finem diléxit eos. Et cœna facta, cum diábolus iam miſiſſet in cor, vt tráderet eum Iudas Simônis Iſcarióthes: ſciens quia ómnia dedit ei Pater in manus, & quia à Deo exîuit, & ad Deum vadit: ſurgit à cœna, & ponit veſtiménta ſua. Et cùm accepíſſet línteum, præcínxit ſe. Deínde miſit aquam in peluim, & cœpit lauâre pedes diſcipulôrum, & extérgere línteo quo erat pręcínctus. Venit ergo ad Simônem Petrum. Et dicit ei Petrus. Dómine, tu mihi lauas pedes? Reſpóndit Ieſus, & dixit ei. Quod ego fácio, tu neſcis modò: ſcies autem póſtea. Dicit ei Petrus. Non lauâbis mihi pedes in ætérnum. Reſpóndit ei Ieſus. Si non láuero te, non habêbis partem mecum. Dicit ei Simon Petrus. Dómine, non c. 13

tan-

tantùm pedes meos, ſed & manus & caput. Dicit ei Ieſus. Qui lotus eſt, non índiget niſi vt pedes lauet, ſed eſt mundus totus. Et vos mũdi eſtis: ſed non omnes. Sciêbat enim quiſnam eſſet qui tráderet eum: proptérea dixit, non eſtis mundi omnes. Poſtquam ergo lauit pedes eôrum, accêpit veſtiménta ſua. Et cùm recubuíſſet íterum, dicit eis. Scitis quid fécerim vobis? Vos vocâtis me magíſter & Dómine: & bene dícitis. Sum étenim. Si ergo ego laui pedes veſtros, Dóminus & magíſter: & vos debêtis alter altérius lauâre pedes. Exémplum enim dedi vobis, vt quemádmodum ego feci vobis, ita & vós faciâtis.

Offert. Déxtera Dómini fecit virtûtem: déxtera Dómini exaltâuit me: non móriar, ſed viuam: & narrâbo ópera Dómini.

Secreta.

IPſe tibi, quæſumus Dómine ſancte, Pater omnípotens, ætérne Deus, ſacrifícium noſtrum reddat accéptum, qui diſcípulis ſuis in ſui commemoratiône hoc fíeri hodíerna traditiône mõſtrâuit, Ieſus Chriſtus Fílius tuus, Dóminus noſter. Qui tecum viuit & regnat in vnitâte Spíritus ſancti Deus.

Infra actionem.

COmmunicántes, & diẽ ſacratíſsimum celebrántes, quo Dóminus noſter Ieſus Chriſtus pro nobis eſt tráditus. Sed & memóriam venerántes, in primis glorióſæ ſemperquè vírginis Mariæ, genitrîcis eiuſdem Dei, &c.

Alia infra actionem.

HAnc ígitur oblatiônem ſeruitûtis noſtræ, ſed & cunctæ famíliæ tuæ, quam tibi offérimus, ob diem, in qua Dóminus noſter Ieſus Chriſtus trádidit diſcípulis ſuis córporis & ſánguinis ſui myſtéria celebránda: quæſumus, Dómine, vt placâtus accípias: dieſque noſtros in tua pace diſpónas, atque ab ætérna damnatiône nos éripi: & in electôrum tuôrum iúbeas grege numerári. Per eúndem Chriſtum Dóminum noſtrum Fílium tuum qui tecum viuit & regnat.

Alia infra actionem.

QVi prídie, quam pro noſtra ómniumq́ue ſalute paterêtur, hoc eſt, hódie: accêpit panem in ſanctas ac venerábiles manus ſuas, &c. vt in Canone.

Hic vadit conuentus ad pacem & communicat.

Ioã. 13. Cõmunio. Dóminus Ieſus poſtquam cœnâuit cum diſcípulis ſuis lauit pedes eôrum & ait illis: Scitis quid fécerim vobis ego Dóminus & magíſter? exémplum dedi vobis vt & vos ita faciâtis.

Poſt communionem.

REfécti vitálibus aliméntis quæſumus Dómine Deus noſter: vt quod témpore noſtræ mortalitâtis exéquimur: immortalitâtis tuæ múnere conſequâmur. Per Dóminum noſtrum Ieſum Chriſtum.

Tunc ſacerdos corpus Domini quod reſeruâuit, honéſtè recondat vſque in craſtinum.

FERIA SEXTA
In Paraſceue.

Statio ad S. Crucem in Hieruſalem.



Lectio prima ſine titulo.

IN tribulatiône ſua manè conſúrgent ad me. Venîte, reuertâmur ad Dóminum: quia ipſe cœpit, & ſanâbit nos: percútiet, & curâbit nos. Viuificâbit nos poſt duos dies: & in die tértio ſuſcitâbit nos; & viuêmus in conſpéctu eius. Sciêmus, ſequêmurq́ue, vt cognoſcâmus Dóminum. Quaſi dilúculum præparâtus eſt egréſſus eius: & véniet quaſi imber nobis temporáneus Oſe. 6.

&

& ſerótinus terræ. Quid fáciam tibi Ephraím? Quid fáciam tibi Iuda? Miſericórdia veſtra quaſi nubes matutîna: & quaſi ros manè pertránſiens. Propter hoc doláui in prophétis: occídi eos in verbis oris mei. Et iudícia tua, quaſi lux, egrediéntur. Quia miſericórdiam vólui, & non ſacrifíciũ: & ſciéntiã Dei, plus quàm holocáuſta.

Aba cu. 3 Tractus. Dómine audíui audîtum tuum, & tímui: conſideráui ópera tua, & expáui. ℣. In médio duôrum animáliũ innotéſces: dum appropinquáuerint anni, cognoſcêris: dum aduénerit tempus, oſtendêris. ℣. In eo, dum conturbâta fúerit ánima mea: in ira, miſericórdiæ memor eris. ℣. Deus à Líbano véniet, & ſanctus de monte vmbróſo, & condénſo. ℣. Opéruit cœlos maiéſtas eius: & láudis eius plena eſt terra.

Sequitur Collecta ſine Dominus vobíſcum. Orémus. ſine Flectâmus génua.

DEus, à quo & Iudas reâtus ſui pœnam, & confeſsiônis ſuæ latro præmiũ ſumpſit: concêde nobis tuæ propitiatiônis effectum: vt ſicut in paſsiône ſua Ieſus Chriſtus Dóminus noſter diuérſa vtríſque íntulit ſtipéndia meritôrum: ita nobis, abláto vetuſtâtis errôre, reſurrectiônis ſuæ grátiam largiâtur. Qui tecum viuit.

Lectio ſecunda.

DIxit Dóminus ad Móyſen & Aarón in terra Ægypti. Menſis iſte, vobis princípium ménſiũ: primus erit in mẽſibus anni. Loquímini ad vniuérſum cœtum filiôrum Iſraél, & dícite ei. Exo. 12.
Décima die menſis huius tollat vnuſquíſque agnum per famílias & domos ſuas. Sin áutem minor eſt númerus, vt ſuffícere poſsit ad veſcéndum agnum: aſſûmet vicînũ ſuum, qui iunctus eſt dómui ſuæ: iuxta númerum animârũ, quæ ſuffícere poſſunt ad eſum agni. Erit autem agnus abſq; mácula, máſculus, annículus: iuxta quem ritum tollêtis & hœdum. Et ſeruábitis eum vſq; ad quartã décimã diem menſis huius. Immolâbitq; eum vniuérſa multitûdo filiôrum Iſraél ad véſperam. Et ſument de ſánguine eius: ac ponẽt ſuper vtrúm-

que

què poſtem, & in ſuperlimináribus domôrum;in quibus cómedent illum.Et edent carnes nocte illa aſſas igni, & ázymos panes, cum lactúcis agréſtibus. Non comedêtis ex eo crudum quid, nec coctum aqua: ſed aſſum tãtùm igni. Caput cũ pédibus eius, & inteſtínis vorábitis. Nec remanêbit ex eo quicquam vſq; mane. Si quid reſíduum fúerit, igni comburêtis. Sic autem comedêtis illum. Renes veſtros accingêtis: & calceaménta habébitis in pédibus, tenéntes báculos in mánibus: & comedêtis feſtinánter. Eſt enim phaſe (id eſt tránſitus Dómini.)

Pſal. 139. Tractus. Eripe me Dómine, ab hómine malo: à viro iníquo líbera me. ℣. Qui cogitauérunt malítias in corde: tota die conſtituébant prælia. ℣. Acuérunt linguas ſuas ſicut ſerpéntes: venênum áſpidum ſub lábijs eôrũ. ℣. Cuſtódi me Dómine, de manu peccatôris: & ab homínibus iníquis líbera me. ℣. Qui cogitauérunt ſupplantâre greſſus meos: abſcondérunt ſupérbi láqueum mihi. ℣. Et funes extendérunt in láqueum pédibus meis: & iuxta iter ſcándalum poſuérunt mihi. ℣. Dixi Dómino, Deus meus es tu: exáudi Dómine vocem oratiônis meæ. ℣. Dómine Dómine virtus ſalûtis meæ, obũbra caput meum in die belli. ℣. Ne tradas me à deſidério meo peccatóri: cogitauérunt aduérſum me: ne derelínquas me, ne vnquam exalténtur. ℣. Caput circúitus eôrum: labor labiórum ipſôrum opériet eos. ℣. Verúntamen iuſti confitebúntur nómini tuo: & habitábunt recti cum vultu tuo.

Finito Tractu, Paſsio dicitur ſine Dóminus vobíſcum.

Paſsio Domini noſtri Ieſu Chriſti ſecundum Ioánnẽ.

Non ℟. Glória tibi Dómine.

IN illo témpore: Egréſſus eſt Ieſus cũ diſcípulis ſuis trans torréntem Cedrón, vbi erat hortus: in quem introiuit ipſe & diſcípuli eius. Sciêbat autem & Iudas, qui tradêbat eum, locum: quia frequénter Ieſus conuénerat illuc cum diſcípulis ſuis. Iudas ergo cùm accepíſſet cohórtem, & á pontifícibus & phariſæis miníſtros: venit illuc cum latérnis, & fácibus, & armis. Ieſus ítaque ſciens ómnia, quæ ventûra erant ſuper eũ, c. 18

procéſsit: & dixit eis. ✠ Quẽ quæritis? C Reſpondérunt ei. S Ieſum Nazarênũ. C Dixit eis Ieſus. ✠ Ego ſum. C Stabat autem & Iudas, qui tradêbat eum, cum ipſis. Vt ergo dixit eis, Ego ſum: abiérunt retrórſum, & cecidérũt in terram. Iterum ergo interrogâuit eos. ✠ Quem quæritis? C Illi autem dixérunt. S Ieſum Nazarênum. C Reſpóndit Ieſus. ✠ Dixi vobis, quia ego ſum. Si ergo me quę ritis, ſínite hos abîre. C Vt implerêtur ſermo quem dixit: quia quos dedíſti mihi, non pérdidi ex eis quenquã. Simon ergo Petrus habens gládium, edúxit eum: & percúſſit põtíficis ſeruum: & ábſcidit aurículã eius déxterã. Erat autẽ nomen ſeruo Malchus. Dixit ergo Ieſus Petro. ✠ Mitte gládium tuum in vagînam. Cálicem quem dedit mihi Pater, non vis vt bibam illum? C Cohors ergo & tribûnus & miníſtri Iudæôrũ comprehendérunt Ieſum, & ligauérunt eum: & adduxérunt eum ad Annã primùm. Erat enim ſocer Cáiphæ, qui erat póntifex anni illîus. Erat autem Cáiphas, qui conſíliũ déderat Iudæis: quia éxpedit vnum hóminem mori pro pópulo. Sequebâtur autem Ieſum Simon Petrus, & álius diſcípulus. Diſcípulus autem ille erat notus pontífici: & introîuit cum Ieſu in átrium pontíficis. Petrus autem ſtabat ad óſtium foris. Exîuit ergo diſcípulus ille qui erat notus pontífici: & dixit oſtiárię: & introdúxit Petrum. Dixit ergo Petro ancílla oſtiária. S Nunquid & tu ex diſcípulis es hóminis iſtîus? C Dicit ille. S Non ſum. C Stabant autem ſerui & miníſtri ad prunas, quia frigus erat, & calefaciébant ſe. Erat autem cũ eis & Petrus ſtans, & calefáciens ſe. Póntifex ergo interrogâuit Ieſum de diſcípulis ſuis, & de doctrína eius. Reſpóndit ei Ieſus. ✠ Ego palam locûtus ſum mũdo. Ego ſemper dócui in Synagóga, & in templo quò omnes Iudæi conuéniunt: & in occúlto locûtus ſum nihil. Quid me intérrogas? Intérroga eos qui audiérunt quid locûtus

ſum ipſis. Ecce, hi ſciunt quæ díxerim ego. C Hæc autem cùm dixíſſet, vnus aſsíſtens miniſtrôrum dedit álapam Ieſu, dicens. S Sic reſpóndes pontífici? C Reſpóndit ei Ieſus. ✠ Si malè locûtus ſum, teſtimónium pérhibe de malo: ſi autem benè, quid me cædis? C Et miſit eum Annas ligâtum ad Cáipham pontíficem. Erat autem Simon Petrus ſtans, & calefáciens ſe. Dixérũt ergo ei. S Nunquid & tu ex diſcípulis eius es? C Negâuit ille, & dixit. S Nõ ſum. C Dicit ei vnus ex ſeruis pontíficis, cognâtus eius, cuius ábſcidit Petrus aurículam. S Nonne ego te vidi in horto cum illo? C Iterum ergo negâuit Petrus: & ſtatim gallus cantâuit. Addúcunt ergo Ieſum à Cáipha in prætórium. Erat autem manè. Et ipſi nõ introiérunt in prætórium, vt non contaminaréntur: ſed vt manducárent Paſcha. Exîuit ergo Pilâtus ad eos foras, & dixit. S Quã accuſatiônem affértis aduérſus hóminem hunc? C Reſpondérunt, & dixérunt ei. S Si nõ eſſet hic malefáctor, non tibi tradidiſſêmus eum. C Dixit ergo eis Pilâtus. S Accípite eum vos, & ſecúndum legem veſtram iudicâte eum. C Dixérunt ergo ei Iudæi. S Nobis non licet interfícere quenquã. C Vt ſermo Ieſu implerêtur quem dixit, ſigníficans qua morte eſſet moritûrus. Introîuit ergo íterum Pilâtus in prętórium, & vocâuit Ieſum, & dixit ei. S Tu es Rex Iudæôrum? C Reſpóndit Ieſus. ✠ A temetípſo hoc dicis, an álij tibi dixérunt de me? C Reſpóndit Pilâtus. S Nunquid ego Iudæus ſum? Gens tua, & põtífices tradidérunt te mihi. Quid fecíſti? C Reſpóndit Ieſus. ✠ Regnum meum non eſt de hoc mundo. Si ex hoc mundo eſſet regnum meum, miníſtri mei vtique decertárent, vt non tráderer Iudæis. Nunc autem regnum meum non eſt hinc. C Dixit ítaque ei Pilâtus. S Ergo rex es tu? C Reſpóndit Ieſus. ✠ Tu dicis, quia Rex ſum ego. Ego in hoc natus ſum, & ad hoc veni in mundum, vt teſtimó-

nium

niũ perhíbeam veritáti. Omnis qui eſt ex veritâte, audit vocem meam. C Dicit ei Pilâtus. S Quid eſt véritas? C Et cum hoc dixíſſet, íterum exîuit ad Iudæos, & dicit eis. S Ego nullam inuénio in eo cauſam. Eſt autem conſuetûdo vobis, vt vnum dimíttam vobis in Paſcha. Vultis ergo dimíttam vobis regem Iudæ ôrum? C Clamauérunt rurſum omnes, dicéntes. S Non hunc, ſed Barábbam. C Erat autem Barábbas latro.
c.19 Tunc ergo apprehéndit Pilâtus Ieſum, & flagellâuit. Et mílites plectén tes corônam de ſpinis, impoſuérunt cápiti eius: & veſte purpúrea circundedérunt eum. Et veniébant ad eum, & dicébant. S Aue Rex Iudæôrum. C Et dabant ei álapas. Exîuit íterum Pilâtus foras, & dicit eis. S Ecce addûco eum vobis foras: vt cognoſcâtis, quia in eo nullam cauſam inuénio. C Exîuit ergo Ieſus portans ſpíneam corônam, & purpúreum veſtiméntum. Et dicit eis. S Ecce homo. C Cum ergo vidíſſent eum pontífices & miníſtri, clamábant, dicéntes. S Crucifîge, crucifige eum. C Dicit eis Pilâtus. S Accípite eũ vos & crucífigite. Ego enim non inuénio in eo cauſam. C Reſpondérunt ei Iúdæi. S Nos legem habêmus, & ſecúndum legem debet mori, quia Fílium Dei ſe fecit. C Cum ergo audíſſet Pilâtus hunc ſermônem, magis tímuit. Et ingréſſus eſt prætórium íterum: & dicit ad Ieſum. S Vnde es tu? C Ieſus autem reſpónſum non dedit ei. Dicit ergo ei Pilâtus. S Mihi non lóqueris? Neſcis, quia poteſtâtem hábeo crucifígere te, & poteſtâtem hábeo dimíttere te? C Reſpóndit Ieſus. ✠ Non habéres poteſtâtem aduérſum me vllam, niſi tibi datum eſſet déſuper. Proptérea qui me trádidit tibi, maius peccâtum habet. C Et exínde quærêbat Pilâtus dimíttere eum. Iudæi autem clamábant, dicéntes. S Si hunc dimíttis non es amîcus Cæſaris. Omnis enim qui ſe regem facit, contradîcit Cæſari. C Pilât⁹

autem cum audíſſet hos ſermónes, addúxit foras Ieſum: & ſedit pro tribunáli, in loco qui dícitur Lithóſtrotos, Hebráicè autem Gábbatha. Erat autem Paraſcéue Paſchæ, hora quaſi ſexta. Et dicit Iudęis. S Ecce rex veſter. C Illi autem clamábant. S Tolle, tolle, crucifige eum. C Dicit eis Pilâtus. S Regem veſtrũ crucifigã? C Reſpondérunt pontífices. S Non habêmus regem, niſi Cæſarem. C Tunc ergo trádidit eis illum, vt crucifigerêtur. Suſcepérunt autem Ieſum: & eduxérunt. Et báiulans ſibi crucem, exîuit in eum qui dícitur Caluáriæ locum: Hebráicè autem Gólgotha: vbi eum crucifixérũt: & cum eo álios duos hinc & hinc, médium autem Ieſum. Scripſit autem & títulum Pilâtus: & póſuit ſuper crucem. Erat autem ſcriptum, Ieſus Nazarênus; rex Iudæôrum. Hunc ergo títulum multi legérunt Iudæôrum: quia prope ciuitâtem erat locus, vbi crucifíxus eſt Ieſus. Et erat ſcriptum Hebráicè, Græcè, & Latínè. Dicébant ergo Piláto Pontífices Iudæôrum. S Noli ſcríbere rex Iudęôrum: ſed quia ipſe dixit: Rex ſum Iudæôrum. C Reſpóndit Pilâtus. S Quod ſcripſi, ſcripſi. C Mílites ergo cùm crucifixíſſent eum, accepérunt veſtiménta eius (& fecérunt quátuor partes, vnicúique míliti partem) & túnicam. Erat autem túnica inconſútilis, déſuper contéxta per totum. Dixérunt ergo adínuicẽ. S Non ſcindâmus eam, ſed ſortiâmur de illa cuius ſit. C Vt ſcriptûra implerêtur, dicens. Partíti ſunt veſtiménta mea ſibi: & in veſtem meam miſérunt ſortem. Et mílites quidem hæc fecérunt. Stabant autem iuxta crucem Ieſu mater eius, & ſoror matris eius, Marîa Cléophæ, & Marîa Magdaléne. Cum vidíſſet ergo Ieſus matrem & diſcípulum ſtantem quem diligêbat, dicit matri ſuæ. ✠ Múlier, ecce fílius tuus. C Deínde dicit diſcípulo. ✠ Ecce mater tua. C Et ex illa hora accêpit eam diſcípulus in ſuã. Póſteà ſciens Ieſus quia iam ómnia conſummâta ſunt, vt cõſum- Pſal. 21.

marêtur

marêtur ſcriptûra, dicit. ✠ Sítio. C Vas ergo póſitum erat acéto plenum. Illi autem ſpõgiam plenam acéto, hyſſópo circumponéntes, obtulérunt ori eius. Cum ergo accepíſſet Ieſus acêtum, dixit. ✠ Conſummâtum eſt. C Et incliná to cápite trádidit ſpíritum.

Hîc pauſatur aliquantulum.

Iudæi ergo, quóniam Paraſcéue erat, vt non remanérẽt in cruce córpora ſábbatho (erat enim magnus dies ille ſábbathi) rogauérunt Pilâtũ, vt frangeréntur eôrum crura, & tolleréntur. Venérunt ergo mílites: & primi quidẽ fregérunt crura, & altérius qui crucifíxus eſt cum eo. Ad Ieſum autem cùm veníſſent, vt vidérunt eum iam mórtuum, non fregérunt eius crura, ſed vnus mílitum láncea latus eius apéruit, & cõtínuò exîuit ſanguis & aqua. Et qui vidit, teſtimóniũ perhíbuit: & verum eſt teſtimónium eius. Et ille ſcit quia vera dicit: vt & vos credâtis. Facta ſunt enim hæc, vt ſcriptûra
Exo. 12. Nu. 9. implerêtur. Os non comminuêtis ex eo. Et íterum ália ſcriptûra dicit. Vidébunt in quem transfixérunt.

POſt hæc autem rogâuit Pilâtũ Ioſéph ab Arimathía (eò quòd eſſet diſcípulus Ieſu, occúltus autem propter metum Iudæôrum) vt tólleret corpus Ieſu. Et permîſit Pilâtus. Venit ergo, & tulit corpus Ieſu. Venit autẽ & Nicodêmus, qui vénerat ad Ieſum nocte primùm, ferens mixtûram myrrhæ & áloes, quaſi libras centũ. Accepérunt ergo corpus Ieſu, & ligauérunt illud línteis cum aromátibus, ſicut mos eſt Iudæis ſepelîre. Erat autem in loco vbi crucifíxus eſt, hortus: & in horto monuméntũ nouum, in quo nõdum quiſquam póſitus erat. Ibi ergo propter Paraſcéuen Iudæôrum, quia iuxta erat monuméntum, poſuérunt Ieſum.

Deinde Sacerdos ſtãs in cornu epiſtolæ, incipit abſolutè.

Orêmus, dilectíſſimi nobis pro eccléſia ſancta Dei: vt eã Deus & Dóminus noſter pacificâre, adunâre, & cuſtodîre dignêtur; toto orbe terrârũ ⁊ ſubiíciens ei principâtus

& poteſtátes: detque nobis quiêtam & tranquíllam vitam degéntibus: glorificâre Deum Patrem omnipoténtem. Orêmus. Diaconus. Flectâmus génua. ℟. Leuate.

OMnípotens ſempitérne Deus: qui glóriam tuam ómnibus in Chriſto géntibus reuelâſti: cuſtódi ópera miſericórdiæ tuæ: vt eccléſia tua toto orbe diffûſa: ſtábili fide in confeſsiône tui nóminis perſeuêret. Per eúndem Dóminum noſtrum. ℟. Amen.

Orêmus & pro beatíſsimo Papa noſtro. N. vt Deus & Dóminus noſter, qui elègit eum in órdine epiſcopâtus: ſaluum atq; incólumẽ cuſtódiat eccléſiæ ſuæ ſanctæ ad regéndum pópulum ſanctũ Dei. Orêmus. Flectâmus gé. ℟. Leuate.

OMnípotens ſempitérne Deus: cuius iudício vniuérſa fundántur: réſpice propítius ad preces noſtras: & eléctum nobis antíſtitẽ tua pietâte conſérua: vt Chriſtiâna plebs, quæ te gubernâtur auctôre, ſub tanto pontífice credulitâtis ſuæ méritis augeâtur. Per Dóminum noſtrum Ieſum Chriſtum Fílium tuum. ℟. Amen.

Orêmus & pro ómnibus Epíſcopis: presbyteris: diacónibus: ſubdiacónibus: acólythis: exorcíſtis: lectóribus: oſtiárijs: confeſſóribus: virgínibus: víduis: & pro omni pópulo ſancto Dei. Orêmus. Flectâmus. ℟. Leuâte.

OMnípotens ſempitérne Deus, cuius ſpíritu totũ corpus eccléſię ſanctificâtur, & régitur: exáudi nos pro vniuérſis ordínibus ſupplicãtes: vt grátiæ tuæ múnere: ab ómnibus tibi grádibus fidéliter ſeruiâtur. Per Dóminum. In vnitâte eiúſdem Spíritus ſancti. ℟. Amen.

Orêmus & pro Cathólico Rege noſtro N: vt, Deus & Dóminus noſter ſúbditas illi fáciat omnes bárbaras natiónes: ad noſtram perpétuã Pacem. Orêmus. Flectâmus. ℟. Leuâre.

OMnípotens ſempitérne Deus; in cuius manu ſunt ómnium poteſtátes, & ómnium iura regnôrum: réſpice ad Chriſtiânum beni-

gnus impérium: vt gentes, quæ in ſua feritâte confídũt⁊ poténtiæ tuæ déxtera comprimántur. Per Dóminum noſtrum Ieſum Chriſtum. ℟. Amen.

O rêmus & pro catechúmenis noſtris⁊ vt Deus & Dóminus noſter adapériat aures præcordiôrum ipſôrum; iánuamq́ue miſericórdiæ: vt per lauâcrum regeneratiônis accépta remiſsiône ómnium peccatôrum⁊ & ipſi inueniántur in Chriſto Ieſu Dómino noſtro. O rêmus. F lectâmus génua. ℟. Léuate.

O Mnípotens ſempitérne Deus: qui ecclésiam tuã noua ſemper prole fœcúndas⁊ auge fidem & intelléctum catechúmenis noſtris: vt renáti fonte baptíſmatis⁊ adoptiônis tuæ fílijs aggregéntur. Per Dóminum noſtrum. ℟. Amen.

O rêmus, dilectíſsimi nobis Deum Patrem omnipoténtem: vt cunctis mundũ purget erróribus⁊ morbos áuferat⁊ famem depéllat⁊ apériat cárceres⁊ víncula diſſóluat⁊ peregrinántibus réditũ⁊ infirmántibus ſanitâtem⁊ nauigántibus portũ ſalûtis indúlgeat. O rêmus. F lectâmus génua. ℟. Leuâte.

O Mnípotens ſempitérne Deus; mœſtôrum conſolátio⁊ laborántium fortitûdo⁊ peruéniant ad te preces, de quacúnq; tribulatiône clamántium: vt omnes ſibi in neceſsitátibus ſuis⁊ miſericórdiam tuam gáudeant affuíſſe. Per Dóminum. ℟. Amen.

O rêmus & pro hæréticis, & ſchiſmáticis⁊ vt Deus & Dóminus noſter, éruat eos ab erróribus vniuérſis: & ad ſanctam matrem ecclésiam cathólicam atque apoſtólicam reuocâre dignêtur. O rêmus. F lectâmus génua. ℟. Leuâte.

O Mnípotens ſempitérne Deus: qui ſaluas omnes, & néminẽ vis perîre: réſpice ad ánimas diabólica fraude decéptas: vt omni hærética prauitâte depóſita, errántiũ corda reſipíſcant, & ad veritâtis tuæ rédeant vnitâtem. Per Dóminum. ℟. Amen.

O rêmus & pro pérfidis Iudæis: vt Deus & Dóminus noſter áuferat velámen de

córdibus eorum ⁊ vt & ipſi agnóſcant Ieſum Chriſtum Dóminum noſtrum.

Dicitur. O rêmus. ſine F lectâmus génua.

OMnípotens ſempitérne Deus; qui étiam Iudáicam perfídiam à tua misericórdia non repéllis ⁊ exáudi preces noſtras: quas pro illîus pópuli obcæcatiône deférimus ⁊ vt ágnita veritâtis tuæ luce, quæ Chriſtus eſt, à ſuis ténebris eruántur. Per eúndē Dóminum noſtrū. ℟. Amen.

O rêmus & pro pagánis ⁊ vt Deus omnípotēs auferat iniquitâtem à cordibus eorum: vt relictis idôlis ſuis ⁊ conuertántur ad Deum viuū & verum: & vnicum Fílium eius Ieſum Chriſtum Deum & Dóminum noſtrum: Cum quo viuit & regnat cum Spiritu ſancto Deus, per ómnia ſæcula ſæculôrum.

O rêmus. F lectâmus. ℟. Leuâte.

OMnípotens ſempitérne Deus ⁊ qui non mortem peccatôrum, ſed vitam ſemper inquîris: ſúſcipe propítius oratiônem noſtram; & líbera eos ab idolôrum cultú ra ⁊ & ággrega eccléſiæ tuæ ſanctæ, ad laudem & glóriam nóminis tui. Per Dóminum noſtrum. ℟. Amen.

Tunc ſacerdos & miniſtri ab altari diſcedant: & in veſtiario præter albas omnibus depoſitis. Sic veniant in chorum ad adorandam crucem. Perlecta igitur paſsione orationibuſq; dictis ſolennibus, duo ſacerdotes abſq; ſtolis & manipulis inferant crucē inuolûtam in locum quo adoranda eſt eamq; ſtatim adôrent. Dehinc ápplicent ſe ad eam hinc & inde poſitis genibus in terra. Sicq; tenentes eam ex vtraq; parte dicant.

P ópule meus quid feci tibi aut in quo contriſtáui te reſpónde mihi quia edúxi te de terra Ægypti paráſti crucem ſaluatóri tuo.

Alij autem duo fratres ſtantes ante gradū dicant. A gios ó theos. Ibi flectūnt génua. A gios iſchyros. A gios athánatos, eléiſon imas.

Chorus. S anctus Deus. Ibi flectunt genua. Sanctus fortis, ſanctus immortâlis miſerêre nobis. Iterū ſacerdotes

Quia ego edúxi te per deſértum quadragínta annis, & manna cibáui te, & introdúxi in terram ſatis óptimã paráſti crucem ſaluatóri tuo. Duo fratres. Agios. Chorus. Sanctus. Sacerdotes. Quid vltra débui fácere tibi & nõ feci? ego quippe plantáui te víneam meam ſpecioſiſsimã & tu facta es mihi nimis amâra. Acéto namq; mixto cum felle ſitim meam potáſti, & láncea perforáſti latus ſaluatôris tui. Duo fratres. Agios. Chorus. Sanctus. Hic diſcooperiatur crux à ſacerdotibus dicentibus. Ecce lignũ. Qua diſcooperta mox omnes petant veniam contra altare. Ecce lignum crucis, in quo ſalus mundi pepéndit, venîte adorêmus.

Pſalm. Beati immaculáti in via qui ámbulant in lege Dómini.

Hymnus. Crux fidêlis inter omnes arbor vna nóbilis: Nulla ſylua talem profert fronde, flore, gérmine. Dulce lignum, dulces clauos, dulce pondus ſúſtinet. Hymnus. Pange lingua glorióſi prælium certáminis, Et ſuper crucis trophæo dic triúmphum nóbilem, Quáliter redẽptor orbis immolâtus vicerit. ℣. De paréntis protopláſti fraude factor cóndolens: Quãdo pomi noxiâlis morſu in mortem córruit: Ipſe lignum tunc notâuit, damna ligni vt ſólueret. ℣. Hoc opus noſtræ ſalûtis ordo depopóſcerat, Multifórmis proditôris ars vt artem fálleret: Et medêlam ferret inde, hoſtis vnde læſerat. ℣. Quandó venit ergo ſacri plenitûdo témporis, Miſſus eſt ab arce Patris natus, orbis cónditor: Atq; ventre virgináli caro factus pródijt. ℣. Vagit infans inter arcta cónditus præſépia: Membra pannis inuolûta virgo mater álligat, Et manus, pedesque crura, ſtricta cingit fáſcia. Alius Hymnus. Luſtris ſex qui iam peráctis, tempus implens córporis: Se volénte natus ad hoc, paſsióni déditus: Agnus in cruce leuâtur, immolándus ſtípite.

℣. Hic acêtum, fel, arúndo, ſputa, claui, lancea: Mite corpus perforâtur: ſanguis vnda prófluit: Terra, pontus, aſtra, mundus quo lauántur flumine. ℣. Flecte ramos arbór alta: tenſa laxa víſcera: Et rigor lentéſcat ille, quem dedit natíuitas: Vt ſupérni membra regis miti tendas ſtípite. ℣. Sola digna tu fuíſti ferre ſecli prétium, Atq; portũ præparâre nauta mũdo náufrago; Quẽ ſacer cruor perúnxit fuſus agni córpore. ℣. Glória & honor Deo vſquequáq; Altíſsimo, vnà Patri, Filioq;, ínclyto

Paráclito, cui laus eſt & poteſtas, per ætérna ſæcula. Amen.

Poſt hæc omnia eleuantes crúcem qui tenent illam: reſtituant eam in locum ſuũ dicendo. Aña. Super omnia ligna cedrôrum crux ſola excélſior in qua vita mundi pepéndit in qua Chriſtus triũphâuit & mors mortem ſuperâuit. Poſt hæc ſacérdos & miniſtri reſumentes quæ depoſuerant in veſtiario: ad altare nudis pedibus redeant & orationem ſolitam faciãt, & confeſsionem dicant. Quo facto diaconus corporale ſuper altare ponat. Et ſacerdos corpus dominicum cum vaſculo in quo eſt ad altare deferens, iuxta corporale ponat: & cum diaconus calicẽ cum vino aqua mixto ſacerdoti oblatum ſuper altare vti ad miſſam ſolitum eſt ordinauerit: ipſe ſacerdos incenſo prius adhibito, deinde aperto vaſculo, digitos ſuos lauet & extractam de vaſculo ſanctam communionem ſuper corporale ponat: & tũc nec corpore Dñi nec calice leuato mediocri voce dicat. Orêmus. Præcéptis ſalutáribus moniti, & Líbera nos quæſumus Dñe. Illoq; dicente. Per eundem Dóminum noſtrum. & cætera corpus Domini in tres partes diuidat ac poſtea. Per ómnia ſæcula ſæculôrum. ſubmiſſa voce dicat atq; cunctis reſpõdentibus. Amen. Ipſe vnam partem in calicem mittat nihil dicens. Pax Domini nec dicetur nec dabitur, nec Agnus Dei cantabitur. Deinde abbas & miniſtri cõmunicẽt.

SABBATHO Sancto.

Statio ad S. Ioannem in Laterano.

Primo ſacriſta ex igne de lapide foris Eccleſiam excuſo prunas accenſas ponat ſuo loco ad benedictionem & Abbas dicta Nona indutus Amictu, Alba, Cingulo, Stola, & Pluuiali violaceo, aſtantibus ſibi Miniſtris cum Cruce & aqua benedicta benedicit nouum ignem, dicens. ℣. Dñs vobíſcum. ℟. Et cum ſpíritu. Orêmus.

Deus, qui per Fílium tuũ, angulârem ſcilicet lápidem, clari-

tâtis

tâtis tuæ fidélibus ignē contulíſti prodúctū ex ſílice, noſtris profutûrum vſibus: nouum hunc ignem ſancti ✠ fica: & concêde nobis, ita per hæc feſta Paſchália, cœléſtibus deſidérijs inflammári: vt ad perpétuæ claritâtis, puris méntibus valeâmus feſta pertíngere. Per eundem Dóminum noſtrum. ℟. Amen.

Orémus. Oratio.

DOmine Deus, Pater omnípotens, lumen indefíciens, & ſancte cónditor ómnium lúminum: bene ✠ dic hoc lumen, quod à te ſanctificâtum atq; benedíctum eſt: qui illumináſti omnem mundum, vt ab eo lúmine accendâmur, atq; illuminêmur igne claritâtis tuæ: vt ſicut illumináſti Móyſen exeúntem de Ægypto: ita illúmines corda & ſenſus noſtros: vt ad vitam ætérnam mereâmur peruenîre. Per Chriſtum Dóminum noſtrum.

℟. Amen. Orêmus. Oratio.

DOmine ſancte, Pater omnípotens, ætérne Deus: benedicéntibus nobis hunc ignem in nómine tuo, & vnigéniti Fílij tui, Dei ac Dómini noſtri Ieſu Chriſti: & Spíritus ſancti, cooperári dignêris: & ádiuua nos, cōtra ignîta tela inimíci, & illúſtra gratia cœléſti. Qui viuis & regnas cū eôdē vnigénito tuo & Spíritu ſancto Deus: per ómnia ſæcula ſæculôrū. ℟. Amē.

Deinde benedicit quinque grana incenſi, ponenda in Cereo: dicens hanc Orationem. Oratio.

VEniat, quæſumus omnípotens Deus, ſuper hoc incénſum larga tuæ bene ✠ dictiônis infúſio: & hunc nocturnum ſplendôrem inuiſíbilis regenerâtor accénde: vt non ſolùm ſacrifícium, quod hac nocte litâtum eſt, arcána lúminis tui admiſtiône refúlgeat: ſed in quocúnque loco ex huius ſanctificatiônis myſtério áliquid fúerit deportâtum, expúlſa diabólicæ fraudis nequítia virtus tuæ maieſtâtis aſsíſtat. Per Chriſtum Dóminum noſtrum. ℟. Amen.

Benedictio Cerei.

EXultet iam angelica turba cœlôrū. Exúltet diuîna

myſtéria: & pro tanti regis victória, tuba ínſonet ſalutâris. Gáudeat & tellus tantis irradiâta fulgóribus, & ætérni regis ſplendôre illuſtrâta, totîus orbis ſe ſéntiat amiſíſſe calíginem. Lætêtur & mater Eccléſia, tanti lúminis adornâta fulgóribus: & magnis populôrum vócibus: hæc aula reſúltet. Quaprópter aſtántes vos fratres charíſſimi, ad tam miram huius ſancti lúminis claritâtem, vnà mecum, quæſo, Dei omnipoténtis miſericórdiam inuocâte. Vt qui me non meis méritis, intra Leuitârum númerum dignâtus eſt aggregâre, lúminis ſui claritâtem infúndens, Cérei huius laudem implêre perfíciat. Per Dóminũ noſtrum Ieſum Chriſtum Fílium ſuum: qui cum eo viuit & regnat, in vnitate Spíritus ſanctiDeus: Per omnia ſæcula ſæculôrum. ℟. Amen. ℣. Dóminus vobíſcum. ℟. Et cum ſpíritu tuo. ℣. Surſum corda. ℟. Habémus ad Dóminum. ℣. Grátias agâmus Dómino Deo noſtro. ℟. Dignũ & iuſtum eſt. Verè dignum & iuſtum eſt, inuiſíbilẽ Deum Patrem omnipoténtem, Fíliumq; eius vnigénitum Dóminum noſtrũ Ieſum Chriſtum, toto cordis ac mentis afféctu, & vocis miniſtério perſonâre. Qui pro nobis ætérno Patri, Adæ débitum ſoluit: & véteris piáculi cautiônem, pio cruôre detérſit. Hæc ſunt enim feſta Paſchália, in quibus verus ille Agnus occíditur, cuius ſánguine poſtes fidélium cõſecrántur: Hæc Nox eſt, in qua primũ Patres noſtros fílios Iſraél, edúctos de Ægypto, mare rubrum, ſicco veſtígio tranſire feciſti. Hæc ígitur Nox eſt, quæ peccatôrum ténebras columnæ illuminatiône purgâuit. Hæc Nox eſt, quæ hódie per vniuérſum mundum, in Chriſto credéntes: à vítijs ſæculi, & calígine peccatôrum ſegregátos, reddit grátiæ, ſóciat ſanctitáti. Hæc Nox eſt, in qua deſtrúctis vínculis mortis, Chriſtus ab ínferis victor aſcéndit. Nihil enim nobis naſci prófuit, niſi rédimi profuiſſet. O mira circa nos, tuæ pietâtis dignátio! O inæſtimábilis diléctio charitâ-

tis: vt ſeruum redímeres, Fílium tradidíſti! O certè neceſſárium Adæ peccâtum, quod Chriſti morte delêtum eſt! O felix culpa, quæ talem ac tantum méruit habêre redemptôrem! O verè beâta nox: quæ ſola méruit ſcire tempus & horã, in qua Chriſtus ab ínferis reſurréxit. Hęc nox eſt, de qua ſcriptum eſt. Et nox ſicut dies illuminábitur, & nox illuminátio mea, in delícijs meis. Huius ígitur ſanctificátio noctis: fugat ſcélera, culpas lauat, & reddit innocéntiam lapſis, & mœſtis lætítiam, fugat ódia, concórdiam parat, curuat impéria. In huius igitur noctis grátia: ſuſcipe. Hîc Cãtor infigit quinque grana incenſi in Cereo in modum Crucis Sancte Pater, incénſi huius ſacrifíciũ veſpertînum: quod tibi in hac Cérei oblatiône ſolénni, per miniſtrôrum manus, de opéribus apum, ſacroſáncta reddit Eccléſia. Sed iam colúmnæ huius præcónia nóuimus, quam in honôrem Dei, rútilans ignis accéndit.

Hic Diaconus accẽdit Cereũ.

Qui licet ſit diuîſus in partes: mutuáti tamen lúminis detriménta nõ nouit. Alitur enim liquántibus ceris, quas in ſubſtántiam pretióſæ huius lámpadis, apis mater edúxit.

Hîc accenduntur lampades.

O verè beâta nox, quæ expoliâuit Ægyptios, ditâuit Hebræos. Nox in qua terrénis cœléſtia, humánis diuîna iungúntur. Orâmus ergo te Dómine, vt Céreus iſte in honôrem tui nóminis conſecrâtus, ad noctis huius calíginẽ deſtruéndam, indefíciens perſeuêret. Et in odôrem ſuauitâtis accéptus, ſupérnis luminâribus miſceâtur. Flammas eius Lúcifer matutînus inuéniat. Ille inquam Lúcifer, qui neſcit occâſum. Ille qui regréſſus ab ínferis, humáno géneri ſerênus illúxit. Precâmur ergo te Dómine, vt nos fámulos tuos, omnémque clerum, & deuotíſſimum pópulum, vnà cum beatíſsimo Papa noſtro N. & Antíſtite noſtro N. quiête témporum cõcéſſa: in his paſchálibus gáudijs, aſsídua protectiône ré-

 gere,

gere, gubernâre, & conſeruâre dignêris. Réſpice etiam ad Cathólicum Regem noſtrũ N. cuius tu Deus deſidérij vota prænóſcens, ineffábili pietâtis, & miſericórdiæ tuæ múnere tranquíllum perpétuæ pacis accómmoda, & cæléſtem victóriam cum omni pópulo ſuo. Per eundem Dóminum noſtrũ Ieſum Chriſtum, Fílium tuum, qui tecum viuit & regnat, in vnitâte Spíritus ſancti Deus, Per ómnia ſæcula ſæculôrum. ℟. Amen.

Completa benedictione Cerei, ſacerdos & miniſtri ad ſacrarium redeunt. Sacerdos verò, depoſito pluuiali, ſumit manipulum & caſulã. & dum ſequens lectio legitur veniat ſolus ad altare; nõ tamen faciat orationẽ ſolitã.

Prophetia prima dicẽda ſine titulo ſicut oẽs aliæ ſequẽtes.

Geneſ. 1

IN princípio creâuit Deus cœlum, & terram. Terra autem erat inânis & vácua: & ténebræ erant ſuper fáciem abyſsi: & Spíritus Dómini ferebâtur ſuper aquas. Dixitq́ue Deus. Fiat lux. Et facta eſt lux. Et vidit Deus lucem, quòd eſſet bona: & diuîſit lucem à ténebris. Appellâuitq; lucem, diem: & ténebras, noctem. Fáctumq́ue eſt véſpere, & mane, dies vnus. Dixit quoque Deus. Fiat firmaméntum in médio aquârum: & díuidat aquas ab aquis. Et fecit Deus firmaméntum: diuîſitq́ue aquas, quæ erant ſub firmaménto, ab his quæ erant ſuper firmaméntum. Et factum eſt ita. Vocâuitq́ue Deus firmaméntum, cœlum. Et factum eſt véſpere, & mane, dies ſecúndus. Dixit verò Deus. Cõgregéntur aquæ, quæ ſub cœlo ſunt. in locum vnum: & appáreat árida. Factumq́ue eſt ita. Et vocâuit Deus áridam, terram: congregatióneſq́ue aquârum appellâuit mária. Et vidit Deus, quòd eſſet bonum: & ait. Gérminet terra herbam viréntem, & faciéntem ſemen: & lignum pomíferum fáciens fructũ iuxta genus ſuum: cuius ſemen in ſemetípſo ſit ſuper terram. Et factum eſt ita. Et prótulit terra herbam viréntem,

& afferéntem ſemen iuxta genus ſuũ: lígnumq́; fáciens fructum ; & habens vnumquódq; ſeméntem secúndũ ſpéciem ſuam. Et vidit Deus quòd eſſet bonum. Fáctumq́ue eſt véſpere, & mane, dies tértius. Dixit autem Deus. Fiant luminária in firmaménto cœli: & díuidãt diem ac noctem : & ſint in ſigna & témpora, & dies & annos; vt lúceant in firmaménto cœli, & illúminẽt terram. Et factum eſt ita. Fécitq́ue Deus duo luminária magna: luminâre maius, vt præéſſet diéi: & luminâre minus, vt præéſſet nocti, & ſtellas. Et póſuit eas in firmaménto cœli : vt lucérent ſuper terram, & præéſſent diéi ac nocti, & diuíderent lucem ac ténebras. Et vidit Deus quòd eſſet bonum. Et factum eſt véſpere, & mane, dies quartus. Dixit etiam Deus. Prodúcant aquæ reptîle ánimæ viuéntis; & volátile ſuper terram, ſub firmaménto cœli. Creâuitq́ue Deus cete grándia: & omnem ánimam viuéntem, atque motábilem, quam prodúxerant aquæ in ſpécies ſuas: & omne volátile ſecúndum genus ſuum. Et vidit Deus quòd eſſet bonũ: benedíxitq́ue eis, dicens. Créſcite, & multiplicámini, & replête aquas maris : áueſq́ue multiplicéntur ſuper terram. Et factum eſt véſpere: & mane, dies quintus. Dixit quoque Deus. Prodûcat terra ánimam viuéntem in génere ſuo: iuménta, & reptília, & béſtias terræ ſecúndum ſpécies ſuas. Fáctumq́ue eſt ita. Et fecit Deus béſtias terræ iuxta ſpécies ſuas: & iuménta & omne reptîle terræ, in génere ſuo. Et vidit Deus quòd eſſet bonum: & ait. Faciâmus hóminem ad imáginem & ſimilitúdinem noſtram: & præſit píſcibus maris, & volatílibus cœli, & béſtijs, vniuérſæq́ue terræ: omniq́ue reptíli quod mouêtur in terra. Et creâuit Deus hóminem ad imáginem & ſimilitúdinem ſuam: ad imáginem Dei creâuit illum: máſculum & fœminam creâuit eos. Benedíxitq́ue illis Deus : & ait : Créſcite, &

mul-

multiplicámini; & replête, terram, & ſubiícite eam: & dominámini píſcibus maris, & volatílibus cœli: & vniuérſis animántibus, quæ mouéntur ſuper terram. Díxitque Deus: Ecce dedi vobis omnem herbam afferéntem ſemen ſuper terram: & vniuérſa ligna quæ habent in ſe metípſis seméntem géneris ſui: vt ſint vobis in eſcam, & cunꝃis animántibus terræ: ómnique vólucri cœli, & vniuérſis quæ mouéntur in terra, & in quibus eſt ánima viuens: vt hábeant ad veſcéndum. Et factum eſt ita. Víditque Deus cunꝃa quæ fécerat: & erant valde bona. Et factum eſt véſpere, & mane dies ſextus. Igitur perféꝃi ſunt cœli & terra, & omnis ornâtus eôrum. Complêuitque Deus die ſéptimo opus ſuum quod fécerat: & requiêuit die ſéptimo ab vniuérſo ópere quod patrârat.

Qua cópleta, Sacerdos dicat ſine D ñs vobíſcũ. Orêmus.

DEus, qui mirabíliter creáſti hóminem: & mirabílius redemíſti: da nobis, quæſumus, contra obleꝃaménta peccáti, mentis ratiône perſíſtere: vt mereâmur ad ætérna gáudia peruenîre. Per Dóminum noſtrum.

Prophetia ſecunda.

IN diêbus illis: Faꝃum eſt in vigília matutína: & ecce reſpíciens Dóminus ſuper caſtra Ægyptiôrum per colúmnam ignis & nubis; interfêcit exércitum eôrum, & ſubuértit rotas cúrruum, ferebánturque in profundũ. Dixérunt ergo Ægyptij. Fugiâmus Iſraêlem: Dóminus enim pugnat pro eis contra nos. Et ait Dóminus ad Móyſen. Exténde manum tuam ſuper mare: vt reuertántur aquæ ad Ægyptios ſuper currus & équites eôrũ. Cumq; extendíſſet Móyſes manum cótra mare; reuérſum eſt primo dilúculo ad priôrem locum. Fugiéntibuſq; Ægyptijs occurrérunt aquæ: & inuóluit eos Dóminus in médijs flúꝃibus. Reuérſæque ſunt aquæ, & operuérũt currus & équites cũꝃi exércitus Pharaônis: qui ſequéntes ingréſſi fúerant mare: nec vnus Exo. 14.

quidem ſupérfuit ex eis. Filij autem Iſraél perrexérũt per médium ſicci maris: & aquę eis erant quaſi pro muro à dextris & à ſiníſtris. Liberâuitq; Dóminus in die illo Iſraél de manu Ægyptiôrum. Et vidérunt Ægyptios mórtuos ſuper littus maris: & manum magnam quam exercúerat Dóminus contra eos. Tímuitque pópulus Dóminum: & credidérunt Dómino: & Móyſi ſeruo eius. Tũc cécinit Móyſes, & fílij Iſraél, carmen hoc Dómino; & dixérunt.

Exo. 15. Tractus. Cantêmus Dómino: glorióſe enim honorificâtus eſt: equum & aſcenſôrem proiêcit in mare: adiûtor & protéctor factus eſt mihi in ſalûtem. ℣. Hic Deus meus, & honorábo eum: Deus Patris mei, & exaltábo eum. ℣. Dóminus cónterens bella: Dóminus nomen eſt illi. Orêmus.

DEus, cuius antîqua mirácula étiam noſtris ſæculis coruſcâre ſentîmus⁊ dũ quod vni pópulo, à perſecutiône Ægyptíaca liberándo, déxteræ tuæ poténtia contuliſti, id in ſalûtem géntiũ per aquam regeneratiônis operâris: præſta, vt in Abrahæ fílios, & in Iſraelíticam dignitâtem ⁊ totîus mũdi tránſeat plenitûdo. Per Dóminum.

Prophetia tertia.

APprehéndent ſeptem mulíeres virum vnũ in die illa, dicéntes. Panem noſtrũ comedêmus, veſtiméntis noſtris operiêmur⁊ tantúmmodo inuocêtur nomen tuum ſuper nos: aufer oppróbrium noſtrum. In die illa erit germen Dómini in magnificéntia, & in glória⁊ & fructus terræ ſublîmis: & exultátio his qui ſaluáti fúerint de Iſraél. Et erit: omnis qui relíctus fúerit in Sión, & reſíduus in Hieruſalém, ſanctus vocábitur; omnis qui ſcriptus eſt in vita in Hieruſalém. Si ablúerit Dóminus ſordes filiârum Sión: & ſánguinem Hieruſalém láuerit de médio eius in ſpíritu iudícij & ſpíritu ardôris. Et creâuit Dóminus Deus ſuper omnem locum montis Sión, & vbi inuocâtus eſt: nubem per diem, & fumum & ſplendôrem ignis flammántis in nocte. Super omnem enim glóriam protéctio. Et Iſa. 4.

taber-

tabernáculum erit in vmbráculum diéi ab æſtu: & in ſecuritâtem & abſconſiônem à túrbine & à plúuia.

Iſai. 5. **Tractus.** Vínea facta eſt diléćto in cornu, in loco vberi. ℣. Et macériam circúndedit, & circunfôdit: & plantâuit víneam Sorêc, & ædificâuit turrim in médio eius. ℣. Et torcûlar fodit in ea; vínea enim Dómini ſabbaóth domus Iſraél eſt. Orêmus.

Deus qui nos ad celebrándum paſchâle ſacraméntum vtriúſq; teſtaménti páginis ínſtruis: da nobis intellígere miſericórdiam tuã: vt ex perceptiône præſéntiũ múnerum: firma ſit expectátio futurôrum. Per Dóminũ.

Prophetia quarta.

Iſai. 54. Hæc eſt hæréditas ſeruôrum Dómini; & iuſtítia eôrum apud me, dicit Dóminus.

Iſai. 55. Omnes ſitiéntes venîte ad aquas: & qui non habêtis argéntum, properâte, émite, & comédite. Venite, émite abſque argénto, & abſque vlla commutatiône vinum & lac. Quare appénditis argéntum non in pánibus? & labôrem veſtrum non in ſaturitâte? Audîte audiéntes me, & comédite bonum: & delectábitur in craſsitúdine ánima veſtra. Inclinâte aurẽ veſtram, & venîte ad me; audîte, & viuet ánima veſtra: & fériam vobíſcum pactum ſempitérnum, miſericórdias Dauíd fidéles. Ecce teſtem pópulis dedi eum; ducem ac præceptôrem géntibus. Ecce, gentem quam neſciébas, vocâbis: & gentes quæ non cognouérunt te, ad te current propter Dóminum Deũ tuũ, & ſanctum Iſraél: quia glorificâuit te. Quærite Dóminum, dum inueníri poteſt: inuocâte eum dum propè eſt. Derelínquat ímpius viam ſuam, & vir iníquus cogitatiónes ſuas: & reuertâtur ad Dóminum, & miſerébitur eius; & ad Deum noſtrum, quóniam multus eſt ad ignoſcéndum. Non enim cogitatiónes meæ, cogitatiónes veſtræ: neque viæ meæ, viæ veſtræ, dicit Dóminus. Quia ſicut exaltántur cœli à terra: ſic exaltátæ ſunt viæ meæ à vijs veſtris, & cogitatiónes meæ à cogitatiónibus veſtris. Et quómodo deſcẽdit imber,

& nix de cœlo,& illuc vltrà non reuértitur, ſed inébriat terram, & infúndit eam, & germinâre eam facit⁊ & dat ſemen ſerénti, & panem comedénti: ſic erit verbũ meũ quod egrediêtur de ore meo. Non reuertêtur ad me vácuum⁊ſed fáciet quæcúnque vólui,& proſperábitur in his ad quæ miſi illud: dicit Dóminus omnípotens. O rêmus.

DEus,qui ecclésiam tuam ſemper géntium vocatiône multíplicas⁊ concêde propítius: vt quos aqua baptíſmatis ábluis, cõtínua protectiône tueâris. Per Dóminum noſtrum.

Pſal. 41. Tractus. Sicut ceruus deſíderat ad fontem aquârum: ita deſíderat ánima mea ad te Deus. ℣. Sítiuit ánima mea ad Deum fontem viuum: quando véniam, & apparêbo ante fáciem Dei? ℣. Fuérunt mihi láchrymæ meæ panes die ac nocte, dũ dícitur mihi per ſingulos dies,vbi eſt Deus tuus? O rêmus.

COncêde quæſumus omnípotens Deus: vt qui paſchália feſta ágimus⁊cœléſtibus deſíderijs accénſi,fontem vitæ ſitiâmus. Per Dó.

Sequitur Letania quam require in fine libri huius. Et ſacerdos in veſtiario caſulam tátum deponens, in chorum veniat. Et ſacerdos reſumpta caſula circa finem letaniæ: dũ chorus íncipit Kyrie eléiſon, cum miniſtris ad altare procedat orationem & cõfeſsionem faciat, & ſic Gloria in excelſis, proferat. Dóminus vobíſcum. O rémus.

DEus qui hanc ſacratíſsimam noctem glória domínicæ reſurrectiônis illúſtras⁊conſérua in noua famíliæ tuæ progénie adoptiônis ſpíritum quem dedíſti,vt corpore & mente renouáti⁊ puram tibi exhíbeant ſeruitûtẽ. Pér eúndem Dóminum noſtrum.in vnitâte eiúſdem.

Lectio epiſtolæ beati Pauli apoſtoli ad Coloſſenſes.

FRatres: Si conſurrexíſtis cum Chriſto quæ ſurſum ſunt quærite: vbi Chriſtus eſt in déxtera Dei ſedens. Quæ ſurſum ſunt ſápite: non quæ ſuper terram. Mórtui enim eſtis: & vita veſtra abſcóndita eſt cum Chriſto in Deo. Cum enim Chriſtus apparúerit vita veſtra ca. 3.

tunc & vos apparébitis cum ipſo in glória. Allelúia.

Pſal. 117. ℣. Confitémini Dómino quóniam bonus: quóniam in ſæculum miſericórdia eius.

Tractus. Laudáte Dóminum omnes gentes: & collaudáte eum omnes populi. ℣. Quóniam confirmâta eſt ſuper nos miſericórdia eius: & véritas Dómini manet in ætérnum.

Sequéntia ſancti Euangélij ſecúndum Matthæum.

c. 28 IN illo témpore: Véſpere autem ſábbati quę lucéſcit in prima ſábbati venit Marîa Magdaléne & áltera Marîa vidêre ſepúlchrum. Et ecce terręmôtus factus eſt magnus. Angelus enim Dómini deſcéndit de cœlo: & accédens reuóluit lápidem: & ſedêbat ſuper eum. Erat autem aſpéctus eius ſicut fulgur: & veſtiménta eius ſicut nix. Præ timôre autē eius extérriti ſunt cuſtódes: & facti ſunt velut mórtui. Reſpóndēs autē Angelus dixit muliéribus. Nolîte timêre vos. Scio enim ꝙ Ieſum qui crucifíxus eſt quęritis. Non eſt hic. Surréxit enim: ſicut dixit. Venîte & vidête locum: vbi póſitus erat Dóminus. Et citò eúntes dícite diſcípulis eius, quia ſurréxit: & ecce præcêdit vos in Galilæam. Ibi eum vidébitis: ecce prædíxi vobis. Hic non dicitur Credo.

Secreta.

SVſcipe Dómine quæſumus preces pópuli tui cũ oblatiónibus hoſtiârum, vt paſchálibus initiâta myſtérijs, ad æternitâtis nobis medêlam te operánte profíciat. Per Dóminum noſtrum.

Præfatio. Te quidem Dómine omni témpore. fol. 140.

Infra actionem.

COmmunicántes & noctem ſacratíſſimam.

Hãc igitur oblatiônem. Pax Dómini dicitur: ſed non Agnus Dei.

Poſt communio.

SPíritum nobis Dómine tuæ charitâtis infúnde: vt quos ſacraméntis paſchálibus ſatiáſti: tua fácias pietâte concórdes. Per eiuſdem.

DOMINICA RE-
SVRRECTIONIS
DOMINI.



Statio ad ſanctam Mariam maiorem.

INTROITVS.

Pſal. 138. RESurréxi, & adhuc tecũ ſum, allelúia: poſuíſti ſuper me manum tuam, allelúia: mirábilis facta eſt ſciéntia tua, allelúia, allelúia.

Pſal. Dómine probáſti me, & cognouíſti me, tu cognouíſti ſeſsiônem meam, & reſurrectiônem meam. ℣. Glória Patri & Fílio & ſpíritui ſancto. Ibi.

Glória in excélſis. Collecta.

DEus, qui hodiérna die, per vnigénitum tuum, æternitâtis nobis áditum deuícta morte reſeráſti: vota

noſtra, quæ præueniéndo aſpíras: étiam adiuuándo proſéquere. Per eúndem Dóminum noſtrum.

Léctio epiſtolæ beáti Pauli apóſtoli ad Corínthios.

1.c.5 FRatres: Expurgâte vetus ferméntum: vt ſitis noua conſpérſio, ſicut eſtis ázymi. Etenim Paſcha noſtrum immolâtus eſt Chriſtus. Itaque epulêmur: non in ferménto véteri, neq; in ferménto malítiæ; & nequítiæ: ſed in ázymis ſynceritâtis, & veritâtis.

Pſal. 117. ℟. Hæc dies quam fecit Dóminus: exultêmus, & lætêmur in ea. ℣. Confitémini Dómino, quóniã bonus: quóniam in ſæculum miſericórdia eius.

A lleluia. ℣. Paſcha noſtrum immolâtus eſt Chriſtus, allelúia.

Sequéntia ſancti euangélij ſecúndum Marcum.

c.16 IN illo témpore: María Magdaléne, & María Iacóbi, & Salomé emẽrũt arómata: vt veniéntes, vngerent Ieſum. Et valde manè vna ſabbathôrum, véniunt ad monuméntũ, orto iam ſole. Et dicébant ad ínuicem. Quis reuóluet nobis lápidem ab óſtio monuménti? Et reſpiciéntes, vidérunt reuolûtum lápidẽ. Erat quippe magnus valde. Et introeúntes in monuméntum, vidérunt iúuenem ſedéntem in dextris, coopértum ſtola cándida: & obſtupuérũt. Qui dixit illis. Nolîte expauéſcere. Ieſum quæritis Nazarênum, crucifíxum: ſurréxit, nõ eſt hîc: ecce locus, vbi poſuérunt eum. Sed ite, dícite diſcípulis eius, & Petro: quia præcêdet vos in Galilæam. Ibi eum vidébitis: ſicut dixit vobis. C redo.

Offertorium. T erra trémuit, & quiêuit, dum reſúrgeret in iudícium Deus, allelúia. Pſal. 75.

Secreta.

SVſcipe, quæſumus Dómine, preces pópuli tui cum oblatiónibus hoſtiârum, vt paſchálibus initiâta myſtérijs, ad æternitâtis nobis medêlam te operánte profíciãt. Per Dóminum noſtrum.

Præfatio. T e quidẽ Dómine omni témpore, ſed in hac potíſsimum die.

C ommunicántes & diem ſacratíſsimum celebrántes reſurrectiónis Dómini. H anc igitur oblatiónem.

Et ſic dicitur vſquè ad Dominicam in Albis incluſiuè.

Com-

1. Co rint. 5. Communio. Paſcha noſtrum immolátus eſt Chriſtus, allelúia: itaque epulêmur in ázymis ſynceritâtis & veritâtis, allelúia, allelúia, allelúia.

Poſt communionem.

SPíritum nobis Dómine tuæ charitâtis infúnde: vt quos ſacraméntis paſchálibus ſatiáſti, tua fácias pietâte concórdes. Per Dñm. in vnitate eiuſ. Poſt Dóminus vobíſcum, dicitur Ite miſſa eſt, allelúia, allelúia.

℟. Deo grátias, allelúia, allelúia.

Tribus diebus ſequentibus prima miſſa ſicut in die Paſchæ, non tamen dicitur Collecta. Deus qui ſolennitate. in prima miſſa.

FERIA SECVNDA.

Statio ad Sanctum Petrum.

Introitus.

Exo 23. INtrodúxit vos Dóminus in terrã fluéntem lac & mel, alleluia, & vt lex Dómini ſemper ſit in ore veſtro, allelúia, allelúia.

Pſal. 104. Pſal. Confitémini Dómino, quóniã bonus, quóniam in ſæculum miſericórdia eius. ℣. Glória Patri.

Glória in excélſis. Collecta.

DEus, qui ſolennitâte Paſchâli mundo remédia contuliſti: pópulum tuum, quæſumus, cœléſti dono proſéquere: vt & perféctam libertâtẽ cónſequi mereâtur: & ad vitam proficiat ſempitérnam. Per Dóminum.

Léctio Actuum apoſtolôrũ.

IN diêbus illis: Stans Petrus in médio plebis, dixit. c. 10
Viri fratres, vos ſcitis, quod factum eſt verbum per vniuérſam Iudæam: incípiens enim à Galilæa, poſt baptíſmum, quod prædicâuit Ioánnes, Ieſum à Nazaréth: quómodo vnxit eum Deus Spíritu ſancto & virtûte: qui pertránſijt benefaciéndo, & ſanándo omnes opréſſos à diábolo: quóniam Deus erat cum illo. Et nos teſtes ſumus ómnium, quæ fecit in regiône Iudæôrum & Hieruſalém: quem occidérunt ſuſpendéntes in ligno. Hunc Deus ſuſcitâuit tértia die: & dedit eũ maniféſtũ fieri, nõ omni pópulo, ſed téſtibus pręordinátis à Deo, nobis qui mãducáuimus & bíbim⁹ cum illo, poſtquam ſurréxit

à mórtuis. Et præcêpit nobis prædicâre pópulo, & teſtificári, quia ipſe eſt, qui conſtitûtus eſt à Deo iudex viuôrum & mortuôrũ. Huic omnes prophétæ teſtimónium pérhibent, remiſsiônem peccatôrum accípere per nomẽ eius, omnes qui credũt in eũ.

Pſal. 117. ℟. Hæc dies, quam fecit Dóminus, exultêmus & lætêmur in ea. ℣. Dicat nũc Iſraél, quóniã bonus quóniã in ſæculũ miſericórdia eius A llelúia. ℣.

Luc. 4. Nõne cor noſtrũ ardẽs erat in nobis de Ieſu dũ nobis loquerêtur in via? allel.

Sequéntia ſancti Euangélij ſecúndum Lucam.

c. 24. IN illo tẽpore: Duo ex diſcípulis Ieſu ibant ipſa die in caſtéllum, quod erat in ſpátio ſtadiôrum ſexagínta ab Hieruſalém, nómine Emmaús. Et ipſi loquebántur ad ínuicem de his ómnibus, quæ accíderant. Et factum eſt: dum fabularéntur & ſecum quærerent, & ipſe Ieſus appropínquans ibat cum illis. Oculi autem eôrum tenebántur, ne eum agnóſcerent. Et ait ad illos. Qui ſunt hi ſermónes, quos confértis ad ínuicẽ ambulántes, & eſtis triſtes? Et reſpóndens vnus, cui nomen Cléophas, dixit ei. Tu ſolus peregrînus es in Hieruſalém: & non cognouíſti quæ facta ſunt in illa, his diêbus? Quibus ille dixit. Quæ? Et dixérunt. De Ieſu Nazaréno, qui fuit vir prophêta, potens in ópere & ſermône corã Deo, & omni pópulo. Et quómodo tradidérunt eum ſummi ſacerdótes & príncipes noſtri in damnatiônem mortis: & crucifixérũt eum. Nos autem ſperabâmus, quia ipſe eſſet redemptûrus Iſraél. Et nunc ſuper hæc ómnia, tértia dies eſt hódie, quod hæc facta ſunt. Sed & mulíeres quędã ex noſtris terruérunt nos, quæ ante lucem fúerunt ad monuméntum: & nõ inuénto córpore eius, venérunt, dicéntes ſe étiam viſiônem angelôrum vidíſſe, qui dicunt eum víuere. Et abiérunt quidã ex noſtris ad monuméntum: & ita inuenérunt, ſicut mulíeres dixérunt: ipſum verò non inuenérunt. Et ipſe dixit ad eos. O ſtulti, & tardi corde ad credéndũ in ómnibus,

nibus, quæ locúti ſunt prophétæ? Nonne hæc opórtuit pati Chriſtum, & ita intrâre in glóriam ſuam? Et incípiẽs à Móyſe, & ómnibus prophétis; interpretabâtur illis in ómnibus ſcriptúris quæ de ipſo erant. Et appropinquauérunt caſtéllo, quò ibant: & ipſe finxit ſe lóngius ire. Et coegérunt illũ, dicéntes. Mane nobíſcum, quóniam aduesperáſcit, & inclinâta eſt iam dies. Et intrâuit cum illis. Et factum eſt: dum recúmberet cum illis, accêpit panem, & benedíxit ac fregit, & porrigêbat illis. Et apérti ſunt óculi eôrum, & cognouérunt eũ: & ipſe euánuit ex óculis eôrum. Et dixérũt ad ínuicem. Nonne cor noſtrum ardens erat in nobis, dum loquerêtur in via, & aperîret nobis ſcriptúras? Et ſurgéntes eâdẽ hora regréſſi ſunt in Hieruſalém: & inuenérunt congregátos vndecim, & eos, qui cum ipſis erãt, dicéntes: quod ſurréxit Dóminus verè, & appáruit Simóni. Et ipſi narrábant quæ geſta erant in via: & quómodo cognouérunt eum in fractiône panis.

Offert. Angelus Dómini deſcéndit de cælo, & dixit muliéribus: quem quæritis, ſurréxit, ſicut dixit, allelúia. Mat. 28.

Secreta.

SVſcipe, quæſumus Dómine, preces pópuli tui cum oblatiónibus hoſtiârum: vt paſchálibus initiâta myſtérijs, ad æternitâtis nobis medêlam te operánte profíciãt. Per Dóminum noſtrum.

Præfatio vt in die, &c.

Cõmunio. Surréxit Dñs, & appáruit Petro, allelúia. Luc. 24. Poſt Cõmun.

SPíritum nobis Dómine, tuæ charitâtis infúnde: vt quos ſacraméntis paſchálibus ſatiáſti, tua fácias pietâte concórdes. Per Dóminum. In vnitâte eiúſdem.

FERIA TERTIA.

Statio ad Sanctum Paulum.

Introitus.

AQua ſapiéntiæ potâuit eos, allelúia: firmábitur in illis, & non flectêtur, allelúia: & exaltâuit eos in ætérnum, allelúia, allelúia. Eccl. 15.

Pſalm. Confitémini Dómino quóniam bonus; quóniam in ſæculum miſeri- Pſal. 104.

ſericórdia eius. ℣. Glória. Oratio.

Deus, qui eccléſiam tuam nouo ſemper fœtu multíplicas: cōcēde fámulis tuis: vt ſacraméntum viuéndo téneāt: quod fide percepérūt. Per Dóminum noſtrum.

Léctio Actuū Apoſtolôrū.

c. 13 In diêbus illis: Surgens Paulus, & manu ſiléntium indícens, ait, Viri fratres, fílij géneris Abrahám, & qui in vobis timent Deum: vobis verbū ſalûtis huius miſſum eſt. Qui enim hábitant Hieruſalém, & príncipes eius ignoræntes Ieſum, & voces prophetârum, quæ per omne ſábbathum legúntur, iudicántes impleuérunt: & nullam cauſam mortis inueniéntes in eo, petiérunt à Piláto, vt interfícerent eum. Cumque conſummáſſent ómnia, quæ de eo ſcripta erant: deponéntes eum de ligno, poſuérunt eum in monuménto. Deus autem ſuſcitâuit eum à mórtuis tértia die. Qui viſus eſt per dies multos his, qui aſcénderant ſimul cum eo de Galilæa in Hieruſalém: qui vſque nunc ſunt teſtes eius ad plebem. Et nos vobis annunciâmus eam, quæ ad patres noſtros repromíſsio facta eſt: quóniam hanc Deus adimplêuit fílijs veſtris, reſúſcitans Ieſum Chriſtum Dóminū noſtrū.

℟. Hæc dies quam fecit Dóminus: exultêmus, & lætêmur in ea. ℣. Dicāt nunc, qui redémpti ſunt à Dómino: quos redêmit de manu inimíci: & de regiónibus cōgregâuit eos. Allelúia. Pſal. 117. Pſal. 106.

℣. Stetit Ieſus in médio diſcipulôrum ſuôrum, & dixit eis; Pax vobis, nolîte timêre. Alleluia.

Sequéntia ſancti Euangélij ſecúndum Lucam.

c. 24 In illo témpore. Stetit Ieſus in médio diſcipulôrum ſuôrum, & dicit eis. Pax vobis. Ego ſum, nolîte timêre. Conturbáti verò & contérriti, exiſtimábant ſe ſpíritum vidêre. Et dixit eis. Quid turbáti eſtis, & cogitatiónes aſcéndunt in corda veſtra? Vidête manus meas, & pedes meos: quia ego ipſe ſum. Palpâte & vidête: quia ſpíritus carnem & oſſa non habet, ſicut me vidêtis habêre. Et cum hoc dixíſſet, oſténdit eis manus &

pedes

pedes. Adhuc autem illis non credéntibus & mirántibus præ gáudio, dixit. Habêtis hîc áliquid quod mãducêtur? At illi obtulérunt ei partem piſcis aſsi, & fauum mellis. Et cùm manducáſſet coram eis, ſumens relíquias, dedit eis. Et dixit ad eos. Hæc ſunt verba quæ locûtus ſum ad vos cùm adhuc eſſem vobíſcum: quóniam necéſſe eſt impléri ómnia, quæ ſcripta ſunt in lege Móyſi, & Prophétis, & Pſalmis de me. Tunc apéruit illis ſenſum, vt intellígerent ſcriptúras. Et dixit eis. Quóniam ſic ſcriptum eſt, & ſic oportêbat Chriſtũ pati, & reſúrgere à mórtuis die tértia: & prædicári in nómine eius pœniténtiam & remiſsiônẽ peccatôrum in omnes gẽtes.

Pſa. 17. Offert. Intónuit de cœlo Dóminus: & Altíſsimus dedit vocem ſuam: & apparuérunt fontes aquârum, allelúia.

Secreta.

SVſcipe Dómine, fidélium preces cũ oblatiónibus hoſtiârum: vt per hæc piæ deuo
Col. 3. tiônis offícia, ad cœleſtẽ glóriã tranſeâmus. Per Dominũ.

Communio. Si cõſurrexíſtis cum Chriſto, quæ ſurſum ſunt quærite, vbi Chriſtus eſt in déxtera Dei ſedens, allelúia: quę ſurſum ſunt ſápite, allelúia.

Poſt Communionem.

COncêde, quęſumus, omnípotẽs Deus: vt Paſchâlis percéptio ſacraménti: contínua in noſtris méntibus perſeuêret. Per Dóminum.

FERIA QVARTA.

Statio ad ſanctum Laurẽtium extra muros.

Introitus.

VEnîte benedícti Pa-
tris mei: percípite re- Matthęi. 25.
gnum, allelúia, quod vobis parâtum eſt ab orígine mundi, allelúia, allelúia, allel.
Pſalm. Cantâte Dómino cánticum Pſal. 95.
nouum: quia mirabília fecit. ℣. Glória Patri & Fílio.

Collecta.

DEus, qui nos reſurrectiônis Dóminicæ ánnua ſolénitâte lætíficas: concêde propítius: vt per temporália feſta, quæ ágimus, peruenîre ad gáudia ætérna mereâmur. Per eũdem Dóminum.

¶ Lectio Actuum Apoſtolôrum.

IN diêbus illis: Apériens Pe Ca. 3.
trus os ſuum, dixit. Viri Iſraelítæ, & qui timêtis Deũ,

audîte. Deus Abrahám, & Deus Iſaác, & Deus Iacób, Deus Patrum noſtrôrũ glorificâuit Fílium ſuum Ieſum, quem vos quidẽ tradidíſtis: & negáſtis ante fáciem Pilá-ti, iudicánte illo dimítti. Vos autem ſanctum & iuſtum negáſtis, & petíſtis virum homicîdam donári vobis: auctôrem verò vitæ interfecíſtis, quem Deus ſuſcitâuit à mórtuis, cuius nos teſtes ſumus. Et nunc fratres ſcio, quia per ignorántiam fecíſtis, ſicut & príncipes veſtri. Deus autem qui prænunciâuit per os ómnium prophetârũ, pati Chriſtũ ſuũ: implêuit ſic. Pœnitémini igitur, & conuertímini: vt deleántur peccâta veſtra.

Pſal. 117. Graduale. Hæc dies, quam fecit Dóminus: exultêmus, & lætêmur in ea. ℣. Déxtera Dómini fecit virtûtem: déxtera Dómini exaltâuit me. Allelúia.

Luc. 24. ℣. Surréxit Dóminus & occúrrens muliéribus ait: Auête, tunc acceſſérũt & tenuérũt pedes eius. Allelúia.

Sequéntia ſancti Euangélij ſecúndum Ioánnem.

c. 21 IN illo témpore: Maniſeſtâuit ſe íterum Ieſus diſcípulis ſuis ad mare Tiberíadis. Maniſeſtâuit autem ſic. Erant ſimul Simon Petrus & Thomas, qui dícitur Dídymus, & Nathanaél, qui erat à Cana Galilææ, & fílij Zebedæi, & álij ex diſcípulis eius duo. Dicit eis Simon Petrus. Vado piſcári. Dicunt ei. Venîmus & nos tecum. Et exiérunt, & aſcendérunt in nauim: & illa nocte nihil prendidérunt. Mane autem iam facto, ſtetit Ieſus in líttore, non tamẽ cognouérunt diſcípuli, quia Ieſus eſt. Dicit ergo eis Ieſus. Púeri, nunquid pulmentáriũ habêtis? Reſpondérũt ei: Nõ. Et dixit eis. Míttite in déxteram nauígij rete, & inueniêtis. Miſérunt ergo: & iam nõ valébant illud tráhere præ multitúdine píſcium. Dicit ergo diſcípulus ille, quem diligêbat Ieſus, Petro. Dóminus eſt. Simon ergo Petrus cum audíſſet quia Dóminus eſt: túnicam ſuccínxit ſe, (erat enim nudus) & miſit ſe in mare. Alij autem diſcípuli nauígio venérunt (non enim longè erant à terra, ſed quaſi cúbitis ducéntis) trahéntes rete

píſcium. Vt ergo deſcendérunt in terram, vidérunt prunas póſitas, & piſcem ſuperpóſitum, & panem. Dicit eis Ieſus. Afférte de píſcibus, quos prendidíſtis nũc. Aſcéndit Simon Petrus, & traxit rete in terram, plenum magnis píſcibus, centum quinquaginta tribus. Et cum tanti eſſent, non eſt ſciſſum rete. Dicit eis Ieſus. Venîte, prandête. Et nemo audêbat diſcumbéntiũ interrogâre eum, Tu quis es: ſciéntes quia Dóminus eſt. Et venit Ieſus, & accêpit panem, & dabat eis: & piſcem ſimíliter. Hoc iam tértio manifeſtâtus eſt Ieſus diſcípulis ſuis, cum reſurrexíſſet à mórtuis.

Pſal. 77. Offert. Portas cœli apéruit Dóminus: & pluit illis manna, vt éderent: panem cœli dedit eis: panem angelórum mãducâuit homo, allelúia. Secreta.

SAcrifícia Dómine, paſchálibus gáudijs immolâmus: quibus eccléſia tua mirabíliter & páſcitur & nutrîtur. Per Dóminum noſtrum.

Ro-man. 6. Commu. Chriſtus reſúrgens ex mórtuis, iam nõ móritur, allelúia: mors illi vltrá nõ dominábitur, allelúia, al'la.

Poſt communionem.

AB omni nos, quæſumus Dómine, vetuſtâte purgâtos ⁊ ſacraménti tui veneránda percéptio in nouam trãsferat creatûrã. Qui viuis.

FERIA QVINTA.

Statio ad ſanctos duodecim Apóſtolos.

Introitus.

VIctrîcem manũ tuã Dómine laudauérũt páriter: allelúia: quia ſapiéntia apéruit os mutôrum, & linguas infántium fecit diſértas, allelúia, allelúia. Sap. 10.

Pſalm. Confitémini Dómino quóniam bonus: quóniam in ſæculum miſericórdia eius. ℣. Glória. Oratio. Pſal. 97.

DEus, qui diuerſitâtẽ géntium in confeſsiône tui nóminis adunáſti: da, vt renátis fonte baptíſmatis, vna ſit ſides méntiũ ⁊ & píetas actiônum. Per Dóminum noſtrũ.

Hac die & deinceps fit commemoratio de feſtis occurrentibus.

¶ Lectio Actuũ apoſtolorũ.

IN diêbus illis: Angelus Dómini locûtus eſt ad Philíppum dicens. Surge, & vade cõtra meridiânum, ad viam Ca. 8.

quæ deſcéndit ab Hieruſalém in Gazam: hæc eſt deſérta. Et ſurgens ábijt. Et ecce, vir Æthiops eunûchus, potẽs Candâcis reginæ Æthiópum, qui erat ſuper omnes gazas eius, vénerat adorâre in Hieruſalém: & reuertebâtur ſedens ſuper currum ſuum, légenſque Iſaîam prophêtam. Dixit autem Spíritus Philíppo. Accêde & adiúnge te ad currum iſtum, Accúrrens autem Philíppus, audîuit illum legéntem Iſaîam Prophêtam: & dixit. Putaſne intélligis quæ legis? Qui ait. Et quómodo poſſum, ſi non áliquis oſténderit mihi? Rogâuitque Philíppũ, vt aſcénderet, & ſedêret ſecum. Locus autem ſcriptúræ, quam legêbat, hic erat. Tanquam ouis ad occiſiônem ductus eſt: & ſicut agnus coram tondénte ſe, ſine voce, ſic non apéruît os ſuũ. In humilitâte iudícium eius ſublâtum eſt. Generatiônem eius quis enarrâbit? quóniam tollêtur de terra vita eius. Reſpóndens autem eunûchus Philíppo, dixit. Obſecro te, de quo Prophéta dicit hoc: de ſe, an de álio áliquo? Apériens autem Philíppus os ſuum, & incípiens à ſcriptúra iſta, euangelizâuit illi Ieſum. Et dũ irent per viam, venérunt ad quandam aquam: & ait eunûchus. Ecce aqua, quis próhibet me baptizári? Dixit autem Philíppus. Si credis ex toto corde, licet. Et reſpóndens, ait. Credo, Fílium Dei eſſe Ieſum Chriſtum. Et iuſsit ſtare currum: & deſcendérunt vtérque in aquam, Philíppus & eunûchus: & baptizâuit eũ. Cùm autem aſcendiſſent de aqua, Spíritus Dómini rápuit Philíppum, & ámplius nõ vidit eum eunûchus. Ibat autem per viam ſuam gaudens. Philíppus autem inuéntus eſt in Azóto. Et pertránſiens euangelizâbat ciuitátibus cunctis (donec venîret Cæſáream) nomen Dómini Ieſu Chriſti.

℟. Hæc dies quam fecit Dóminus: exultêmus, & lætêmur in ea. ℣. Lápidem, quem reprobauérunt ædificántes, hic factus eſt in caput ánguli: à Dómino factum eſt iſtud: & eſt mirábile Pſ. 117

in

in óculis noſtris. Allelúia. ℣. Chriſtus reſúrgens ex mórtuis, iam non móritur; mors illi vltra non dominábitur.

Sequéntia ſancti Euangélij ſecúndum Ioánnem.

c. 20 IN illo tēpore: María ſtabat ad monuméntum foris, plorans. Dum ergo fleret, inclinâuit ſe, & proſpéxit in monuméntum: & vidit duos ángelos in albis, ſedétes, vnum ad caput, & vnum ad pedes, vbi póſitū fúerat corpus Ieſu. Dicūt ei, illi. Múlier, quid ploras? Dicit eis. Quia tulérunt dóminum meū, & néſcio, vbi poſuérunt eum. Hæc cum dixíſſet, conuérſa eſt retrórſum, & vidit Ieſum ſtantem: & non ſciêbat, quia Ieſus eſt. Dicit ei Ieſus. Múlier, quid ploras? Quem quæris? Illa exíſtimans, quia hortulânus eſſet, dicit ei. Dómine, ſi tu ſuſtulíſti eum, dícito mihi vbi poſuíſti eum: & ego eum tollam. Dicit ei Ieſus. Marîa. Conuérſa illa, dicit ei. Rabboni, quod dícitur magíſter. Dicit ei Ieſus. Noli me tángere. Nondum enim aſcéndi ad Patrem meum. Vade autem ad fratres meos, & dic eis. Aſcéndo ad Patrem meum, & Patrem veſtrum. Deum meum & Deum veſtrum. Venit Marîa Magdaléne annúncians diſcípulis: quia vidi Dóminum, & hæc dixit mihi.

Offert. In die ſolennitâtis veſtræ, dicit Dóminus, indûcam vos in terram fluéntem lac, & mel, allelúia. Exo 13.

Secreta.

SVſcipe, quæſumus Dómine, múnera populôrū tuôrum propítius: vt confeſsiône tui nóminis, & baptíſmate renouáti, ſempitérnam beatitúdinem conſequántur. Per Dóminum noſtrum.

Præfatio vt in die, &c.

Communio. Pópulus acquiſitiónis annunciâte virtútes eius, allelúia: qui vos de ténebris vocâuit in admirábile lumen ſuum, allelúia. 1. Pet. 2.

Poſt Communionem

EXáudi Dómine, preces noſtras, vt redemptiônis noſtræ ſacroſáncta commércia, & vitæ nobis cónferant præſéntis auxílium: & gáudia ſempitérna concílient. Per Dóminum noſtrum Ieſum Chriſtum Filium tuum.

FERIA SEXTA.

Statio ad S. Mariam Rotundam.

Introitus.

Pſal. 77. EDúxit eos Dóminus in ſpe, allelúia: & inimícos eôrum opéruit mare, allelúia, allelúia, allelúia.

Ibi. Pſalm. Atténdite pópule meus legem meam: inclinâte aurem veſtram in verba oris mei. ℣. Glória patri & Fílio.

Collecta.

OMnípotens ſempitérne Deus, qui paſchâle ſacraméntum in reconciliatiônis humánæ fœdere contuliſti: da méntibus noſtris, vt quod profeſsiône celebrâmus, imitêmur affećtu. Per Dóminũ.

Léćtio epiſtolæ beáti Petri apóſtoli.

1.c.3 CHaríſsimi: Chriſtus ſemel pro peccátis noſtris mórtuus eſt, iuſtus pro iniúſtis: vt nos offérret Deo, mortificátos quidem carne, viuificátos autem ſpíritu. In quo, & his qui in cárcere erant ſpirítibus, véniens prædicâuit: qui incréduli fúerant aliquándo, quando expećtábãt Dei patiéntiam in diêbus Noé, cùm fabricarêtur arca: in qua pauci, ideſt, ocho ánimæ ſaluæ factæ ſunt per aquam. Quod & vos nunc ſimilis formæ ſaluos facit baptíſma: non carnis depoſítio ſórdium, ſed conſciéntiæ bonæ interrogátio in Deum, per reſurrectiônẽ Ieſu Chriſti Dómini noſtri, qui eſt in déxtera Dei.

℟. Hæc dies, quam fecit Dóminus: exultêmus, & lætêmur in ea. ℣. Benedíćtus, qui venit in nómine Dómini: Deus Dóminus, & illúxit nobis. Pſa. 117 Allelúia. ℣. In die reſurrećtiônis meæ, dicit Dóminus præcêdam vos in Galilæam. Allelúia. Pſa. 95.

Sequéntia ſancti Euangélij ſecúndum Matthæum.

IN illo témpore: Vndecim diſcípuli abiérunt in Galilæam, in montem vbi conſtitúerat illis Ieſus. Ca. 28. Et vidéntes eũ adorauérunt: quidam autem dubitauérunt. Et accédens Ieſus locûtus eſt eis, dicens: Data eſt mihi omnis poteſtas in cœlo & in terra. Eúntes ergo, docête ómnes gẽtes, baptizãtes eos: in nómine Patris, & Fílij, & Spíritus ſancti:

docéntes eos ſeruâre ómnia, quæcúnq; mandáui vobis. Et ecce ego vobíſcum ſum ómnibus diêbus, vſque ad conſummatiônem ſæculi.

Leu. 23. Offert. Erit vobis hæc dies memoriális, allelúia: & diem feſtum celebrábitis ſolénnem Dómino in progénies veſtras: legítimum ſempitérnum diem, Allelúia, allelúia, allelúia. Secreta.

HOſtias, quæſumus Dómine: placâtus aſſûme: quas & pro renatôrum expiatiône peccáti deférimus: & pro acceleratiône cœleſtis auxílij. Per Dóminum.

Mat. 28. Communio. Data eſt mihi omnis poteſtas in cœlo, & in terra, allelúia: eúntes, docête omnes gentes, batizántes eos, in nómine Patris, & Fílij, & Spíritus ſancti, allelúia.

Poſt communionem.

REſpice, quæſumus Dómine pópulum tuũ: & quẽ ætérnis dignâtus es renouâre myſtérijs: à temporálibus culpis dignánter abſólue. Per Dóminum noſtrum Ieſum Chriſtum.

SABBATHO.
In Albis.

Statio ad S. Ioannem in Laterano.

Introitus.

EDúxit Dóminus pópulum ſuum in exultatiône, allelúia: & eléctos ſuos in lætítia, allelúia, allelúia. Pſal. 104.

Pſal. Confitémini Dómino, & inuocâte nomẽ eius: annũciâte inter gentes ópera eius ℣. Glória. Collecta. Ibi.

COncêde, quæſumus, omnípotens Deus: vt qui feſta paſchália venerándo égimus: per hæc contíngere ad gáudia ætérna mereâmur. Per Dóminum noſtrum.

Léctio epíſtolæ beáti Petri apóſtoli.

CHariſſimi: Deponéntes omnẽ malítiam, & omnem dolum, & ſimulatiónes, & inuídias, & omnes detractiónes: ſicut modò géniti infántes, rationábiles, ſine dolo lac concupíſcite: vt in eo creſcâtis in ſalûtem: ſi tamen guſtáſtis, quóniam dulcis eſt Dóminus. Ad quem accedéntes, lápidem viuum, ab homínibus quidem reprobâtum, à Deo autem eléctum & honorificâtum: & ipſi tãquam lápides viui ſuperædificámini, domus ſpirituâlis, ſacerdó- 1. ca. 2.

tium ſanctum, offeréntes ſpirituáles hóſtias, acceptábiles Deo per Ieſum Chriſtum. Propter quod cóntinet Scriptûra. Ecce ponam in Sión lápidem ſummum angulârẽ, probâtum, eléctum, pretiôſum. Et qui credíderit in illũ, non confundêtur. Vobis ígitur honor credéntibus. Non credéntibus autem, lapis quẽ reprobauérunt ædificántes, hic factus eſt in caput ánguli: & lapis offenſiônis, & petra ſcándali, his qui offéndunt verbo, nec credunt, in quo & póſiti ſunt. Vos autẽ genus eléctum, regâle ſacerdótium, gens ſancta: pópulus acquiſitiônis: vt virtútes eius annunciêtis, qui de ténebris vos vocâuit in admirábile lumẽ ſuum. Qui aliquándo nõ pópulus Dei: nunc autẽ pópulus Dei. Qui nõ conſecúti miſericórdiam: nunc autem miſericórdiam conſecúti.

Pſal. 117. Allelúia. ℣. Hæc dies quam fecit Dóminus: exultêmus & lætêmur in ea.

Allelúia. ℣. Laudâte púeri Dóminum, laudâte nomen Dómini, ſit nomen Dómini benedictum ex hoc nunc & vſque in ſæculum. allelúia. Pſal 112.

Sequéntia ſancti Euangelii ſecúndum Ioánnem.

IN illo témpore: Vna ſabbathi, María Magdaléne venit manè cum adhuc ténebræ eſſent, ad monuméntum: & vidit lápidẽ ſublâtum à monuménto. Cucúrrit ergo, & venit ad Simônem Petrum, & ad álium diſcípulum, quẽ amâbat Ieſus: & dicit eis. Tulérunt Dóminum de monuménto: & neſcîmus, vbi poſuérunt eum. Exijt ergo Petrus & ille álius diſcípulus, & venérunt ad monuméntum. Currébant autem duo ſimul: & ille álius diſcípulus præcucúrrit cítius Petro, & venit primus ad monuméntum. Et cùm ſe inclináſſet, vidit linteámina póſita: non tamen introîuit. Venit ergo Simon Petrus ſequens eum, & introîuit in monuméntũ: & vidit linteámina póſita, & ſudárium, quod fúerat ſuper caput eius, non cum linteamínibus póſitum, ſed ſeparátim inuolûtum in vnũ locum. Tunc ergo introîuit & ille diſcípulus, qui vène- c.20.

rat primus ad monuméntũ: & vidit & crédidit. Nondum enim ſciébant ſcriptûram, quia oportêbat eum à mórtuis reſúrgere.

Pſal. 117 Offert. Benedictus, qui venit in nómine Dómini: benedíximus vobis de domo Dñi: Deus Dóminus & illúxit nobis, allelúia, allelúia. Secreta.

COncêde, quæſumus Dómine, ſemper nos per hæc ſacra myſtéria paſchália gratulári: vt contínua noſtræ reparatiônis operátio, perpétuæ nobis fiat cauſa lætítiæ. Per Dóminum.

Præfatio vt in die. &c.

Gal. 3. Commu. Omnes, qui in Chriſto baptizáti eſtis, Chriſtum induíſtis, allelúia. Poſt communio.

REdemptiônis noſtræ múnere vegetáti, quęſumus, Dómine: vt hoc perpétuæ ſalûtis auxílio, fides ſemper vera profíciat. Per Dóminũ.

Dominica poſt albas prima miſſa integrè ſicut in die Paſchæ. Et ad maiorem miſſam. Introitus.

****

DOMINICA IN Octaua Paſchæ.

Statio ad Sanctum Pancratium.

Introitus.

QVáſi modo géniti infántes, alleluia: rationábiles ſine dolo, lac cõcupíſcite, allelúia, allelúia. 1. pe. 2

Pſalm. Exultâte Deo adiutóri noſtro: iubilâte Deo Iacób. ℣. Glória Patri & Fílio. Collecta Pſal. 80.

PRæſta, quæſumus omnípotẽs Deus: vt qui Paſchália feſta perégimus: hæc te largiénte, móribus & vita teneâmus. Per Dóminum noſtrum Ieſum Chriſtum.

Lécti[o] epíſtolæ beáti Ioánnis apóſtoli.

CHaríſsimi: Omne, quod natum eſt ex Deo: vincit mundum. Et hæc eſt victória, quæ vincit mundum: fides noſtra. Quis eſt autem, qui vincit mundum: niſi qui credit, quóniam Ieſus eſt Fílius Dei? Hic eſt, qui venit per aquam & ſánguinem, Ieſus Chriſtus. Non in aqua ſolũ: ſed in aqua & ſánguine. Et ſpíritus eſt, qui teſtificâtur, quóniam Chriſtus eſt véritas. Quóniã tres ſunt qui teſtimóniũ dant in cœlo: Pater Verbũ, & Spíritus ſanctus: & hi tres, vnum ſunt. Et tres 1. c. 5.

ſunt

ſunt, qui teſtimónium dant in terra, ſpíritus, áqua, & ſanguis: & hi tres, vnum ſunt. Si teſtimónium hóminum accípimus: teſtimónium Dei, maius eſt. Quóniã hoc eſt teſtimóniũ Dei, quod maius eſt: quia teſtificâtus eſt de Fílio ſuo. Qui credit in Filiũ Dei: habet teſtimóniũ Dei in ſe.

Ioã. 20. Allelúia. ℣. Poſt dies octo, iánuis clauſis, ſtetit Ieſus in médio diſcipulôrũ ſuôrũ, & dixit: pax vobis. Allelúia. Surréxit Dóminus de ſepúlchro, qui pro nobis pepéndit in ligno. Allelúia.

Sequéntia ſancti Euangélij ſecúndum Ioánnem.

c. 20 IN illo tépore: Cùm eſſet ſerò die illa, vna ſabbathôrum: & fores eſſent clauſæ, vbi erant diſcípuli congregáti propter metum Iudæôrum: venit Ieſus, & ſtetit in médio eôrum, & dicit eis. Pax vobis. Et cùm hoc dixíſſet, oſténdit eis manus & latus. Gauíſi ſunt ergo diſcípuli viſo Dómino. Dixit ergo eis íterum. Pax vobis. Sicut miſit me Pater, & ego mitto vos. Hoc cum dixíſſet, inſufflâuit: & dicit eis. Accípite Spíritum ſanctum: quorum remiſerîtis peccâta, remittúntur eis: & quorum retinuerîtis, reténta ſunt. Priuatis diebus diuiſio Thomas autem vnus de duódecim, qui dícitur Dídymus, non erat cum eis, quando venit Ieſus. Dixérunt ergo ei álij diſcípuli. Vídimus Dóminum. Ille autem dixit eis. Niſi vídero in mánibus eius fixûram clauôrum, & mittam dígitum meum in locum clauôrum, & mittam manum meam in latus eius: non credã. Et poſt dies octo, íterum erant diſcípuli eius intus: & Thomas cũ eis. Venit Ieſus iánuis clauſis, & ſtetit in médio, & dixit. Pax vobis. Deínde dicit Thomæ. Infer dígitum tuũ huc, & vide manus meas, & affer manum tuam, & mitte in latus meum: & noli eſſe incrédulus, ſed fidêlis. Reſpóndit Thomas, & dixit ei. Dóminus meus, & Deus meus. Dicit ei Ieſus. Quia vidíſti me Thoma, credidíſti: beáti, qui non vidérunt, & credidérũt. Multa quidem & ália ſigna fecit Ieſus in conſpéctu diſcipulôrum ſuôrum, quæ non

ſunt ſcripta in libro hoc. Hęc autem ſcripta ſunt, vt credâtis, quia Ieſus eſt Chriſtus Fílius Dei: & vt credéntes vitam habeâtis in nómine eius. Credo.

Matt. 28. Offerto. Angelus Dómini deſcédit de cœlo, & dixit muliéribus: quem quæritis? ſurréxit, ſicut dixit, allelúia.

Secreta.

SVſcipe múnera, quæſumus Dómine, exultántis ecclésiæ: & cui cauſam tanti gáudij præſtitíſti, perpétuæ fructum cócêde lætítiæ. Per Dóminum noſtrum.

Præfatio, & communicantes vt in die Paſchæ.

Ioã. 20. Commu. Mitte manum tuam, & cognóſce loca clauôrum, allelúia: & noli eſſe incrédulus, ſed fidélis, allelúia, allelúia. Poſt communionem.

QVæſumus Dñe Deus noſter: vt ſacroſáncta myſtéria, quæ pro reparatiônis noſtræ munímine contulíſti: & præſens nobis remédium eſſe fácias, & futûrum. Per Dóminum noſtrum.

Dominica prima poſt octa. Paſchæ, & ſequentibus Dominicis vſq; ad Aſcéſionem prima miſſa dicatur ſicut in die Paſchę ſed in collecta nó dicatur Hodierna die ꝙ ſi fuerit impedimentum, fiat tamē commemoratio Reſurrectionis ſumendo Collect. Deus qui per vnige.

****

DOMINICA I.

Poſt octauam Paſchæ.

Introitus.

MIſericórdia Dómini plena eſt terra, allelúia: verbo Dómini cœli firmáti ſunt, allelúia, allelúia. Pſal. 32.

Pſalm. Exultâte iuſti in Dómino: rectos decet collaudátio. ℣. Glória Patri & Fílio. Ibi.

Collecta.

DEus, qui in Fílij tui humilitâte, iacéntem mundum erexíſti: fidélibus tuis perpétuam concêde lætítiã: vt quos perpétuæ mortis eripuíſti cáſibus: gáudijs fácias ſempitérnis pérfrui. Per eúndem Dóminum noſtrum.

Léctio epiſtolæ beáti Petri apóſtoli.

CHaríſsimi: Chriſtus paſſus eſt pro nobis, vobis relínquens exémplum, vt ſequámini veſtígia eius. Qui 1. c. 2

peccâtum nõ fecit: nec inuẽ
tus eſt dolus in ore eius. Qui
cúm maledicerêtur, non ma-
ledicêbat. Cùm paterêtur, nõ
comminabâtur. Tradêbat au
tem iudicánti ſe iniúſtè. Qui
peccâta noſtra ipſe pértulit
in córpore ſuo ſuper lignũ:
vt peccátis mórtui, iuſtítiæ
viuâmus. Cuius liuôre ſanáti
eſtis. Erâtis enim ſicut oues
errántes: ſed conuérſi eſtis
nunc ad paſtôrem & epíſco-
pum animârum veſtrârum.

Ioã. 10. Allelúia. ℣. Ego ſum paſtor bonus, & cognóſco oues meas, & cognóſcunt me meç, allelúia. Angelus Dómini deſcéndit de cœlo, & accédens reuóluit lápidem, & ſedébat ſuper eum, & reſpóndens dixit muliéribus: quem quçritis? illæ autem dixérunt: Ieſum Nazarênum. Allelúia.

Sequéntia ſancti Euangélij ſecúndum Ioánnem.

Ca. 10. IN illo témpore: Dixit Ieſus Phariſçis. Ego ſum paſtor bonus. Bonus paſtor ánimam ſuã dat pro óuibus ſuis. Mercenárius autẽ, & qui non eſt paſtor, cuius non ſunt oues própriæ, videt lupum veniéntem, & dimíttit oues, & fugit: & lupus rapit, & diſpérgit oues. Mercenárius autẽ fugit, quia mercenárius eſt: & non pértinet ad eum de óuibus. Ego ſum paſtor bonus, & cognóſco oues meas, & cognóſcunt me meæ. Sicut nouit me Pater, & ego agnóſco Patrẽ: & ánimã meã pono pro óuibus meis. Et álias oues hábeo, quæ nõ ſunt ex hoc ouíli: & illas opórtet me addúcere, & vocem meam áudient: & fiet vnum ouîle, & vnus paſtor. Credo.

Offert. Deus Deus meus, ad te de luce vígilo: & in nómine tuo leuâbo manus meas, allelúia. Pſal. 62.

Secreta.

BEnedictiônem nobis Dómine, cónferat ſalutârem ſacra ſemper oblátio: vt quod agit myſtério, virtûte perfíciat. Per Dóminum.

Cõmunio. Ego ſum paſtor bonus, allelúia: & cognóſco oues meas, & cognóſcunt me meæ, allelúia, allelúia. Ioã. 10.

Poſt communionem.

PRæſta nobis, quæſumus, omnípotẽs Deus, vt viuificatiônis tuæ grátiam conſequéntes, in tuo ſemper múnere gloriêmur. Per Dóminum.

DOMINICA II.
Poſt Octauam Paſchæ.
Introitus.

Pſal. 65. IVbiláte Deo omnis terra, allelúia: Pſalmũ dícite nómini eius, allelúia: date glóriam laudi eius, allelúia, allelúia, allelúia.

Ibi. Pſalm. Dícite Deo, quàm terribília ſunt ópera tua Dómine! in multitúdine virtûtis tuæ. ℣. Glória Patri.

Collecta.

DEus, qui errántibus, vt in viam poſsint redîre iuſtítiæ, veritâtis tuæ lumen oſténdis: da cũctis, qui Chriſtiána profeſsiône cenſéntur, & illa reſpúere, quæ huic inimîca ſunt nómini? & ea, quæ ſunt apta, ſectári. Per Dóminum.

Léctio epiſtolæ Beáti Petri Apóſtoli.

1. ca. 2. CHaríſsimi: Obſecro vos tanquam áduenas & peregrínos, abſtinêre vos à carnálibus deſidérijs, quæ mílitant aduérſus ánimam, conuerſatiônem veſtram inter gentes habéntes bonam: vt in eo, quod detréctant de vobis, tanquam de malefactóribus, ex bonis opéribus vos conſiderántes, gloríficẽt Deũ in die viſitatiônis. Subiécti ígitur eſtôte omni humánæ creatúræ propter Deũ: ſiue regi, quaſi præcelléntí: ſiue dúcibus, tanquam ab eo miſſis ad vindíctam malefactôrum, laudem verò bonôrum: quia ſic eſt volúntas Dei, vt benefaciéntes obmutéſcere faciâtis imprudéntium hóminum ignorántiam: quaſi líberi, & non quaſi velâmen habéntes malítiæ libertâtem, ſed ſicut ſerui Dei. Omnes honorâte. Fraternitâtem dilígite. Deum timête. Regem honorificâte. Serui, ſúbditi eſtôte in omni timôre dóminis, non tantúm bonis & modéſtis, ſed étiã dyſcolis. Hæc eſt enim grátia: in Chriſto Ieſu Dómino noſtro.

Allelúia. ℣. Módicum & non vidébitis me, dicit Dóminus, íterum módicum & vidébitis me quia vado ad Patrem. Allelúia. ℣. Surréxit paſtor bonus qui póſuit ánimam ſuam pro óuibus ſuis & pro ſuo grege mori dignâtus eſt. Allelúia. Iohan. 16.

Sequéntia ſancti Euangélij ſecúndum Ioánnem.

Ioã. 16. IN illo tẽpore: Dixit Ieſus diſcípulis ſuis Módicum, & iam nõ vidébitis me: & íterum, módicum, & vidébitis me, quia vado ad Patrem. Dixérunt ergo ex diſcípulis eius adínuicem. Quid eſt hoc, quod dicit nobis: Módicum, & non vidébitis me: & íterum, Módicũ, & vidébitis me, & quia vado ad Patrem? Dicébant ergo: Quid eſt hoc, quod dicit nobis: Módicum? Neſcîmus quid lóquitur. Cognôuit autem Ieſus quia volébãt eum interrogâre, & dixit eis. De hoc quæritis inter vos, quia dixi: Módicum, & non vidébitis me: & íterum, Módicũ, & vidébitis me? Amen amen dico vobis, quia plorábitis & flébitis vos, mundus autẽ gaudêbit: vos verò contriſtabímini, ſed triſtítia veſtra vertêtur in gáudiũ. Múlier cùm parit, triſtítiam habet, quia venit hora eius: cùm autem pepérerit púerũ, iam nõ méminit preſſúræ propter gáudiũ, quia natus eſt homo in mundum. Et vos ígitur nunc quidem triſtítiam habêtis. Iterũ autẽ vidêbo vos, & gaudêbit cor veſtrũ: & gáudiũ veſtrũ nemo tollet à vobis. Credo.

Offerto. Lauda ánima mea Dóminum, laudâbo Dóminum in vita mea: pſallam Deo meo quándiu fuero, allelúia. Pſal. 145

Secreta.

HIs nobis, Dómine myſtérijs conferâtur; quo terrêna deſidéria mitigántes, diſcâmus amâre cœléſtia. Per Dóminum noſtrum.

Communio. Módicum, & non vidébitis me, allelúia: íterum módicũ, & vidébitis me, quia vado ad Patrem, allelúia, allelúia. Ioã. 16.

Poſt communionem.

SAcraménta, quæ ſúmpſimus, quæſumus Dómine, & ſpirituálibus nos inſtáurent aliméntis: & corporálibus tueántur auxílijs. Per Do.

****

DOMINICA III. Poſt Paſcha.

Introitus.

CAntâte Dómino cãticum nouum, allelúia, quia mirabília fecit Dóminus, allelúia: ante Pſal. 97.

conſpé-

conſpéctum géntium reuelâuit iuſtítiam ſuam, allelúia, allelúia.

Ibi. Pſalm. Saluâuit ſibi déxtera eius, & bráchium ſanctum eius. ℣. Glória Patri & Fílio.

Collecta.

DEus qui fidélium mentes vnius éfficis voluntâtis: da pópulis tuis id amâre quod præcipis, id deſiderâre quod promíttis: vt inter mundánas varietâtes, ibi noſtra fixa ſint corda: vbi vera ſunt gáudia. Per Dóminum.

Léctio epíſtolæ beáti Iacóbi Apóſtoli.

cap. 1. CHaríſsimi: Omne datum óptimum, & omne donũ perféctum de ſúrſum eſt, deſcéndens à Patre lúminum: apud quẽ non eſt tranſmutátio, nec viciſsitúdinis obumbrátio. Volũtariè enim génuit nos verbo veritâtis: vt ſimus inítium áliquod creatúræ eius. Scitis fratres mei dilectíſsimi. Sit autem omnis homo velox ad audiéndũ: tardus autem ad loquéndum, & tardus ad iram. Ira enim viri iuſtítiam Dei non operâtur. Propter quod abijciéntes omnem immundítiam, & abundántiam malítiæ, in manſuetúdine ſuſcípite ínſitum verbum, quod poteſt ſaluâre ánimas veſtras.

Allelúia. ℣. Vado ad eum qui miſit me: ſed quia hæc locûtus ſum vobis, triſtítia impléuit cor veſtrum. Ioã. 16. Allelúia. ℣. Stetit Ieſus in médio diſcipulôrum ſuórũ, & dixit eis: pax vobis, ego ſum, nolíte timêre. Allelúia. Ioã. 20.

Sequéntia ſancti Euangélij ſecúndum Ioánnem.

IN illo tẽpore: Dixit Ieſus diſcípulis ſuis. Vado ad eum qui miſit me: & nemo ex vobis intérrogat me, quò vadis? Sed quia hæc locûtus ſum vobis, triſtítia implêuit cor veſtrum. Sed ego veritâtem dico vobis, éxpedit vobis, vt ego vadam. Si enim nõ abíero, Paráclitus non véniet ad vos: ſi autem abíero, mittam eum ad vos. Et cùm vénerit ille, árguet mundum de peccáto, & de iuſtítia, & de iudício. De peccáto quidem: quia non credidérunt in me. De iuſtítia verò: quia ad Patrem vado: & iam non vidébitis me. De iudício autem: quia princeps huius cap. 16.

mundi iam iudicâtus eſt. Ad huc hábeo multa vobis dícere : ſed non potéſtis portâre modò. Cùm autem vénerit ille ſpíritus veritâtis, docêbit vos omnem veritâtem. Non enim loquêtur à ſemetípſo : ſed quæcúnque áudiet, loquêtur : & quæ ventûra ſunt, annunciâbit vobis. Ille me clarificâbit: quia de meo accípiet, & annunciâbit vobis. Credo.

Pſal. 65. Offert. Iubilâte Deo vniuérſa terra : pſalmũ dícite nómini eius: venîte, & audîte, & narrâbo vobis omnes qui timêtis Deum, quanta fecit Dñs ánimæ meæ, allelúia.

Secreta.

Deus, qui nos per huius ſacrifícij veneránda commércia, vnîus ſummæque diuinitâtis partícipes eſſe fecíſti: pręſta quęſumus: vt ſicut tuam cognóuimus veritâtẽ, ſic eam dignis móribus aſſequâmur. Per Dóminum.

Ioã. 16. Communio. Cùm vénerit Paráclitus Spíritus veritâtis, ille árguet mũdum de peccáto, & de iuſtítia, & de iudício, allelúia, allelúia.

Poſt Communio.

Adéſto nobis Dómine, Deus noſter: vt per hæc: quæ fidéliter ſúmpſimus, & purgêmur à vítijs: & à perículis ómnibus eruâmur. Per Dóminum.

****

DOMINICA. IIII. poſt Octauam Paſchæ.

Introitus.

Vocem iucunditâtis annũciâte, & audiâtur, allelúia : annũciâte vſq; ad extrémũ terræ : liberâuit Dñs pópulum ſuum, allelúia, allelúia. Iſai. 48.

Pſalm. Iubiláte Deo omnis terra, pſalmum dícite nómini eius, date glóriam laudi eius. Pſal. 65.

℣. Glória Patri.

Collecta.

Deus, à quo bona cuncta procédunt: largîre ſupplícibus tuis : vt cogitêmus, te inſpiránte, quę recta ſunt, & te gubernánte, éadem faciâmus. Per Dóminum.

Léctio epiſtolæ beáti Iacóbi Apóſtoli.

Charíſsimi: Eſtôte factóres verbi, & non auditóres tantum: falléntes voſmet ípſos. Quia ſi quis audîtor eſt verbi, & non factor : hic cap. 1.

corn-

comparábitur viro conſiderânti vultum natiuitâtis ſuæ in ſpéculo. Cõſiderâuit enim ſe, & ábijt, & ſtatim oblîtus eſt, qualis fúerit. Qui autem perſpéxerit in lege perféctæ libertâtis, & permánſerit in ea, non audîtor obliuiôſus factus, ſed factor óperis: hic beâtus in facto ſuo erit. Si quis auté putat ſe religiôſum eſſe, non refrænans linguam ſuã, ſed ſedúcens cor ſuũ: huius vana eſt relígio. Relígio mũda & immaculâta apud Deũ & Patrem, hæc eſt. Viſitâre pupíllos, & víduas in tribulatiône eôrum: & immaculâtũ ſe cuſtodîre ab hoc ſæculo.

Ioã. 16. Allelúia. ℣. Vſque modo non petíſtis quicquam in nómine meo: pétite & accipiêtis. Allelúia. ℣. Surréxit dóminus, & occúrrẽs muliéribus ait: Auête. Tunc acceſſérunt & tenuérunt pedes eius, allelúia.

Sequéntia ſancti Euangélij ſecúndum Ioánnem.

ca. 16 IN illo témpore: Dixit Ieſus diſcípulis ſuis. Amen amen dico vobis: ſi quid petierîtis Patrem in nómine meo, dabit vobis. Vſq; modo non petíſtis quicquã in nómine meo. Pétite & accipiêtis: vt gáudium veſtrũ ſit plenũ. Hæc in prouérbijs locûtus ſum vobis. Venit hora, cum iam nõ in prouérbijs loquar vobis, ſed palam de Patre annunciâbo vobis. Illo die in nómine meo petêtis. Et non dico vobis, quia ego rogâbo Patrem de vobis. Ipſe enim Pater amat vos, quia vos me amáſtis, & credidíſtis, quia à Deo exíui. Exíui à Patre, & veni in mundũ: íterum relínquo mundũ, & vado ad Patrẽ. Dicũt ei diſcípuli eius. Ecce, nunc palàm lóqueris, & prouérbium nullum dicis. Nunc ſcimus, quia ſcis ómnia, & non opus eſt tibi, vt quis te intérroget. In hoc crédimus, quia à Deo exíſti. Credo.

Offertorium. Benedícite gentes Dóminum Deum noſtrum, & obaudîte vocem laudis eius: qui póſuit ánimã meam ad vitam, & non dedit commouéri pedes meos: benedíctus Dóminus qui non amôuit deprecatiônem meã, & miſericórdiam ſuam à me, allelúia. Pſal. 65.

Secreta.

SVſcipe Dómine fidélium preces cum oblatiónibus

hoſtiârum: vt per hæc piæ deuotiônis offícia, ad cæléſtem glóriam tranſeâmus. Per Dóminum noſtrum.

Pſal. 95. Communio. Cantâte Dómino allelúia; cantâte Dómino, & benedícite nomini eius: benè nunciâte de die in diem ſalutâre eius, allelúia, allel.

Poſt Communionem.

TRíbue nobis Dómine cęléſtis menſæ virtûte ſatiâtis: & deſiderâre quæ recta ſunt, & deſiderâta percípere. Per Dóminum.

IN LITANIIS MAIORIBVS.

Require Litaniam in fine huius libri.

Statio ad Sanctum Laurentium.

Introitus.

Pſal. 17. EXaudîuit de templo ſancto ſuo vocem meã, allelúia: & clamor meus in conſpéctu eius introîuit in aures eius, allelúia, allelúia.

Ibi. Pſalm. Díligam te Dómine virtus mea: Dóminus firmaméntum meum, & refúgium meum, & liberâtor meus. ℣. Glória Patri.

Collecta

PRæſta, quæſumus omnípotens Deus: vt qui in afflictiône noſtra de tua pietâte confidimus: contra aduérſa ómnia, tua ſemper protectiône muniâmur. Per Dóminum noſtrum.

Léctio epiſt. B. Iacóbi Apóſt.

cap. 5. CHaríſsimi: Confitémini altérutrum peccâta veſtra: & orâte pro ínuicem vt ſaluémini. Multum enim valet deprécatio iuſti aſsídua. Elías, homo erat ſimílis nobis, paſsíbilis, & oratiône orâuit, vt nõ plúeret ſuper terram: & non pluit annos tres, & menſes ſex. Et rurſum orâuit: & cœlum dedit plúuiam, & terra dedit fructum ſuum. Fratres mei, ſi quis ex vobis errâuerit à veritâte: & conuêrterit quis eum: ſcire debet, quóniam, qui conuérti fécerit peccatôrem ab errôre viæ ſuæ, ſaluâbit ánimã eius à morte, & opériet multitúdinem peccatôrum. 3. Reg 7.

Pſal. 117. Allelúia. ℣. Confitémini Dómino, quóniam bonus: quóniam in ſæculum miſericórdia eius.

Sequéntia ſancti Euangélii ſecúndum Lucam.

Ca. 11. IN illo tẽpore: Dixit Ieſus diſcípulis ſuis. Quis

veſtrum

veſtrum habêbit amîcum,& ibit ad illum média nocte, & dicet illi. Amîce, accómmoda mihi tres panes, quóniam amîcus meus venit de via ad me,& nõ hábeo quod ponam ante illũ. Et ille deíntus reſpóndens dicat. Noli mihi moléſtus eſſe: iam óſtiũ clauſum eſt,& púeri mei mecum ſunt in cubíli, non poſſum ſúrgere & dare tibi. Et ſi ille perſeueráuerit pulſans: dico vobis,& ſi non dabit illi ſurgens, eo quòd amîcus eius ſit, propter improbitâtẽ tamen eius ſurget, & dabit illi quotquot habet neceſſários. Et ego dico vobis: Pétite, & dábitur vobis: quærite, & inueniêtis: pulſâte,& aperiêtur vobis. Omnis enim, qui petit, áccipit: & qui quærit, ínuenit: & pulſánti aperiêtur. Quis autem ex vobis Patrem petit panem: nunquid lápidem dabit illi? Aut piſcẽ: nũquid pro piſce ſerpéntem dabit illi? Aut ſi petíerit ouũ: nunquid pórriget ei ſcorpiônem? Si ergo vos, cum ſitis mali, noſtis bona data dare fílijs veſtris: quantò magis Pater veſter de cælo dabit ſpíritũ bonum petentibus ſe?

Offert. Confitêbor Dómino nimis in ore meo:& in médio multôrum laudâbo eum,qui áſtitit à dextris páuperis,vt ſaluam fáceret à perſequéntibus ánimam meam,allelúia. Pſal. 108.

Secreta.

HÆc múnera, quæſumus Dómine, & víncula noſtræ prauitâtis abſóluant, & tuæ nobis miſericórdiæ dona cõcílient. Per Dominũ.

Communio. Petite,& accipiétis: quærite,& inueniétis: pulſâte,& aperiêtur vobis: omnis enim, qui petit, áccipit, & qui quærit, ínuenit: & pulſánti aperiétur, allelúia. Luc. 11.

Poſt Communionem.

VOta noſtra, quæſumus Dómine, pio fauôre proſéquere: vt dum dona tua in tribulatiône percípimus, de conſolatiône noſtra in tuo amôre creſcâmus. Per Dóminum.

IN VIGILIA ASCENSIONIS.

Introitus.

OMnes gentes pláudite mánibus, iubilâte Deo in voce exultatiônis, allelúia, allelúia. allel.

Ibi. Pſalm. Subiécit pópulos nobis & gentes ſub pédibus noſtris. Glória Patri & Fílio.

Collecta.

PRæſta quæſumus omnípotens Deus: vt noſtræ mentis inténtio, quo ſolennitâtis ventúræ gloriôſus auctor ingréſſus eſt ſemper inténdat: & quo fide pergit, cõuerſatiône peruéniat. Per eúndem.

Léctio epiſtolæ Beáti Pauli Apóſtoli ad Ephéſios.

ca.4. FRatres: Vnicúique noſtrũ data eſt grátia ſecúndum menſûram donatiônis Chriſti. Propter quod dicit:
Pſal. 67. Aſcéndens in altum: captîuã duxit captiuitâtẽ: dedit dona homínibus. Quod autem aſcéndit: quid eſt, niſi quia & deſcéndit primũ in inferióres partes terræ? Qui deſcéndit ipſe eſt & qui aſcéndit ſuper omnes cœlos, vt adimplêret ómnia. Et ipſe dedit quoſdam quidẽ apóſtolos, quoſdam autem prophétas, álios verò Euangeliſtas, álios autẽ paſtóres & doctóres ad conſummatiônem ſanctôrũ, in opus miniſtérij, in ædificatiônem córporis Chriſti: donec occurrâmus omnes in vnitâtem fídei, & agnitiônis Fílij Dei, in virum perféctũ, in menſûram ætâtis plenitúdinis Chriſti.

Allelúia. ℣. Omnes gentes pláudite mánibus: iubiláte Deo in voce exultatiônis. Allelúia. Pſal. 46.

Sequéntia ſancti Euangélij ſecúndum Ioánnem.

IN illo tẽmpore: Subleuátis Ieſus óculis in cœlũ, dixit. Pater, venit hora, clarífica Fílium tuum, vt Fílius tuus clarificet te, ſicut dedíſti ei poteſtâtem omnis carnis: vt omne quod dedíſti ei, det eis vitam ætérnam. Hæc eſt autẽ vita ætérna: vt cognóſcãt te, ſolũ Deũ verũ, & quem miſíſti Ieſum Chriſtum. Ego te clarificáui ſuper terram: opus conſummáui, quod dedíſti mihi, vt fáciam. Et nunc clarífica me tu Pater apud temetípſum, claritâte quam hábui, priúſquam mundus eſſet, apud te. Manifeſtáui nomen tuũ homínibus, quos dedíſti mihi de mundo. Tui erant: & mihi eos dedíſti: & ſermônem tuum ſeruauérunt. Nunc Cap. 17.

cogno-

cognouérunt: quia ómnia, quæ dedíſti mihi, abs te ſunt, quia verba, quæ dedíſti mihi, dedi eis. Et ipſi accepérunt: & cognouérunt verè, quia à te exíui: & credidérunt, quia tu me miſiſti. Ego pro eis rogo. Nõ pro mundo rogo, ſed pro his, quos dedíſti mihi: quia tui ſunt. Et mea ómnia, tua ſunt: & tua, mea ſunt: & clarificâtus ſum in eis. Et iã nõ ſum in mũdo: &, hi in mũdo ſunt: & ego ad te vénio.

Pſal. 46. Offer. Aſcẽdit Deus in iubilatiône, Dñs in voce tubę, allel. Secreta.

SAcrifícium Dñe pro fílijs tui, ſúpplices venerábili quã præuenîmus nũc aſcẽſiône deférimꝰ, pręſta quęſumꝰ vt & nos per ipſum? his commércijs ſacroſánctis ad cœleſtia cõſurgâmus. Qui tecum.

Ioã. 17. Cõm. Pater cũ eſſem cũ eis ego ſeruábam eos quos dedíſti mihi, allelúia: nũc autẽ ad te vénio: nõ rogo vt tollas eos de mũdo, ſed vt ſerues eos á malo, allelúia, allel. Poſt Communio.

TRíbue quęſumꝰ omnipotẽs Deus, vt per hęc ſacra quę ſũpſimus, illuc tẽdat chriſtiánæ deuotiônis affėctus? quo tecũ eſt noſtra ſubſtãtia Ieſus Chriſtus fílius tuus Dóminus noſter. Qui tecum.

IN DIE ASCENSIONIS.



Statio ad Sanctum Petrum.

Introitus.

VIri Galilęi, quid admirámini aſpiciẽtes in cœlum? allelúia: quemádmodũ vidíſtis eum aſcendéntẽ in cœlum, ita véniet, allelúia, allelúia, allel. Act. 1.

Pſal. Cũq; intueréntur in cœlũ eúntẽ illũ, ecce duo viri aſtitérũt iuxta illos in véſtibus albis. Ibi. Collecta.

COncêde, quæſumus, omnipotẽs Deus: vt qui ho-

diérna

diérna die Vnigénitum tuũ Redemptôrem noſtrũ ad cœlos aſcendíſſe crédimus: ipſi quoq; mẽte in cœléſtibus habitêmus. Per eúndem Dñm.

Léctio Actuũ Apoſtolôrum.

cap. 1. PRimũ quidẽ ſermônem feci de ómnibus, ô Theóphile, quæ cœpit Ieſus fácere, & docêre, vſque in diem, qua præcípiẽs Apóſtolis per Spíritum ſanctũ, quos elêgit, aſſúmptus eſt: quibus & præbuit ſeípſum viuũ poſt paſsiônẽ ſuã in multis argumẽtis, per dies quadragínta appárens eis, & loquens de regno Dei. Et conuéſcens, præcêpit eis ab Hieroſólymis ne diſcéderẽt, ſed expectárẽt promiſſiônẽ Patris quã audíſtis (inquit) per os meũ: quia Ioánnes quidẽ baptizâuit aqua, vos autẽ baptizabímini Spíritu ſancto non poſt multos hos dies. Igitur qui conuénerant, interrogábãt eũ, dicéntes. Dómine, ſi in tẽpore hoc reſtítues regnum Iſraél? Dixit autem eis. Non eſt veſtrũ nóſſe témpora vel momẽta, quæ Pater póſuit in ſua poteſtâte: ſed accipiétis virtûtem ſuperueniéntis Spíritus ſancti in vos, & éritis mihi teſtes in Hieruſalẽ, & in omni Iudæa, & Samária: & vſque ad vltimũ terræ. Et cũ hæc dixíſſet, vidéntibus illis, eleuâtus eſt: & nubes ſuſcépit eũ ab óculis eôrum. Cumque intueréntur in cœlum eúntẽ illum, ecce duo viri aſtitérũt iuxta illos in véſtibus albis, qui & dixérunt. Viri Galilæi, quid ſtatis aſpiciéntes in cœlum? Hic Ieſus, qui aſſúmptus eſt à vobis in cœlum, ſic véniet, quemádmodũ vidíſtis eum eúntem in cœlum.

Allelúia. ℣. Aſcéndit Deus in iubilatiône, & Dóminus in voce tubæ. Pſal. 46.

Allelúia. ℣. Aſcéndens Chriſtus in altum, captíuam duxit captiuitâtem, dedit dona homínibus, allelúia. Pſal. 67.

Sequéntia ſancti Euangélij ſecúndum Marcum.

IN illo témpore: Recũbéntibus vndecim diſcípulis, appáruit illis Ieſus: & exprobrâuit incredulitâtẽ eorũ & durítiã cordis quia his, qui víderãt eũ reſurrexíſſe, nõ credidérunt. Et dixit eis. Eũtes in mũdũ vniuérſum, prædicâte Euangélium cap. 16.

omni

omni creatúræ. Qui credíderit, & baptizâtus fúerit: ſaluus erit. Qui verò non credíderit, condemnábitur. Signa autem eos, qui credíderint, hæc ſequéntur. In nómine meo dæmónia eiícient, Linguis loquéntur nouis, Serpéntes tollent. Et ſi mortíferum quid bíberint, non eis nocêbit. Super ægros manus impónent, & bene habébunt. Et Dóminus quidem Ieſus, poſtquam locûtus eſt eis, aſſúmptus eſt in cœlum, & ſedet à dextris Dei. Illi autem profécti prædicauérunt vbîque: Dómino cooperánte, & ſermônem cõfirmánte, ſequéntibus ſignis. Credo.

Act. 1. Offerto. Viri Galilæi quid admirámini aſpiciéntes in cœlũ? hic Ieſus qui aſſúmptus eſt à vobis in cœlum, ſic véniet quemádmodum vidíſtis eum aſcẽdéntem in cœlum, allelúia. Secreta.

SVſcipe Dómine múnera, quæ pro Fílij tui glorióſa aſcenſiône deférimus: & cõcêde propítius: vt à præſéntibus perículis liberêmur: & ad vitam perueniâmus ætérnã. Per eúndem Dóminum noſtrum Ieſum Chriſtum.

Præfatio. Per Chriſtum Dóminũ. Qui poſt reſurrectiônem.

Infra actionem. Communicântes, & diem ſacratíſsimũ celebrántes. Et dicitur per octauam.

Communio. Pſállite Dómino, qui aſcéndit ſuper cœlos cœlórum ad Oriéntem, allelúia. Pſal. 67.

Poſt communionem.

PRæſta nobis, quæſumus omnípotẽs, & miſéricors Deus: vt quæ viſibílibus myſtérijs ſuménda percépimus: inuiſíbili conſequâmur effectu. Per Dóminum.

DOMINICA INFRA Octauam Aſcenſionis.

Introitus.

EXaudi, Dómine vocem meã, qua clamáui ad te, allelú ia: tibi dixit cor meum, quæſiui vultum tuum, vultum tuum Dómine requîram: ne auértas fáciem tuam à me, allelúia, allelúia. Pſal. 16.

Pſal. Dóminus illuminátio mea, & ſalus mea: quem timêbo? ℣. Glória Patri & Fílio. Ibi.

Collecta.

OMnípotens ſempitérne Deus, fac nos tibi ſem-

per

per & deuotã gérere voluntâ tẽ, & maieſtáti tuę ſyncéro corde ſeruîre. Per Dóminũ.

Lectio Epíſtolæ Beáti Petri Apóſtoli.

1. capi. 4. CHaríſsimi: Eſtôte prudẽtes: & vigilâte in oratiónibus. Ante ómnia autẽ mútuam in vobiſmetípſis charitâtem contínuam habéntes: quia chárita s óperit multitúdinem peccatôrum. Hoſpitáles ínuicem ſine murmuratiône. Vnuſquíſque ſicut accêpit grátiam, in altérutrum íllam adminiſtrántes: ſicut boni diſpenſatóres multifórmis grátiæ Dei. Si quis lóquitur: quaſi ſermónes Dei. Siquis miníſtrat: tanquam ex virtûte, quam adminíſtrat, Deus. Vt in ómnibus honorificêtur Deus, per Ieſum Chriſtum Dóminum noſtrum.

Alleluia. ℣. Dóminus in Sinái ſancto aſcéndens in altum captíuam duxit captiuitâtem. Alleluia.

Sequéntia Sancti Euangélij ſecúndum Ioánnem.

cap. 15. IN illo témpore: Dixit Ieſus diſcípulis ſuis. Cùm vénerit Paraclêtus, quem ego mittam vobis à Patre, Spíritum veritâtis, qui à Patre procêdit: ille teſtimóniũ perhibêbit de me. Et vos teſtimónium perhibébitis: quia ab inítio mecum eſtis. Hęc locûtus ſum vobis, vt nõ ſcandalizémini. Abſq; ſynagógis fáciẽt vos. Sed venit hora, vt omnis qui intérficit vos, arbitrêtur obſéquiũ ſe præſtâre Deo. Et hæc fáciẽt vobis: quia non nouérũt Patrem, neq; me. Sed hæc locûtus ſum vobis: vt cũ vénerit hora eôrũ, reminiſcámini quia ego dixi vobis. Credo. cap. 16.

Offerto. Aſcéndit Deus in iubilatióne: & Dóminus in voce tubæ, allelúia. Pſal. 46.

Secreta.

SAcrifícia nos, Dñe immaculâta puríficẽt, & méntibus noſtris ſupérnæ grátiæ dent vigôrem. Per Dóminũ.

Commu. Pater, cúm eſſem cũ eis, ego ſeruâbam eos, quos dediſti mihi; allelúia: nunc autem ad te vénio: non rogo vt tollas eos de mundo, ſed vt ſerues eos à malo, allelúia, allelúia. Ioi. 17.

Poſt communionem.

REpléti, Dómine, munéribus ſacris, da quęſumus, vt in gratiârum ſemper actiône maneâmus. Per Dóminũ.

In Octaua Aſcẽſionis vt in die præter ſequẽs Euangeliũ.

¶ Sequẽntia Sãcti Euangélij ſecúndum Lucam.

c. 24 IN illo témpore: Dixit Ieſus diſcípulis ſuis. Hęc ſunt verba quæ locûtus ſum ad vos cum adhuc eſſem vobíſcum: quóniam necéſſe eſt impléri ómnia quæ ſcripta ſunt in lege Móyſi, & prophétis & Pſalmis de me. Tunc apéruit illis ſenſum: vt intellígerent ſcriptúras. Et dixit eis. Quóniã ſic ſcriptum eſt, & ſic oportêbat Chriſtũ pati, & reſúrgere à mórtuis die tértia: & prędicári in nómine eius pœniténtiam & remiſsiônẽ peccatôrum in omnes gentes incipiéntibus ab Hieroſólyma. Vos autem eſtis teſtes horũ. Et ego mitto promíſſum patris mei in vos. Vos autem ſedête in ciuitâte: quo aduſque induámini virtûte ex alto. Edúxit autem eos foras in Bethániam: & eleuátis mánibus ſuis benedíxit eis, & factũ eſt dũ benedíceret illis, recéſſit ab eis: & ferebâtur in cœlum. Et ipſi adorãtes regréſsi ſunt in Hieruſalẽ cũ gáudio magno: & erãt ſemper in tẽplo: laudántes & benedicéntes Deũ. Cætera ſicut in die Aſcenſiónis; excepto quod Credo non dicitur. In craſtino octauę Aſcenſionis miſſa ſit de cruce ſi feſtum non occurrerit. ¶ In vigilia Pentec. lect. 1. quæ cum legitur, ſacerdos ſolus veniat ad altare, & per omnia ſic agat vt ordinatum eſt in vigilia Paſchæ.

TEntâuit Deus Abrahã: & dixit ad eum. Abrahám. Gen. 22. At ille reſpõdit. Adſum. Ait illi. Tolle fíliũ tuum vnigénitũ quẽ díligis Iſaác: & vade in terrã viſiônis, atq; ibi ófferes eũ in holocáuſtum ſuper vnũ móntiũ quẽ monſtráuero tibi. Igitur Abrahám de nocte conſúrgens ſtrauit áſinum ſuũ: ducens ſecum duos iúuenes, & Iſaác fíliũ ſuũ. Cumq; concidíſſet ligna in holocáuſtum: ábijt ad locũ quẽ præcéperat ei Deus. Die autẽ tértio eleuátis óculis vidit locũ procul: dixitque ad púeros ſuos. Expectâte hic cũ áſino: ego & puer illuc vſq; properántes: poſtquam adorauerîmus

reuer-

reuertêmur ad vos. Tulit quoque ligna holocáuſti: & impóſuit ſuper Iſaác fíliũ ſuũ. Ipſe vero portâbat in mánibus ignem & gládium. Cũq; duo pérgerent ſimul dixit Iſaác patri ſuo. Pater mi. At ille reſpóndit. Quid vis fili? Ecce, inquit, ignis & ligna: vbi eſt víctima holocáuſti? Dixit Abrahám. Deus prouidêbit ſibi víctimam holocáuſti fili mi. Pergébant ergo páriter; venéruntque ad locum quem oſténderat ei Deus. In quo ædificâuit altâre & déſuper ligna compóſuit. Cumq; colligáſſet Iſaác fílium ſuũ: póſuit eum in altári ſuper ſtruem lignôrum. Exténditque manum & arrípuit gládium: vt immolâret fílium ſuum. Et ecce ángelus Dómini de cœlo clamâuit dicens. Abrahám Abrahám. Qui reſpóndit. Adſum. Dixitq; ei. Non exténdas manum tuam ſuper púerum: neq; fácias illi quicquã. Nũc cognóui quod tímeas Dóminum: & non pepercíſti fílio tuo vnigénito propter me. Leuâuit Abrahám óculos: viditq; poſt tergum aríetem inter vepres hęréntem córnibus: quem aſſúmens óbtulit holocáuſtum pro fílio. Appellâuitq; nomẽ loci illîus, Dóminus videt: vnde vſq; hódie dícitur, in monte Dóminus vidébit. Vocâuit autem Angelus Dómini Abrahám ſecúndo de cœlo dicens. Per memetípſum iuráui dicit Dóminus: quia fecíſti rem hanc, & non pepercíſti fílio tuo vnigénito propter me: benedîcam tibi & multiplicâbo ſemen tuum ſicut ſtellas cœli: & velut arênam quæ eſt in líttore maris. Poſſidêbit ſemen tuũ portas inimicôrum ſuôrum: & benedicéntur in ſémine tuo omnes gẽtes terræ: quia obedíſti voci meæ. Reuérſus eſt Abrahã ad púeros ſuos: abiéruntq; Berſabeé ſimul, & habitâuit ibi.

Orêmus.

Deus qui in Abrahæ fámuli tui ópere, humano géneri obediéntiæ exémpla præbuíſti: concêde nobis & noſtræ voluntâtis prauitâtẽ frángere: & tuôrum præceptôrum rectitúdinẽ in ómnibus adimplêre. Per Dñm.

Lectio. ij.

Deu. 31.
IN diêbus illis ſcripſit Moy ſes cánticum: & dócuit fílios Iſraél. Præcêpitq; Dóminus Ioſué fílio Nun: & ait. Cõfortâre & eſto robúſtus: tu enim introdúces fílios Iſraél in terram quam pollícitus ſum: & ego ero tecum. Poſtquam ergo ſcripſit Moyſes verba legis huius in volúmine atque cõplêuit: præcêpit Leuítis qui portábant arcam fœderis Dómini dicens. Tóllite librum iſtum: & pónite illum in látere arcæ fœderis Dómini Dei veſtri: vt ſit ibi contra te in teſtimónium. Ego enim ſcio contentiônem tuam: & ceruîcem tuam duríſsimam. Adhuc viuẽte me, & ingrediénte vobíſcum, ſemper contentióſe egíſtis contra Dóminum: quantò magis cum mórtuus fuéro? Congregâte ad me omnes maióres natu per tribus veſtras atque doctóres: & loquar audiéntibus eis ſermónes iſtos, & inuocâbo contra eos cœlum & terram. Noui enim quod poſt mortem meam iníque agêtis: & declinábitis cito de via quam præcépi vobis: & occúrrent vobis mala in extrémo témpore quando feceritis malum in conſpéctu Dómini. Vt irritêtis eum per ópera mánuum veſtrârum. Locûtus eſt ergo Moyſes audiénte vniuérſo cœtu filiorum Iſraél verba cárminis huius, & ad finem vſque complêuit.

Tractus. Atténde cœlum & loquar, & áudiat terra verba ex ore meo. ℣. Expectétur ſicut plúuia elóquium meum, & deſcéndant ſicut ros verba mea, ſicut imber ſuper grámina, & ſicut nix ſuper fœnum: quia nomen Dómini inuocâbo. ℣. Date magnitúdinem Deo noſtro, Deus verax, ópera eius, & omnes viæ eius iudícia. ℣. Deus fidêlis in quo non eſt iníquitas, iuſtus, & ſanctus Dóminus. Deu. 32. & omnia infra.

Orêmus.

DEus qui nobis per prophetârum ora præcepiſti temporália relínquere, atque ad ætérna feſtinâre, da fámulis tuis vt quæ iuſſa cognóuimus: implére cœléſti inſpiratiône valeâmus. Per Dñm

Lectio. iij. Apprehéndent

Tractus. Vínea facta eſt.

Require in vigilia Paſchæ.

O rémus.

DEus qui nos ad celebrãdam hanc feſtiuitâtem vtriúſque teſtaménti páginis ínſtruis: da nobis intellígere miſericórdiã tuã: vt ex perceptione præſéntiũ múnerũ: firma ſit expectátio futurôrũ. Per Dñm. Lectio. iiij.

Ba-cuc. 3. AVdi Iſraél mãdâta vitæ: áuribus pércipe, vt ſciâtis prudéntiam. Quid eſt Iſraél quod in terra inimicôrũ es? inveteráſti in terra aliéna coinquinâtus es cum mórtuis: deputâtus es cũ deſcẽdẽtibus in inférnũ. Dereliquíſti fontẽ ſapiẽtiæ: nã ſi in via Dei ambuláſſes, habitáſſes vtiq; in pace ſuper terrã. Diſce vbi ſit prudẽtia, vbi ſit virtus, vbi ſit intelléctus, vt ſcias ſimul vbi ſit longitúrnitas vitæ & victus, vbi ſit lumen oculôrũ & pax. Quis inuênit locum eius? & quis intrâuit in theſáuros eius? Vbi ſunt príncipes géntiũ: & qui dominántur ſuper béſtias quę ſunt ſuper terram? qui in áuibus cœli ludunt, qui argéntum theſaurízant & aurũ in quo confídunt hómines: & non eſt finis acquiſitiônis eôrũ? qui argéntum fábricant, & ſolíciti ſunt, nec eſt inuéntio óperum illôrum: exterminâti ſunt, & ad ínferos deſcendérũt: & álij loco eôrum exurrexérunt. Iúuenes vidérunt lumen, & habitauérunt ſuper terram: viam autem diſciplínæ ignorauérunt: nec intellexérũt ſémitas eius, nec fílij eôrum ſuſcepérunt eam, à fácie ipſôrum longè facta eſt: nõ eſt audîta in terra Chanaán, nec viſa eſt in Themã. Fílij quoque Agár qui exquírunt prudéntiam quæ de terra eſt, negotiatóres terræ, & Themã, & fabulatóres, & exquiſitóres prudéntiæ & intelligéntiæ: viã autẽ ſapiéntiæ neſciérunt: nec cómemoráti ſunt ſémitas eius. O Iſraél, quam magna eſt domus Dei: & ingens locus poſſeſſiônis eius! Magnus eſt, & nõ habet finẽ: excélſus & immẽſus. Ibi fuérunt gigántes nomináti: illi qui ab inítio fuérunt, ſtatúra magna, ſciéntes bellum. Non hos elêgit Dñs, nec viã diſciplinę inuenérũt:

pro-

proptérea periérunt. Et quóniam non habuérunt ſapiéntiã, interiérunt propter ſuam inſipiéntiã. Quis aſcéndit in cœlũ & accêpit eã, & dedúxit eã de núbibus? quis tranſfretâuit máre, & inuénit illã? & áttulit illã ſuper aurũ eléctũ? Non eſt qui poſsit ſcire vias eius, nec qui exquîrat ſémitas eius: ſed qui ſcit vniuérſa, nouit eã? & adinuênit eã prudẽtia ſua: qui præparâuit terrã in ætérno tẽpore, & replêuit eã pecúdibus & quadrupédibus, qui emíttit lumẽ & vadit? & vocâuit illud, & obêdit illi in tremôre. Stellæ autẽ dedérunt lumẽ in cuſtódijs ſuis, & lætátę ſunt: vocátę ſunt, & dixérunt, adſumus, & luxérũt ei cũ iucũditâte, qui fecit illas. Hic eſt Deus noſter, & nõ æſtimábitur álius aduérſus eũ. Hic adinuênit omnẽ viã diſciplínæ, & trádidit illã Iacób púero ſuo, & Iſraél diléćto ſuo. Poſthæc in terris viſus eſt: & cũ homínib⁹ cõuerſâtus eſt. Orêmus.

DEus incõmutábilis virtus, & lumẽ ætérnũ? reſpíce propítius ad totîus ecléſię mirábile ſacramẽtũ: & da fámulis tuis, vt hoc quod deuóte ágimus? étiã rećtitúdine vitæ teneâmus. Per.

Traćt. Sicut ceruus deſíderat ad fontes aquârũ ita deſíderat ánima mea ad te Deus. ℣. Sitîuit ánima mea ad Deũ viuũ quando véniam & apparêbo ante fáciẽ Dei mei? ℣. Fuérũt mihi láchrymæ meæ panes die ac nocte, dum dícitur mihi per ſíngulos dies vbi eſt Deus tuus. Orémus. Pſal. 41. & omnia infra

COncêde quæſumus omnípotẽs Deus: vt qui ſolẽnitâtẽ doni Spíritus ſanćti cólim⁹? cœléſtibus deſidérijs accẽſi, fontẽ vitę ſitiâmus. Per Dñm eiuſ. ¶ Sequitur litania quã repéries in fine libri, qua cõpleta loco introitus miſſę, Chorus dicat. Kyrie eleiſ. & Sacerdos. Glória in excelſis. Dñs vobiſcum. Orêmus.

PRęſta quęſumus omnípotẽs Deus: vt claritâtis tuæ ſuper nos ſplẽdor effúlgeat? & lux tuæ lucis corda eôrum qui per grátiã tuã renáti ſunt, ſanćti ſpíritus illuſtratiône cõfírmet. Per Dñm. eiuſdem.

Léćtio Aćtuũ Apoſtolôrum.

IN diêbus illis: Factum eſt cũ Apóllo eſſet Corínthi, Ca. 19.

vt Paulus peragrátis ſuperióribus pártibus venîret Epheſum, & inuenîret quoſdam de diſcípulis: dixitq; ad eos. Si Spíritum ſanctum accépiſtis credéntes? At illi dixérunt ad eum. Sed neque ſi Spíritus ſanctus eſt, audíuimus. Ille verò ait. In quo ergo baptizáti eſtis? Qui dixérunt. In Ioánnis baptíſmate. Dixit autem Paulus. Ioánnes baptizâuit baptíſmo pœnitētiæ pópulum, dicens, in eum, qui ventûrus eſſet poſt ipſum, vt créderent, hoc eſt, in Ieſum. His audítis, baptizáti ſunt in nómine Dómini Ieſu. Et cum impoſuiſſet illis manus Paulus, venit Spíritus ſanctus ſuper eos, & loquebántur linguis, & prophetábant. Erant autem omnes viri ferè duódecim. Introgréſſus autē Paulus in ſynagôgam, cum fidúcia loquebâtur per tres menſes, díſputās & ſuádens de regno Dei.

Psal. 106. Allelúia. ℣. Confitémini Dómino, quóniam bonus, quóniam in ſæculum miſericórdia eius. Non repetitur allelúia. Sed Tractus. Psal. 116. Laudâte Dóminum omnes gentes: & collaudâte eum omnes pópuli. ℣. Quóniam confirmâta eſt ſuper nos miſericórdia eius: & véritas Dómini manet in ætérnum.

Sequéntia ſancti Euangélij ſecúndum Ioánnem.

IN illo témpore: Dixit Ieſus diſcípulis ſuis. Si dilígitis me: (Ca. 14.) mandâta mea ſeruâte. Et ego rogâbo Patrem, & álium Paráclitum dabit vobis, vt máneat vobíſcum in ætérnum, Spíritum veritâtis, quem mūdus non poteſt accípere, quia non videt eum, nec ſcit eum. Vos autem cognoſcêtis eū: quia apud vos manêbit, & in vobis erit. Nō relínquam vos órphanos: véniam ad vos. Adhuc módicum: & mundus me iam non videt. Vos autem vidêtis me: quia ego viuo, & vos viuêtis. In illo die vos cognoſcêtis, quia ego ſum in Patre meo, & vos in me, & ego in vobis. Qui habet mandâta mea, & ſeruat ea: ille eſt, qui díligit me. Qui autem díligit me, dilig̃êtur à Patre meo: & ego díligam eum, & manifeſtâbo ei meípſum.

Pſal. 103. Offertorium. Emítte Spíritum tuum & creabúntur, & renouábis fáciem terræ: ſit glória Dómini in ſæcula, allelúia.

Secreta.

MVnera, quæſumus Dómine, oblâta ſanctífica: & corda noſtra ſancti Spíritus illuſtratiône emunda: Per Dominum. eiuſdem.

Præfatio. Qui aſcéndens ſuper omnes cœlos.

Infra actionem. Communicántes, & diem ſacratíſsimũ celebrantes. Alia Hanc igitur, &c.

Communio. Vltimo feſtiuitâtis die dicêbat Ieſus: qui in me credit, flúmina de ventre eius fluent aquæ viuæ: hoc autem dixit de Spíritu, quem acceptúri erant credéntes in eum, allelúia, allelúia. Ioã. 7.

Poſt communionem.

SAncti Spíritus, Dómine, corda noſtra múndet infúſio: & ſui roris íntima aſperſiône fœcúndet. Per Dóminum. eiúſdem.

IN DIE PENTECOSTES.



Statio ad Sanctum Petrum.

INTROITVS.

Sap. 1. SPíritus Dómini replêuit orbẽ terrârũ, allelúia: & hoc quod cõtinet ómnia, ſciéntiam habet vocis, allelúia, allelúia, allelúia.

Ibi. Pſal. Omnium eſt enim ártifex omnem habens virtûtem, ómnia proſpíciens. ℣. Glória Patri. Collecta.

DEus, qui hodiérna die corda fidéliũ ſancti Spíritus illuſtratiône docuíſti: da nobis in eôdem Spíritu recta ſápere, & de eius ſemper conſolatiône gaudêre. Per Dóminum. In vnitâte eiuſdem.

Léctio Actuũ Apoſtolôrum.

cap. 2. IN diêbus illis: Dum compleréntur dies Pẽtecoſtes, erant ómnes diſcípuli páriter in eôdem loco. Et factus eſt repénte de cœlo ſonus, tãquam aduenientis ſpíritus vehementis, & replêuit totam domum vbi erant ſedéntes. Et apparuérunt illis diſpertítæ linguę tanquam ignis, ſeditq; ſupra ſíngulos eôrum. Et repléti ſunt omnes Spíritu ſancto: & cœpérunt loqui várijs linguis, prout Spíritus ſanctus dabat éloqui illis. Erant autem in Hieruſalém habitántes Iudæi, viri religióſi ex omni natiône, quæ ſub cœlo eſt. Facta autẽ hac voce, conuênit multitûdo: & mente confûſa eſt, quóniam audiêbat vnuſquíſque lingua ſua illos loquéntes. Stupébant autem omnes, & mirabántur, dicéntes. Nonne, ecce omnes iſti, qui loquúntur, Galilæi ſunt? Et quómodo nos audíuimus vnuſquíſque linguam noſtram, in qua nati ſumus? Parthi, & Medi, & Ælamitæ, & qui hábitant Meſopotámiam, Iudæam, & Cappadóciam, Pontum, & Aſiam, Phrygiam, & Pamphyliam, Ægyptum, & partes Líbiæ quæ eſt circa Cyrênen, & áduenæ Románi: Iudæi quoque, & proſélyti, Cretes, & Arabes: audíuimus eos loquéntes noſtris linguis magnália Dei.

Allelúia. ℣. Veni ſancte Spíritus, reple tuôrum corda fidélium, & tui amôris in eis ignem accénde. Allelúia. ℣. Paráclitus Spíritus ſanctus quẽ mittet pater in nómine meo ille vos docêbit omnẽ veritâtẽ. Allelúia. Ioã. 14.

Sequéntia ſancti Euangélij ſecúndum Ioánnem.

IN illo tẽpore: Dixit Ieſus diſcípulis ſuis. Si quis díligit me, ſermônem meum ſeruâbit: & Pater meus díliget eum, & ad eum veniêmus & manſiônem apud eũ faciêmus. Qui non díligit me, ſermónes meos non ſeruat. Et ſermônem quem audíſtis, non eſt meus: ſed eius qui miſit me, Patris. Hæc locûtus ſum vobis, apud vos manens. Paráclitus autem, Spíritus ſanctus, quẽ mittet Pater in nómine meo: ille vos docêbit cap. 14.

ómnia, & ſúggeret vobis ómnia, quæcúnq; díxero vobis. Pacem relínquo vobis, pacem meam do vobis. Non quómodo mundus dat, ego do vobis. Non turbêtur cor veſtrum, neque formîdet. Audíſtis, quia ego dixi vobis: Vado, & vénio ad vos. Si diligerêtis me, gauderêtis vtique, quia vado ad Patrem, quia Pater maior me eſt. Et nunc dixi vobis, priúſquam fiat: vt cùm factum fúerit, credâtis. Iam non multa loquar vobíſcum. Venit enim princeps mundi huius, & in me nõ habet quicquam. Sed vt cognóſcat mundus, quia díligo Patrem: & ſicut mandâtum dedit mihi Pater, ſic fácio. Credo.

Pſal. 67.
Offertor. Confirma hoc Deus, quod operâtus es in nobis: à templo tuo, quod eſt in Hieruſalém, tibi óſferent reges múnera, allelúia.

Secreta.

MVnera quæſumus, Dómine, oblâta ſanctífica: & corda noſtra ſancti Spíritus illuſtratiône emúnda. Per Dóminum. eiúſdem.

Præfatio & communicantes, &c. vt in vigilia; & ſic dicũtur per octauas ad vtramque Miſſam.

Communio. Factus eſt repénte de cœlo ſonus tanquam aduenientis ſpíritus vehementis, vbi erãt ſedẽtes, allelúia: & repléti ſunt omnes Spíritu ſancto, loquéntes magnália Dei, allel. Act. 2.

Poſt commu.

SAncti Spíritus, Dómine, corda noſtra mundet infúſio: & ſui roris íntima aſperſiône fœcúndet. Per Dóminum. eiúſdem.

FERIA SECVNDA.

Statio ad Sanctum Petrum ad Vincula.

Introitus.

CIbâuit eos ex ádipe fruménti, allelúia, & de petra melle ſaturâuit eos, allelúia, allelúia, allelúia. Pſal. 80.

Pſalm. Exultâte Deo adiutóri noſtro: iubilâte Deo Iacób. ℣. Glória Patri. Ibi.

Collecta.

DEus qui Apóſtolis tuis ſanctum dedíſti Spíritum: concêde plebi tuæ piæ petitiônis effectum: vt quibus dedíſti fidem: largiâris & pacem. Per Dóminum. eiúſdem.

Léctio

Léctio Actuũ Apoſtolôrum.

c. 10. IN diêbus illis: Apériens Petrus os ſuum, dixit. Viri fratres, & patres, nobis præcêpit Dóminus prædicâre pópulo, & teſtificári, quia ipſe eſt, qui conſtitûtus eſt à Deo iudex viuôrum & mortuôrum. Huic omnes prophétæ teſtimónium pérhibent: remiſsiônem peccatôrum accípere per nomen eius omnes, qui credũt in eum. Adhuc loquénte Petro verba hæc, cécidit Spíritus ſanctus ſuper omnes, qui audiébant verbũ. Et obſtupuérunt ex circunciſiône fidéles, qui vénerant cum Petro: quia & in natiónes grátia Spíritus ſancti effûſa eſt. Audiébant enim illos loquéntes linguis, & magnificántes Deum. Tunc reſpóndit Petrus. Nũquid aquã quis prohibêre poteſt, vt non baptizéntur hi, qui Spíritum ſanctum accepérunt, ſicut & nos? Et iuſsit eos baptizári in nómine Dómini Ieſu Chriſti.

Pſal. 105. Allelúia. ℣. Emítte ſpíritum tuum & creabúntur, & renouâbis fáciem terræ. Allelúia. ℣. Spíritus ſanctus procédens à throno, apoſtolôrum péctora inuiſibili hódie perluſtrâuit poténtia.

Sequéntia ſancti Euangélij ſecúndum Ioánnem.

ca. 3. IN illo témpore: Dixit Ieſus Nicodémo. Sic Deus diléxit mũdum, vt Fílium ſuum vnigénitum daret: vt omnis, qui credit in ipſum, non péreat: ſed hábeat vitam ætérnam. Non enim miſit Deus Fíliũ ſuum in mundum, vt iúdicet mundum: ſed vt ſaluêtur mundus per ipſum. Qui credit in eũ, non iudicâtur. Qui autem non credit iam iudicâtus eſt: quia non credit in nómine vnigéniti Fílij Dei. Hoc eſt autem iudíciũ: quia lux venit in mundum: & dilexérunt hómines magis ténebras, quam lucem. Erant enim eôrũ mala ópera. Omnis enim qui malè agit odit lucem: & nõ venit ad lucem, vt non arguántur ópera eius. Qui autem facit veritâtem, venit ad lucem, vt manifeſténtur ópera eius: quia in Deo ſunt facta.

Offerto. Intónuit de cœlo Dóminus: & Altíſsimus dedit vocem Pſ. 17.

ſuam: & apparuérunt fontes aquârum, allelúia.

Secreta.

PRopítius, Dómine quæſumus, hæc dona ſanctífica: & hóſtiæ ſpiritâlis oblatiône ſuſcépta noſmetípſos, tibi pérfice munus ęternum. Per Dóminum.

Ioã. 14. Communio. Spíritus ſanctus docêbit vos, allelúia: quæcúnque díxero vobis, allelúia, allelúia.

Poſt communionem.

ADéſto, quęſumus Dómine, pópulo tuo, & quem myſtérijs cœléſtibus imbuíſti, ab hóſtium furôre defénde. Per Dóminum.

FERIA TERTIA.

Statio ad Sanctam Anaſtaſiam.

Introitus.

4. Eſ. 2. ACcípite iucunditâtem glórię veſtrę, allelúia: grátias agéntes Deo, allelúia: qui vos ad cœléſtia regna vocâuit, allelúia, allelúia, allelúia.

Pſal. 77. Pſalm: Atténdite pópule meus legem meam: inclinâte aurem veſtram in verba oris mei. ℣. Glória Patri & Fílio & Spirítui ſancto.

Collecta.

ADſit nobis, quæſumus Dómine, virtus Spíritus ſancti: quæ & corda noſtra cleménter expúrget, & ab ómnibus tueâtur aduérſis. Per Dóminum. eiúſdem.

Léctio Actuū Apoſtolôrum.

IN diébus illis: Cum audíſſent Apóſtoli, qui erāt Hieroſólymis, quia recepíſſet Samária verbum Dei: miſérūt ad eos Petrum & Ioánnem. cap. 8. Qui cum veníſſent, orauérunt pro ipſis, vt accíperent Spíritum ſanctum. Nondum enim in quenquam illôrum vénerat, ſed baptizáti tātum erant in nómine Dómini Ieſu. Tunc imponébant manus ſuper illos, & accipiébāt Spíritum ſanctum.

Allelúia. ℣. Loquebántur várijs línguis apóſtoli magnália Dei. Allelúia. ℣. Non vos relínquam órphanos, vado & vénio ad vos, & gaudébit cor veſtrum. Allelúia.

Sequéntia ſancti Euangélij ſecúndum Ioánnem.

IN illo témpore: Dixit Ieſus Phariſæis, cap. 10. Amen, amē dico vobis, qui nō intrat per óſtium

in ouîle óuium, ſed aſcéndit aliúnde: ille fur eſt & latro. Qui autem intrat per óſtiũ: paſtor eſt óuium. Huic oſtiárius áperit, & oues vocẽ eius áudiunt: & próprias oues vocat nominâtim, & edûcit eas. Et cũ próprias oues emíſerit, ante eas vadit: & oues illum ſequúntur, quia ſciunt vocem eius. Aliênum autem non ſequúntur, ſed fúgiũt ab eo, quia non nouérunt vocẽ alienôrum. Hoc prouérbium dixit eis Ieſus. Illi autem non cognouérunt, quid loquerêtur eis. Dixit ergo eis íterum Ieſus. Amen, amen dico vobis; quia ego ſum óſtium óuium. Omnes quotquot venérunt, fures ſunt & latrónes, ſed non audiérunt eos oues. Ego ſum óſtium. Per me ſi quis introíerit, ſaluábitur, & ingrediêtur, & egrediêtur, & páſcua inuéniet. Fur non venit, niſi vt furêtur, & mactet, & perdat. Ego veni vt vitam hábeant, & abundántius hábeant.

Pſal. 77. Offerto. Portas cœli apéruit Dñs & pluit illis manná, vt éderent: panem cœli dedit eis: panem angelôrũ mâducâuit homo, allelúia.

Secreta.

PVrificet nos, quæſumus Dómine, múneris præſéntis oblátio: & dignos ſacra participatiône efficiat. Per Dóminum. eiúſdem.

Commun. Spíritus, qui à patre procêdit, allelúia, ille me clarificâbit, allelúia, allelúia. Ioã. 15. &16.

Poſt communionem.

MEntes noſtras, quæſumus Dómine, Spíritus ſanctus diuínis réparet ſacraméntis: quia ipſe eſt remíſsio ómnium peccatôrum. Per Dóminum. eiúſdem.

FERIA QVARTA.

Quatuor temporũ Penteco.

Statio ad S. Mariam Maiorem.

Introitus.

DEus dum egrederêris coram pópulo tuo, allelúia, iter fáciens eis, allelúia, hábitans in illis, allelúia, allelúia. Pſal. 67.

Pſal. Exúrgat Deus, & diſsipẽtur inimíci eius: & fúgiant qui odérunt eum, à fácie eius. ℣. Glória Patri. Ibi. Ad hãc Miſſam non dicitur. Glória in excélſis. Sed dicitur ad Miſſam maiorem. quæ vt in die celebrabitur.

Collecta.

MEntes noſtras quæſumus Dómine, Paráclitus, qui à te procêdit, illúminet: & indûcat in omnẽ, ſicut tuus promîſit Fílius, veritâtem. Qui tecum. in vnitâte eiúſdem.

Léctió Actuum Apoſtolôrum.

ca. 2. IN diêbus illis: Stans Petrus cum vndecim, leuâuit vocem ſuam, & locûtus eſt eis. Viri Iudæi, & qui habitâtis Hieruſalém vniuérſi: hoc vobis notum ſit, & áuribus percípite verba mea. Non enim, ſicut vos exiſtimâtis, hi ébrij ſunt, cùm ſit hora diéi tértia: ſed hoc eſt quod dictum eſt per Prophêtam Ioél. Et erit in nouíſsimis diêbus, dicit Dóminus: effúndam de Spíritu meo ſuper omnem carnem: & prophetábunt fílij veſtri, & fíliæ veſtræ, iúuenes veſtri viſiónes vidébunt, & ſeniores veſtri ſómnia ſomniábunt. Et quidem ſuper ſeruos meos, & ſuper ancíllas meas in diêbus illis effúndam de Spíritu meo, & prophetábunt. Et dabo prodígia in cælo ſurſum, & ſigna in terra deórſum, ſánguinem, & ignem, & vapôrem fumi. Sol conuertêtur in ténebras, & Luna in ſánguinem antequam véniat dies Dómini magnus, & maniféſtus. Et erit: omnis quicúnque inuocáuerit nomen Dómini, ſaluus erit.

(margin: ca. 2.)

Alleluia. ℣. Spíritus Dómini replêuit orbem terrârum & hoc quod cóntinet ómnia ſciéntiam habet vocis, allelúia. Psal. 32. Hic non dicitur. Dóminus vobíſcum. Orêmus.

PRæſta, quæſumus omnípotens & miſéricors Deus: vt Spíritus ſanctus adueniens, templum nos glóriæ ſuæ dignánter inhabitándo perfíciat. Per Dóminum. eiúſdem.

Léctio Actuum Apoſtolôrum.

IN diébus illis: Per manus autem Apoſtolôrum fiébant ſigna & prodígia multa in plebe. Et erãt vnanímiter omnes in pórticu Salomônis. Cęterôrũ autẽ nemo audêbat ſe coniúngere illis: ſed magnificâbat eos pópulus. ca. 5.

Magis

Magis autem augebâtur credéntium in Dómino multitûdo virôrum ac mulíerum: ita vt in pláteis eiícerent infírmos, & pónerent in léctulis & grabátis: vt veniénte Petro, ſaltem vmbra illîus obumbrâret quenquam illôrum, & liberaréntur omnes ab infirmitátibus ſuis. Concurrêbat autem & multitûdo vicînarum ciuitâtum, Hieruſalém, afferéntes ęgros & vexátos à ſpirítibus immûdis, qui curabántur omnes.

Allelúia. Factus eſt repénte de cœlo ſonus aduenientis ſpíritus vehémentes. Allelúia.

Sequéntia ſancti Euangélij ſecúndum Ioánnem.

ca.6. IN illo témpore: Dixit Ieſus turbis Iudęôrum. Nemo poteſt venîre ad me, niſi Pater, qui miſit me, tráxerit eum: & ego reſuſcitâbo eũ in nouíſsimo die. Eſt ſcriptum in Prophétis. Et erunt omnes docíbiles Dei. Omnis qui audîuit à Patre, & dídicit: venit ad me. Non quia Patrem vidit quiſquam, niſi is qui eſt à Deo: hic vidit Patrẽ. Amen, amen dico vobis: qui credit in me, habet vitam ætérnam. Ego ſum panis vitæ. Patres veſtri mãducauérunt manná in deſérto: & mortui ſunt. Hic eſt panis de cœlo deſcéndens: vt ſi quis ex ipſo manducáuerit, non moriâtur. Ego ſum panis viuus, qui de cœlo deſcéndi. Si quis mãducáuerit ex hoc pane, viuet in ætérnum. Et panis quem ego dabo, caro mea eſt pro mundi vita.

Offerto. Meditâbor in mandátis tuis quæ diléxi valdè: & leuâbo manus meas ad mandâta tua, quæ diléxi. Pſal. 118.

Secreta.

ACcipe, quęſumus Dómine, munus oblâtum: & dignánter operâre: vt quod myſtérijs ágimus, pijs effécti bus celebrêmus. Per Dóminum noſtrum Ieſum Chriſtum Fílium tuum. Qui tecũ.

Commu. Pacem relínquo vobis. allelúia, allelúia: pacem meam do vobis, allelúia, allelúia. Ioã. 14.

Poſt Communio.

SVméntes, Dómine, cœleſtia Sacraménta, quæſumus cleméntiam tuam, vt quod temporáliter gérimus,

ætérnis gáudijs conſequâmur. Per Dóminum.

FERIA QVINTA.

Statio ad S. Laurentium foris murum.

Introitus.

Sap. 1. SPíritus Dómini replêuit orbem terrârum, allelúia: & hoc quod cóntinet ómnia, ſciéntiam habet vocis, allelúia, allelúia, allelúia.

Pſal. Omnium eſt enim ártifex omnem habens virtûtē, ómnia proſpíciēs. ℣. Glória Patri.

Colléċta.

DEus, qui hodiérna die corda fideliū ſanċti Spíritus illuſtratiône docuíſti: da nobis in eôdem Spíritu reċta ſápere: & de eius ſemper conſolatiône gaudêre. Per Dóminum.

Hodie & deínceps fiant cōmemoratiónes ſanċtôrum occúrrentium.

¶ Léċtio Aċtuū Apoſtolôrū.

ca. 8. IN diêbus illis: Philíppus deſcéndēs in ciuitâtem Samáriæ, prædicâbat illis Chriſtum. Intendébant autem turbæ his, quæ dicebántur à Philíppo, vnanímiter audiéntes & vidéntes ſigna, quæ faciêbat. Multi enim eôrum qui habébant ſpíritus immúndos, clamántes voce magna, exîbant. Multi autem paralytici & claudi curáti ſunt. Faċtum eſt ergo gáudium magnum in illa ciuitâte.

Allelúia. ℣. Veni ſanċte Spíritus, reple tuôrum corda fidélium, & tui amôris in eis ignem accénde. Allelúia. I oā. 14.
℣. Paráclitus Spíritus ſanċtus quem mittet pater in nómine meo, ille vos docêbit omnem veritâtem, allelúia.

Sequéntia ſanċti Euangélij ſecúndum Lucam.

ca. 9. IN illo tēmpore: Conuocátis Ieſus duódecim Apóſtolis, dedit illis virtûtem, & poteſtâtem ſuper ómnia dæmónia: & vt languóres curárent. Et miſit illos prædicâre regnum Dei: & ſanâre infírmos. Et ait ad illos. Nihil tulerîtis in via: neque virgam, neque peram, neque panem, neque pecúniam, neque duas túnicas habeâtis. Et in quamcúnque domum intrauerîtis, ibi manête: & inde ne exeâtis. Et quicúnque non recéperint vos, exeūtes de ciuitâte illa, étiam púluerem pedum veſtrôrum

excútite in teſtimóniũ ſupra illos. Egréſsi autem, circuíbant per caſtélla euangelizántes,& curántes vbîque.

Pſal. 67. Offert. Confírma hoc Deus, quod operâtus es in nobis: à tẽplo tuo, quod eſt in Hieruſalém, tibi ófferent Reges múnera, allelúia.

Secreta.

MVnera, quæſumus Dómine, oblâta ſanctífica: & corda noſtra ſancti Spíritus illuſtratiône emúnda. Per Dóminum.

Præfatio vt in die, &c.

Act. 2. Commu. Factus eſt repẽte de cœlo ſonus tanquã aduenientis ſpíritus vehementis, vbi erant ſedéntes, allelúia, & replêti ſunt omnes Spíritu ſancto, loquéntes magnália Dei, allelúia, allel.

Poſt commúnio.

SAncti Spíritus Dómine, corda noſtra mũdet infúſio: & ſui roris íntima aſperſiône fœcũdet. Per Dóminũ.

FERIA SEXTA.

Statio ad SS. duodecim Apoſtolos.

Introítus.

Pſal. 70. REpleâtur os meum laude tua, allelúia. vt poſsim cantâre, allelúia: gaudébũt lábia mea, dum cantáuero tibi, allelúia.

Pſalm. In te Dómine ſperáui, non confúndar in ætérnum: in iuſtítia tua líbera me, & éripe me. ℣. Glória. Nõ dicitur Glória in excélſis. Ibi.

Colléсta.

DA, quæſumus, ecclésiæ tuæ miséricors Deus: vt Spíritu ſancto cõgregâta, hoſtíli nullátenus incurſiône turbêtur. Per Dñm. In vnit. eiuſ.

¶ Léctio Actuum Apoſtolôrum.

IN diêbus illis. Apériẽs Petrus os ſuum dixit. Viri Iſraelítæ audîte verba hęc. Ieſum Nazarênum virum approbâtum à Deo in vobis virtútibus, & ſignis, & prodígijs quæ fecit per illum Deus in médio veſtri ſicut vos ſcitis: hunc definíto conſílio & præſciéntia Dei tráditum per manus iniquôrum affigéntes interemíſtis. Quem Deus ſuſcitâuit ſolútis dolóribus inférni: iuxta quod impoſſíbile erat tenéri illum ab eo. Dauíd enim dicit in eum. Prouidêbam Dóminum in conſpéctu meo ſemper, quóniam à dextris eſt mihi ne commóuear. Propter hoc læ- Ca. 2.

tâtum eſt cor meum,& exul
tâuit lingua mea ínſuper &
caro mea requiéſcet in ſpe,
quóniam non derelínques
ánimam meã in inférno,ne-
que dabis ſanctum tuum vi-
dêre corruptiônem. Notas
mihi fecíſti vias vitæ: replê-
bis me iucũditâte cũ fácie tua.
Allelúia. ℣. Cháritas Dei diffúſa eſt
in córdibus noſtris, per ſpíritum ſan-
ctum qui datus eſt nobis. Allelúia
℣. Veni ſancte Spíritus,reple tuórum
corda fidélium, &tui amóris in eis ig-
nem accénde. Allelúia.

Sequéntia ſancti Euangélij
ſecúndum Lucam.

ca. 5. IN illo tẽpore: Factũ
eſt in vna diêrum,&
Ieſus ſedêbat docens.
Et erãt Phariſæi ſedéntes &
Legis doctóres,qui vénerant
ex omni caſtéllo Galilææ,&
Iudææ,& Hieruſalém:&vir
tus Dómini erat ad ſanándũ
eos.Et ecce viri portántes in
lecto hóminẽ,qui erat paraly
ticus: & quærébant eum in-
férre & pónere ante illũ. Et
non inueniéntes, qua parte
illũ inférrent præ turba,aſcẽ-
dérũt ſupra tectũ,& per tégu
las ſubmiſérunt illum cũ le-
cto in médium, ante Ieſum.
Quorum fidẽ vt vidit dixit.
Homo,remittúntur tibi pec-
câta tua.Et cœpérunt cogitâ
re Scribę,&Phariſæi dicẽtes.
Quis eſt hic,qui lóquitur bla
ſphémias?Quis poteſt dimít-
tere peccâta, niſi ſolus Deus?
Vt cognôuit autem Ieſus co-
gitatiônes eôrũ, reſpóndens,
dixit ad illos. Quid cogitâtis
in córdibus veſtris? Quid eſt
facílius dícere, Dimittúntur
tibi peccâta tua:an dícere,Sur
ge, & ámbula?Vt autẽ ſciâtis,
quia fílius hóminis habet po
teſtâtem in terra dimitténdi
peccâta,ait paralytico. Tibi
dico, ſurge, tolle lectum tuũ,
& vade in domũ tuam.Et cõ
féſtim ſurgens coram illis,tu
lit lectum,in quo iacêbat, &
ábijt in domum ſuam,magní
ficans Deum. Et ſtupor ap-
prehéndit omnes:& magnifi
cábãt Deum. Et repléti ſunt
timôre, dicéntes: quia vídi-
mus mirabília hodie.

Offer. Lauda ánima mea Dñm: lau Pſal 145.
dâbo Dóminũ in vita mea:pſallã Deo
meo,quãdiu ero,allelúia. Secreta.

SAcrifícia Dómine, tuis
oblâta cõſpéctibus,ignis

ille diuînus abſûmat, qui diſcipulôrum Chriſti Fílij tui per Spíritum ſanctum corda ſuccéndit. Per eúndẽ. eiuſdem. Præfatio vt in die.

Ioel. 2. Commu. Spiritus vbi vult ſpirat & vocem eius audis, allelúia: ſed non ſcis vnde véniat aut quo vadat; allelúia allelúia allelúia. Poſt communio.

Svmpſimus Dómine, ſacri dona myſtérij, humíliter deprecántes: vt quæ in tui commemoratiône nos fácere præcepíſti; in noſtræ profíciant infirmitâtis auxílium: Qui viuis & regnas.

SABBATHO.

Quatuor temporum Pentecoſtes.

Statio ad Sanctum Petrum.

Introitus.

Ro. 5. Cháritas Dei diffûſa eſt in córdibus noſtris, allelúia: per inhabitántem Spíritum eius in nobis, allelúia, allelúia.

Pſal. 87. Pſalm. Dómine Deus ſalûtis meæ in die clamâui & nocte coram te.

Hic non dicitur Gloria in excélſis, neque Dóminus vobíſcum, ſed Orêmus.

Mentibus noſtris quæſumus Dómine, Spíritũ ſanctum benígnus infúnde: cuius & ſapiéntia cónditi ſumus; & prouidéntia gubernâmur. Per Dóminũ. In vnitâte.

Léctio Ioêlis Prophétæ.

Æc dicit Dñs Deus. Effúndam Spíritum meũ ſuper omnem carnem: & prophetábunt fílij veſtri, & fíliæ veſtrę. Senes veſtri ſómnia ſomniábunt: & iúuenes veſtri viſiónes vidébunt. Sed & ſuper ſeruos meos & ancíllas meas, in diêbus illis effúndam Spíritum meum. Et dabo prodígia in cœlo & in terra ſánguinem & ignem, & vapôrem fumi. Sol conuertêtur in ténebras, & Luna in ſánguinem: ántequam véniat dies Dómini magnus, & horríbilis. Et erit: omnis, quicunq; inuocáuerit nomen Dómini ſaluus erit.

Allelúia. Emitte ſpíritum tuum, & creábuntur, & renouábis fáciem terræ. Allelúia. Oremus,

Illo nos igne, quæſumus Dómine, Spíritus ſanctus inflámmet: quem Dóminus

noſter Ieſus Chriſtus miſit in terrã⁊& vóluit veheménter accéndi. Qui tecum viuit & regnat, in vnitate eiuſdẽ.

a 2 c.16 Léctio libri Deuteronomij.

IN diêbus illis: Dixit Móyſes fílijs Iſraël. Septẽ hebdómadas numerâbis tibi; ab ea die qua falcẽ in ſégetem míſeris ⁊ & celebrâbis diem feſtum hebdomadârum Dómino Deo tuo, oblatiônem ſpontáneam manus tuæ, quã ófferes iuxta benedictiônẽ Dómini Dei tui: & epuláberis coram Dómino Deo tuo, tu & fílius tuus & fília tua, & ſeruus tuus & ancílla tua leuítes qui eſt intra portas tuas ⁊ & áduena ac pupíllus & vídua qui morántur vobíſcum in loco quem elégerit Dóminus Deus tuus, vt hábitet nomen eius ibi: & recordáberis quóniam ſeruus fúeris in Ægypto⁊cuſtódieſque ac fácies quæ præcépta ſunt. Solennitâtem quoq; tabernaculôrũ celebrâbis per ſeptem dies quando collégeris de área & de torculári fruges tuas: & epuláberis in feſtiuitâte tua, tu & fílius tuus & fília, & ſeruus tuus & ancílla⁊leuítes quoq; & áduena & pupíllus ac vídua qui intra portas tuas ſunt. Septem diêbus Dómino Deo tuo feſta celebrâbis in loco quem elégerit Dóminus: benedîcetq; tibi Dóminus Deus tuus in cunctis frúgibus tuis ⁊ & in omni ópere mánuum tuârum, eriſque in lætítia, dicit Dóminus omnípotens.

Allelúia. ℣. Loquebántur várijs linguis apóſtoli magnália Dei. Orêmus

DEus, qui ad animârum medêlam ieiúnij deuotiône caſtigári córpora præcepíſti: concêde nobis propítius⁊& mente & córpore tibi ſemper eſſe deuótos. Per Dóminum noſtrum.

Léctio libri Deuteronómij. a 3 c.16

IN diêbus illis: Dixit Móyſes fílijs Iſraël. Audi Iſraël, quæ ego præcípio tibi hódie. Cum intráueris terram, quã Dóminus Deus tuus datûrus eſt tibi poſſidéndam, & obtinúeris eam, atque habitáueris in ea: tolles de cunctis frúgibus tuis primítias, & pones in cartállo:: pergeſque ad locum, quem Dñs

Deus tuus elégerit, vt ibi inuocêtur nomen eius. Accédeſque ad ſacerdôtem, qui fúerit in diebus illis, & dices ad eum. Profíteor hódie coram Dómino Deo tuo. Qui exaudîuit nos, & reſpéxit humilitâtem noſtram, & labôrem atque angúſtias: & edúxit nos de Ægypto in manu forti, & bráchio exténto, in ingénti pauôre, in ſignis, atque porténtis: & introdúxit ad locum iſtum, & trádidit nobis terrã lacte & melle manántem. Et idcírco nunc óffero primítias frugum terræ, quam Dóminus dedit mihi. Et dimíttes eas in conſpéctu Dómini Dei tui. Et adoráto Dómino Deo tuo, epuláberis in ómnibus bonis, quæ Dóminus Deus tuus déderit tibi.

Act. 2. Allelúia. ℣. Factus eſt repénte de cœlo ſonus adueniéntis ſpíritus veheméntis. Allelúia. Orémus.

PRæſta quæſumus omnípotens Deus: vt ſalutáribus ieiúnijs erudíti ⁊ ab ómnibus étiam vítijs abſtinéntes propitiatiônem tuam facílius impetrêmus. Per Dñm.

Léctio libri Leuítici.

4

IN diêbus illis dixit Dóminus ad Móyſen. Lóquere fílijs Iſraél, & dices ad eos. Si in præcéptis meis ambulaueritis, & mandâta mea cuſtodierîtis ⁊ & fecerîtis ea: dabo vobis plúuiam tempóribus ſuis ⁊ & terra gignet germen ſuum: & pomis árbores replebúntur. Apprehéndet méſſium tritûra vindémiam, & vindémia occupâbit ſeméntem: & comedêtis panem veſtrum in ſaturitâte, & abſq; pauôre habitábitis in terra veſtra. Dabo pacem in fínibus veſtris: dormiêtis, & non erit, qui extérreat. Auferam malas béſtias: & gládius non tranſibit términos veſtros. Perſequémini inimícos veſtros: & córruent coram vobis. Perſequéntur quinque de veſtris centum aliénos, & centum de vobis decem míllia: cadent inimíci veſtri gládio in conſpéctu veſtro. Reſpíciam vos, & créſcere fáciam: multiplicabímini, & firmâbo pactum meum vobíſcum. Comedêtis vetuſtíſſima véterũ: & vétera nouis

ſuperueniéntibus proiiciêtis. Ponam tabernáculum meũ in médio veſtri, & non abiíciet vos vltrà ánima mea. Ambulâbo inter vos, & ero veſter Deus, vosq́ue éritis pópulus meus, dicit Dóminus omnípotens.

Allelúia. ℣. Veni ſancte ſpíritus, reple tuórũ corda fidélium: & tui amôris in eis ignẽ accẽde, alla. Collecta.

Oremus

PRæſta, quæſumus, omnípotens Deus; ſic nos ab épulis carnálibus abſtinêre: vt à vítiјs irruéntibus páriter ieiunêmus. Per Dóminum.

Prophetía quinta.

Léctio Daniêlis Prophétæ.

ca.3. IN diêbus illis: Angelus Dómini deſcéndit cum Azaría & ſócijs eius in fornâcẽ: & excúſsit flammam ignis de fornâce: & fecit médium fornâcis quaſi ventum roris flantem. Flamma autem diffûſa eſt ſuper fornâcem, cúbitis quadraginta nouẽ: & incéndit quos réperit iuxta fornâcem de Chaldæis miniſtros regis, qui eam incendébant. Illos autem omníno nõ tétigit ignis, neque contriſtâuit, nec quicquam moléſtiæ íntulit. Tunc hi tres quaſi ex vno ore laudábant, & glorificábant, & benedicébãt Deũ in fornâce dicéntes.

Allelúia. ℣. Benedictus es Dómine Deus patrum noſtrórum, & laudábilis in ſæcula. Hic dicitur Dóminus vobíſcum. Orémus. Collecta. Dan.3.

DEus, qui tribus púeris mitigáſti flammas ígniũ: concêde propítius: vt nos fámulos tuos non exûrat flamma vitiôrum. Per Dóminũ.

Sequitur Collecta. Concède nos fámulos, Nec vlla amplius niſi alicuius ſancti commemoratio vel præſens defunctus fuerit.

¶Léctio áctuum apoſtolôrũ.

IN diêbus illis: Conuênit vniuérſa cíuitas audîre verbum Dómini. Vidéntes autẽ turbas Iudæi, repléti ſunt zelo: & contradicébant his quę à Paulo dicebántur blaſphemántes. Tunc cõſtánter Paulus & Bárnabas dixérũt. Vobis oportêbat primum loqui verbum Dei: ſed quóniam repéllitis illud, & indígnos vos iudicâtis ætérnæ vitæ; ecce conuértimur ad gentes. Sic c.13

enim

enim præcêpit nobis Dómi nus. Póſui te in lucem génti bus: vt ſis in ſalutem vſq; ad extrêmum terræ. Audiéntes autem gentes gauíſæ ſunt & glorificábant verbum Dómi ni: & crediderunt quotquot erant præordináti ad vitam ætérnã. Diſſeminabâtur au tem verbum Dómini: per vniuérſam regiônem. Diſcí puli autem replebántur gáu dio & ſpíritu ſancto.

Pſal. 116 Allelúia. ℣ Laudâte Dñm oẽs gẽtes & collaudâte eũ oẽs pópuli. Allelúia

Sequéntia ſancti Euangélij ſecúndum Lucam.

ca. 4. IN illo témpore. Sur gens Ieſus de ſyna góga introîuit in do mum Simônis. Socrus autẽ Simônis tenebâtur magnis fébribus: & rogauérũt illum pro ea. Et ſtans ſuper illam imperâuit febri: & dimîſit il lam. Et continuò ſurgens, mi niſtrâbat illis. Cùm Sol autẽ occidíſſet, omnes, qui habé bant infírmos várijs languó ribus, ducébant illos ad Ie ſum. At ille ſíngulis manus impónens, curâbat eos. Exí bant autem dæmónia à mul tis, clamántia & dicẽtia: quia tu es Fílius Dei. Et increpãs, nõ ſinêbat ea loqui, quia ſcié bant ipſum eſſe Chriſtũ. Facta autem die, egréſſus ibat in deſértum locum: & turbæ requirébant eũ, & venérunt vſq; ad ipſum: & detinébant illũ, ne diſcéderet ab eis. Qui bus ille ait. Quia & álijs ciui tátibus opórtet me euange lizâre regnum Dei, quia ídeo miſſus ſum. Et erat prędicans in ſynagógis Galilęæ.

Offert. Dómine Deus ſalûtis meæ, in die clamâui, & nocte corã te: intret orátio mea in conſpéctu tuo Dómine, allelúia. Pſal. 87.

Secreta.

VT accépta tibi ſint, Dó mine, noſtra ieiúnia, prę ſta nobis quæſumus, hui⁹ mú nere ſacraménti, purificâtũ tibi pectus offérre. Per Dñm.


Præfatio vt in die.

Cõmunio. Non vos relínquam ór phanos véniã ad vos iterum, allelúia, & gaudêbit cor veſtrum, allelúia, allelúia. Ioã. 14.

Poſt communionem.


PRæbeant nobis Dómine, diuînum tua ſancta feruó rem: quo eôrum páriter & actu delectêmur, & guſtu. Per Dóminum noſtrum.

In feſtis duarum Miſſarum.




G loria in excélſis De o.

¶ Dominicis diebus, & in feſtis vnius Miſſæ.



G lori a in excelſis Deo.

Et in terra pax homínibus bonæ voluntâtis. Laudâmus te. Benedícimus te. Adorâmus te. Glorificâmus te. Grátias ágimus tibi propter glóriam tuam magnam. Dómine Deus rex cœléſtis: Deus pater omnípotens. Dñe fili vnigénite. Ieſu Chriſte. Domine Deus agnus Dei fílius patris. Qui tollis peccâta mũdi, miſerêre nobis. Qui tollis peccâta mundi, ſúſcipe deprecatiônem noſtram. Qui ſedes ad déxteram patris miſerêre nobis. Quóniam tu ſolus ſanctus. Tu ſolus Dóminus. Tu ſolus altíſſimus. Ieſu Chriſte: cum ſancto ✠ Spíritu: in glória Dei patris. Amẽ.




C redo in vnum Deum


Patrem omnipoténtem: factôrem cœli & terræ, viſibílium ómnium & inuiſibílium. Et in vnum Dóminũ Ieſum Chriſtum fílium Dei vnigénitum, & ex patre natum ante ómnia ſæcula. Deũ de Deo, lumen de lúmine, Deum verum de Deo vero. Génitum non factum conſubſtantiâlem patri: per quẽ ómnia facta ſunt. Qui propter nos hómines & propter noſtram ſalûtem deſcéndit de cœlis. Et incarnâtus eſt de Spíritu ſancto: ex María vírgine, & homo factus eſt. Crucifíxus étiam pro nobis: ſub Póntio Piláto, paſſus & ſepúltus eſt. Et reſurréxit tértia die ſecúndum ſcriptúras. Et aſcẽdit in cœlum; ſedet ad déxteram patris. Et íterum ventûrus eſt cum glória iudicâre viuos & mórtuos: cuius regni non erit finis. Et in Spíritum ſanctum Dóminum & viuificántem. Qui ex patre

filioq; procêdit, Qui cum patre & filio ſimul adorâtur & conglorificâtur. Qui locûtus eſt per prophétas. Et vnam ſanctam cathólicam & apoſtólicam ecclésiam. Confíteor vnum baptíſma in remiſſiônem peccatôrum. Et expécto reſurrectiôné mortuôrum. Et vitam futúri ſæculi. Amen.


PRÆFATIO DE Trinitate, in die Sanctiſſimæ Trinitatis tantummodo dicenda.




Æterne Deus. Qui cum




vnigenito fili o tuo




& ſpiri tu ſancto




vnus es Deus: vnus




es Dñs nõ in vnius




ſingula ri ta te perſonæ




ſed in vnius Trini-



ta te ſubſtantiæ.




Quod enim de tua gloria




reuelãte te credimus, hoc



de fi li o tuo: hoc de
Spiritu ſancto ſine dif-
ferentia diſcretionis ſen-
timus vt in confeſsione
verę ſempiternæq; dei-
ta tis, & in perſonis pro-
prietas, & in eſſentia
vnitas: & in maieſtate
adoretur æqua litas.
Quam laudãt angeli, at-
que Archãgeli, Cherubim
quoq; ac Seraphim, qui
non ceſsãt quotidie clama
re dicentes.

Sequens Præfatio dicitur à Natiuitate Domini, vſq; ad Epiphaniam. Et in Purificatione B. Mariæ virginis. Et in feſto Corporis Chriſti, & per octauam.











Infra actionem.


COmmunicántes & diem vel noctem ſacratiſſimã vel ſacratiſſimum celebrantes: qua vel quo beatæ Mariæ intemerata virginitas, huic mundo edidit Saluatorem. Sed memoriam venerãtes in primis eiuſdem glorioſæ ſemperque virginis Mariæ genitricis eiuſdem Dei & Domini noſtri Ieſu Chriſti. Sed & beatorum apoſtolorum, &c.


In ſolénitate corporis Chriſti. Infra actionem.

COmmunicantes & diẽ ſacratiſſimum celebrantes, quo Dóminus noſter Ieſus Chriſtus pro nobis eſt traditus. Sed & memoriam venerantes: in primis glorioſæ ſemper virginis Mariæ genitricis eiuſdem Dei.

HAnc igitur oblationẽ ſeruitutis noſtræ ſed & cũctæ familiæ tuæ quam tibi offerimus ob diem in qua Dóminus noſter Ieſus Chriſtus tradidit diſcipulis ſuis corporis & ſanguinis ſui myſteria celebranda, quæſumus Dómine vt placatus accipias, dieſq; noſtros in tua pace diſponas: atq; ab æterna damnatione nos eripi: & in electorum tuorum iubeas grege numerari. Per eundem.

Sequẽs Præfatio dicitur in Epiphania Dómini & per octauam.










Infra actionem.

Communicãtes, & diẽ ſacratiſsimũ celebrãtes: quo Vnigenitus tuus in tua tecũ gloria coæternus in veritate carnis noſtræ viſibiliter corporalis apparuit. Sed & memoriã venerantes, in primis glorioſæ ſemperq; virginis Mariæ genitricis eiuſdẽ Dei, & Dñi nři Ieſu Chři: ſed & beatorũ apoſtolorũ, ac

martyrum tuorum; Petri & Pauli &c. Et dicitur per totam octauam.


Sequens Præfatio dicitur à feria quarta Cinerum vſq; ad Vigiliam Paſchæ excluſiuè exceptis Dominicis diebus & Miſsis Sanctorum.





Sequens Præfatio dicitur à vigilia Paſchæ vſque ad Aſcenſionem.








ctus. Infra actionem.

Communicantes & noctem (vel diem) ſacratiſſimam celebrantes Reſurrectionis Domini Dei noſtri Ieſu Chriſti ſecũdum carnẽ. Sed & memoriam venerantes in primis glorioſæ ſemperq; Virginis Mariæ geni-


tricis eiuſdem Dei & Domini noſtri Ieſu Chriſti; ſed & beatorũ Apoſtolorum, &c.

Sequitur. Hanc igitur oblationem ſeruitutis noſtræ, ſed & cunctæ familiæ tuæ, quam tibi offerimus pro his quoque quos regenerare dignatus es ex aqua & Spiritu ſancto, tribuens eis remiſsionem omnium peccatorum; quæſumus Domine, vt placatus, &c.


Sequens Præfatio dicitur à die Aſcenſionis vſq; ad vigiliam Pentecoſtes excluſiuè.




Per Chriſtũ Dñm noſtrum.




Qui poſt reſurrectionem




ſuã omnibus diſcipulis




ſuis manifeſtus apparuit:




& ipſis cernentibus eſt




eleuatus in cœlũ vt nos




diuinitatis ſuæ tribueret



eſſe participes. Et ideo



cũ Angelis & Archãgelis



cũ Thronis & Dominatio-

nibus

nibꝰ, cũq; omni militia

cœleſtis exercitus, hymnũ

gloriæ tuæ canimus ſine

ſine dicentes

Infra actionem.

COmmunicantes, & diẽ ſacratiſsimum celebrantes: quo Dóminus noſter vnigenitus Fílius tuus vnîtam ſibi fragilitatis noſtræ ſubſtantiam, in gloriæ tuæ dextera collocauit. Sed & memoriã venerantes, in primis glorioſæ ſemperq; virginis Mariæ genitricis eiuſdẽ Dei & Dómini noſtri Ieſu Chriſti: &c.

Et dicitur per totam octauam.

Sequens Præfatio dicitur à vigilia Pentecoſtes vſque ad ſequens Sabbathum incluſiuè.

Per Chriſtũ Dominũ noſtrũ. Qui aſcẽdens ſuper


omnes cœlos ſedẽs q; ad


dexterã tuam promiſſum

Spiritũ ſanctũ hodierna

die in filios ado-

ptio-





Infra actionem.


COmmunicantes, & diem ſacratiſsimum Pentecoſtes celebrantes, quo Spíritus ſanctus apoſtolis innumeris linguis apparuit. Sed & memoriam, &c.

Infra actionem.


HAnc igitur oblationem ſeruitûtis noſtræ, ſed & cunctæ famíliæ tuæ quam tibi offérimus: pro his quoque quos regenerâre dignâtus es ex aqua & Spíritu ſancto, tribuens eis remiſsiônem ómnium peccatôrum quæſumus Dómine, vt placatus accipias, &c.

Et dicitur vſque ad ſequens Sabbathum incluſiuè.

Præfatio de Cruce.




tẽ humani generis in
ligno crucis conſtitui-
ſti: vt vnde mors ori eba-
tur inde vita reſurgeret
& qui per lignum vince-
bat per lignũ quoq; vince
retur. Per Chriſtũ dñm
noſtrũ. Per quẽ maieſtatẽ.
&c.
Præfatio de Apoſtolis.
ÆQuũ & ſalutare. Te
Domine ſuppliciter ex-
orare vt gregem tuum
paſtor æterne non de-
ſeras ſed per beatos A-


Apoſtolos tuos continua
protectione cuſtodias: vt
eiſdem rectoribus
gubernetur quos ope-
ris tui vicarios e i-
dem contuliſti præeſſe
paſtores Et ideo cum
Angelis & Archange-
lis cum Thronis & Do-
minationibus cumq; om-
ni militia cœleſtis exer-
citus hymnum gloriæ
tuæ canimus ſine fine
dicentes.


Præ-


Præfatio in feſtiuitatibus beatiſſimæ virginis Mariæ & in Miſsis Ordinarijs & Votis illius.



In Præſentatione. in Annunciatione.
In Viſitatione, in Aſſumptione.
In Purificatione,in Expectatione.
In Veneratione.







ſum ChriſtũDñm no-
ſtrũ. Per quẽ maieſtatẽ tuã
laudant Angeli, adorant
Dominati ones tremunt
Poteſtates. &c.
Præfatio Communis.
Per omnia ſæcula ſæcu-
lorũ. Amẽ. Dominus
vobiſcũ. Et cũ ſpiri-
tu tuo. Surſum corda.
Habemus ad Domi-
num. Gratias agamus
Domino Deo noſtro.
Dignũ & iuſtum eſt.

Vere


Vere dignũ & iuſtũ eſt.
æquũ & ſalutare. Nos
tibi ſemper & vbiq;
gratias a gere: Domi-
ne ſanc̄te, pater omni-
potens, æterne Deus
Per Chriſtũ Dñm noſtrũ
Per quẽ maieſtatẽ tuã lau-
dant Angeli, adorant
Dominationes,tremunt
Poteſtates. Cœli cœlorũ
q; Virtutes ac beata
Seraphin ſocia exulta-
tione concelebrant. Cũ



PRÆFATIO de Trinitate, in die Sanctiſſimæ Trinitatis tantummodo dicenda.

AETerne Deus. Qui cũ vnigenito filio tuo & Spiritu ſancto vnus es Deus: vnus es Dominus: non in vnius ſingularitate perſonæ: ſed in vnius Trinitate ſubſtãtiæ. Quod enim de tua gloria reuelante te credimus, hoc de filio tuo: hoc de Spiritu ſancto ſine differentia diſcretionis ſentimus vt in confeſsione veræ ſempiternæq; deitatis, & in perſonis proprietas, & in eſſentia vnitas: & in maieſtate adoretur æqualitas.

Quam laudant Angeli, atq; Archãgeli, Cherubim quoq; ac Seraphim, qui non ceſſant quotidie clamare dicentes.

Sequens Præfatio dicitur à Natiuitate Domini, vſq; ad Epiphaniam. Et in Purificatione B. Mariæ virginis. Et in feſto Corporis Chriſti, & per octauam.

Æterne Deus. Quia per incarnati verbi myſterium no-

ua mentis noſtræ oculis lux tuæ claritatis infulſit: vt dum viſibiliter Deum cognoſcimus, per hunc inuiſibilium amore rapiamur. Et ideo cũ Angelis & Archangelis, cum Thronis & Dominationibus cumq; omni militia cœleſtis exercitus, hymnũ gloriæ tuæ canimus ſine fine dicentes.

Infra actionem.

COmmunicántes & diem vel noctem ſacratiſſimã vel ſacratiſsimum celebrantes: qua vel quo beatæ Mariæ intemerata virginitas, huic mundo edidit Saluatorem. Sed memoriam venerãtes in primis eiuſdem glorioſæ ſemperque virginis Mariæ genitricis eiuſdem Dei & Domini noſtri Ieſu Chriſti. Sed & beatorum Apoſtolorum, &c.

In ſolẽnitate corporis Chriſti. Infra actionem.

COmmunicãtes & diem ſacratiſsimum celebrantes, quo Dóminus noſter Ieſus Chriſtus pro nobis eſt traditus. Sed & memoriam venerantes: in primis glorioſæ ſemper virginis Mariæ genitricis eiuſdem Dei.

HAnc igitur oblationẽ ſeruitutis noſtræ ſed & cunctæ familiæ tuæ quam tibi offerimus ob diem in qua Dóminus noſter Ieſus Chriſtus tradidit diſcipulis ſuis corporis & ſanguinis ſui myſteria celebranda, quæſumus Dómine vt placatus accipias, dieſq; noſtros in tua pace diſponas: atq; ab æterna damnatione nos eripi: & in electorum tuorum iubeas grege numerari. Per eundem.

Sequens Præfatio dicitur in Epiphania Dómini & per octauam.

Æterne Deus. Qui cum Vnigenitus tuus in ſubſtantia noſtræ mortalitatis apparuit in noua nos immortalitatis ſuæ luce reparauit. Et ideo cum Angelis, & Archangelis cum Thronis & Dominationibus, cumq; omni militia cœleſtis exercitus hymnum gloriæ tuæ canimus ſine fine dicentes.

Infra actionem.

COmmunicantes, & diem ſacratiſsimum celebrantes:

tes : quo Vnigenitus tuus in tua tecum gloria coæternus in veritate carnis noſtræ viſibiliter corporalis apparuit. Sed & memoriam venerantes, in primis glorioſæ ſemperq́; virginis Mariæ genitricis eiuſdem Dei, & Dómini noſtri Ieſu Chriſti: ſed & beatorum apoſtolorum, ac martyrum tuorum Petri & Pauli, &c. Et dicitur per totam octauam.

Sequens Præfatio dicitur à feria quarta Cinerum vſq; ad vigiliam Paſchæ excluſiuè exceptis Dominicis diebus & Miſsis ſanctorum.

Æterne Deus. Qui corporali ieiunio vicia comprimis, mentem eleuas, virtutem largiris & præmia per Chriſtum Dóminum noſtrū. Per quem. &c.

Sequens Præfatio dicitur à vigilia Paſchæ vſque ad Aſcenſionem.

Æquum & ſalutare.
Te quidem Dómine omni tempore, ſed in hac potiſsimum nocte vel die, glorioſius prædicare, cum paſcha noſtrū immolatus eſt Chriſtus. Ipſe enim verus eſt agnus qui abſtulit peccata mundi. Qui mortem noſtrã moriendo deſtruxit, & vitam reſurgendo reparauit. Et ideo cum Angelis, & Archangelis cum Thronis & Dominationibus, cumq; omni militia cœleſtis exercitus hymnum gloriæ tuæ canimus ſine fine dicentes.

Infra actionem.

Communicantes & noctem vel diem ſacratiſsimum celebrantes Reſurrectionis Dómini noſtri Ieſu Chriſti ſecundum carnẽ. Sed & memoriam venerantes in primis glorioſæ ſemperq́; virginis Mariæ genitricis eiuſdem Dei & Dómini noſtri Ieſu Chriſti: ſed & beatorum apoſtolorum. &c.

Sequitur. Hanc igitur oblationem ſeruitutis noſtræ, ſed & cunctæ familiæ tuæ quã tibi offerimus, pro his quoque quos regenerare dignatus es ex aqua & Spiritu ſancto, tribuens eis remiſsionem omnium peccatorum:

quæ-

quæſumus Dómine, vt placatus, &c.

Sequens Præfatio dicitur à die Aſcenſionis vſque ad vigiliam Pentecoſtes excluſiuè.

PEr Chriſtum Dominum noſtrum. Qui poſt reſurrectionem ſuam omnibus diſcipulis ſuis manifeſtus apparuit: & ipſis cernentibus eſt eleuatus in cælũ vt nos diuinitatis ſuæ tribueret eſſe participes. Et ideo cũ Angelis & Archangelis cum Thronis & Dominationibus, cumq́ue omni militia cœleſts exercitus, hymnum gloriæ tuæ canimus ſine fine dicentes·

Infra actionem.

COmmunicãtes, & diem ſacratiſsimum celebrantes: quo Dóminus noſter vnigenitus Filius tuus vnîtam ſibi fragilitatis noſtræ ſubſtantiam, in gloriæ tuæ dextera collocauit. Sed & memoriam venerantes, in primis glorioſæ ſemperq́; virginis Mariæ genitricis eiuſdẽ Dei & Dómini noſtri Ieſu Chriſti. &c. Et dicitur per totam octauã.

Sequens Prefatio dicitur à vigilia Pentecoſtes vſque ad ſequens Sabbatum incluſiuè.

PEr Chriſtum Dominum noſtrum. Qui aſcendens ſuper omnes cœlos ſedenſq; ad dexterã tuam promiſſum Spiritum ſanctum hodierna die in filios adoptionis effudit. Quapropter profuſis gaudijs totus in orbe terrarum mundus exultat: ſed & ſupernæ virtutes atque Angelicæ poteſtates: hymnum gloriȩ tuȩ concinunt ſine fine dicentes.

Infra actionem.

COmmunicantes, & diẽ ſacratiſsimum Pentecôſtes celebrantes, quo Spíritus ſanctus apoſtolis innumeris linguis apparuit. Sed & memoriam, &c.

Infra actionem.

HAnc igitur oblationem ſeruitûtis noſtræ, ſed & cunctæ famíliȩ tuæ quam tibi offérimus: pro his quoque quos regenerâre dignâtus es ex aqua & Spíritu ſancto, tribuens eis remiſsiônem ómnium

nium peccatôrum quæſumus Dómine, vt placatus accipias, &c.

Et dicitur vſque ad ſequens Sabbathum incluſiuè.

Præfatio de Cruce.

AETerne Deus. Qui ſalutem humani generis in ligno crucis conſtituiſti: vt vnde mors oriebatur inde vita reſurgeret, & qui per lignum vincebat per lignũ quoque vinceretur. Per Chriſtum dominum noſtrum. Per quẽ maieſtatem, &c.

Præfatio de Apoſtolis.

AEQuum & ſalutare. Te Domine ſuppliciter exorare vt gregem tuũ paſtor æterne nõ deſeras ſed per beatos Apoſtolos tuos cõtinua protectione cuſtodias: vt eiſdem rectoribus gubernetur quos operis tui vicarios eidem contuliſti præeſſe paſtores. Et ideo cum Angelis & Archangelis cũ Thronis & Dominationibus cumque omni militia cœleſtis exercitus hymnũ gloriæ tuæ canimus ſine fine dicentes.

Præfatio in feſtiuitatibus Beatiſsimæ Virginis Mariæ & in Miſsis Ordinarijs & Votiuis illius.

AETerne Deus. Et te in Conceptione, in Natiuitate, in Præſentatione, in Annũciatione, in Viſitatione, in Aſſumptione, in Purificatione, in Expectatione, in Veneratione. Beatæ Mariæ ſemper virginis laudare benedicere & prædicare. Quæ & vnigenitum tuum ſancti Spiritus obumbratione concepit, & virginitatis gloria permanente huic mundo lumen æternum effudit. Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum. Per quem maieſtatem tuam laudant Angeli, adorant Dominationes tremunt poteſtates. &c.

Præfatio communis.

PEr omnia ſæcula ſæculorum. Amẽ. Dominus vobiſcum. Et cum ſpiritu tuo. Surſum corda. Habemus ad Dominum. Gratias agamus Domino Deo noſtro. Dignum & iuſtum eſt.

VEre dignum & iuſtũ eſt æquum & ſalutare. Nos tibi ſemper & vbique gratias agere: Domine ſanɛte, pater omnipotens, æterne Deus. Per Chriſtum Dominum noſtrum. Per quem maieſtatem tuam laudant Angeli, adorãt Dominationes, tremunt Poteſtates. Cœli cœlorumq́ue Virtutes ac beata Seraphin ſocia exultatione concelebrant. Cum quibus & noſtras voces vt admitti iubeas deprecamur ſupplici confeſsione dicentes. Sanɛtus. Sanɛtus. Sanɛtus. Dóminus Deus, &c.

QVÆ MEVS ORBIS AMOR CRVCIFIXIT BRACHIA NOSTER
HINC BERNARDE TIBI MVTVVS VNIT AMOR



MAGNA TRAHIT CLAVOS MAGNETIS VIS TE O SACERDOS
MAIOR AMORIS AMA MAGNES AMORIS AMOR



TE igitur, clementiſsime Pater, per Ieſum Chriſtum Filium tuum Dominum noſtrum, ſupplices rogamus, ac petimus, vti accepta habeas, & benedicas, hæc ✠ dona, hæc ✠ munera, hæc ✠ ſancta ſacrificia illibata. In primis quæ tibi offerimus pro Eccleſia tua ſancta Catholica: quam pacificare, cuſtodire, adunare, & regere digneris toto orbe terrarum, vna cum famulo tuo Papa noſtro N. & Antiſtite noſtro N. & Rege

noſtro N. & omnibus orthodoxis, atq; Catholicæ & Apoſtolicæ fidei cultoribus.

Commemoratio pro viuis.

MEmēto, Domine, famulorum famularumque tuarum N. & N. Et omnium circūſtantium, quorum tibi fides cognita eſt, & nota deuotio, pro quibus tibi offerimus: vel qui tibi offerunt hoc ſacrificium laudis, pro ſe, ſuiſq; omnibus: pro redemptione animarum ſuarum, pro ſpe ſalutis & incolumitatis ſuæ: tibiq; reddunt vota ſua æterno Deo viuo & vero.

Infra actionem.

COmmunicātes, & memoriam venerantes, in primis glorioſæ ſemperq; virginis Mariæ, genitricis Dei & Domini noſtri Ieſu Chriſti. Sed & beatorum apoſtolorum, ac martyrū tuorum Petri & Pauli, Andreæ, Iacobi, Ioannis, Thomæ, Iacobi, Philippi, Bartholomæi, Matthæi, Simônis, & Thadæi: Lini, Cleti, Clemētis, Xiſti, Cornelij, Cypriani, Laurentij, Chryſogoni, Ioannis & Pauli, Coſmæ & Damiani, &

omnium Sanctorũm tuorum: quorum méritis precibuſq; concédas, vt in ómnibus protectiônis tuæ muniâmur auxilio. Per eundẽ Chriſtum Dominum noſtrum. Amen.

HAnc igitur oblationem ſeruitutis noſtræ, ſed & cunctæ familiæ tuæ, quæſumus Domine, vt placatus accipias: dieſque noſtros in tua pace diſponas, atque ab æterna dãnatione nos eripi, & in electorũm tuorum iubeas grege numerari. Per Chriſtum Dominum noſtrum. Amen.

QVam oblationẽ tu Deus in omnibus, quæſumus: bene✠dictam, aſcri✠ptam ra✠tam, rationabilem, acceptabilẽq; facere digneris: vt nobis Cor✠pus, & San✠guis fiat dilectiſsimi Filij tui Dñi noſtri Ieſu Chriſti.

QVi pridie, quam pateretur: accepit panem in ſanctas, ac venerabiles manus ſuas: Et eleuatis oculis in cœlũ ad te Deũ Patrẽ ſuũ omnipotentẽ: tibi gratias agẽs: bene✠dixit, fregit, deditq; Diſcipulis ſuis dicẽs. Accipite & mãducate ex hoc oẽs.

Hoc eſt enim corpus meum.

SImili modo poſtquam cœnatũ eſt: accipiens & hũc præclarum calicem in ſanctas ac venerabiles manus ſuas: item tibi gratias agens, Bene ✠ dixit, deditq; diſcipulis ſuis, dicens. Accipite & bibite ex eo oẽs.

Hic eſt enim calix ſanguinis mei: noui & æterni teſtamẽti: myſterium fidei: qui pro vobis & pro multis effundetur in remiſſionem peccatorum.

Hæc quotieſcunque feceritis, in mei memoriam facietis.

VNde & mémores Domine nos ſerui tui, ſed & plebs tua ſancta eiuſdẽ Chriſti Filij tui Dómini noſtri, tam beátæ paſſiônis, necnon & ab inferis Reſurrectiônis, ſed & in cœlos glorioſæ Aſcenſiônis, offérimus præcláræ maieſtáti tuæ, de tuis donis ac datis, hoſtiã ✠ puram hoſtiã ✠ ſanctam: hoſtiam ✠ immaculatam, panẽ ✠ ſanctum vitæ ætérnæ, & calicem ✠ ſalûtis perpétuæ.

SVpra quæ propicio ac ſeréno vultu reſpícere dignêris: & accépta habêre, ſi-

ſicuti accepta habêre dignatus es múnera púeri tui iuſti Abél, & ſacrificium patriárchæ noſtri Abrahæ: & quod tibi obtulit ſummus ſacerdos tuus Melchiſedec, ſanctũ ſacrificium, immaculatam hoſtiam.

SVpplices te rogamus omnipotens Deus: iube hæc perferri per manus ſancti Angeli tui in ſublime altare tuum in conſpectu diuinæ maieſtatis tuæ, vt quotquot, ex hac altaris participatiône, ſacroſanctum Filij tui, Cor ✠ pus & ſan ✠ guinem ſumpſerimus, omni benedi ✠ ctiône cœleſti, & gratia repleamur. Per eundem Chriſtũ Dominum noſtrum. Amen.

Commemoratio pro defunctis.

MEmento etiam Dómine famulôrum famularumq; tuarum. N & N. qui nos præceſſerũt cum ſigno fidei, & dormiũt in ſomno pacis. Ipſis Domine, & omnibus in Chriſto quieſcentibus, locum refrigerij lucis, & pacis, vt indúlgeas, deprecamur. Per eundẽ Chriſtum Dominum noſtrum, Amen.

NObis quoq; peccatoribus famulis tuis, de multitudine miſerationum tuarum ſperantibus, partem aliquam & ſocietatem donare dignêris, cum tuis ſanctis Apoſtolis & Martyribus: cum Ioanne, Stephano, Matthía, Bárnaba, Ignátio, Alexãdro, Marcellíno, Petro, Felicitate, Perpetua, Agatha, Lúcia, Agnête, Cęcília, Anaſtáſia: & omnibus ſanctis tuis. Intra quorũ nos confórtium, non æſtimator meriti, ſed veniæ, quæſumus, largítor admítte. Per Chriſtũ Dñm noſtrũ.

PEr quem hęc ómnia Dómine ſemper bona creas: San✠ctificas: viuí✠ficas: bene✠dícis, & præſtas nobis. Per ip✠ſum: & cum ip✠ſo: & in ip✠ſo: eſt tibi Deo Patri✠ omnipotenti: in vnitate Spiritus✠ ſancti: omnis honor & gloria.




niti, & diuina inſtitu-
tione formati audemus
dicere. Pater noſter qui
es in cœlis: ſanctificetur
nomen tuum: adueniat reg-
nũ tuum: fiat volũtas tua,
ſicut in cœlo & in terra.
Panẽ noſtrũ quotidianum
da nobis hodie. Et dimit-
te nobis debita nr̃a ſicut
& nos dimittimus debito-
ribus noſtris. Et ne nos in-
ducas in tentationem. Sed
libera nos à ma lo.
Amen, &c.

Libera nos quæſumus Dómine, ab ómnibus malis, præteritis, præſentibus, & futúris: & intercedénte beáta & glorióſa ſemper vírgine Dei genitrîce Maria, cum beátis Apóſtolis tuis Petro & Paulo, atque Andrea, & ómnibus ſanctis: da propícius pacem in diêbus noſtris: vt ope miſericórdiæ tuæ adiúti, & á peccáto ſimus ſemper líberi, & ab omni perturbatiône ſecúri. Per eúndẽ Dñm noſtrum Ieſum Chriſtũ Filiũ tuũ. Qui tecũ viuit & regnat in vnitâte Spíritus ſancti Deus.



Agnus Dei qui tollis peccata mundi: miſerere nobis.

Agnus Dei qui tollis peccata mundi: miſerere nobis.

Agnus Dei qui tollis peccata mundi: dona nobis pacem.

Dum miſcetur corpus ſanguini.

HÆc ſacroſancta commixtio corporis & ſanguinis Domini noſtri Ieſu Chriſti fiat mihi, & omnibus ſumentibus ſalus mentis & corporis, & ad vitã æternam promerendam & capeſſendam præparatio ſalutaris. Amen.

Ante ſumptionem corporis & ſanguinis. Oratio.

DOmine Ieſu Chriſte Fili Dei viui, qui ex volũtate patris cooperãte Spiritu ſancto, per mortem tuã mundum viuificaſti libera me quæſo per hoc ſacroſanctũ corpus & ſanguinem tuũ à cũctis iniquitatibus meis, & ab vniuerſis malis, & fac me tuis ſemper obedire mandatis, & nunquam in perpetuum à te ſeparari permittas. Qui viuis & regnas. &c.

Deinde ter inclinatus dicat ſine tunſione pectoris.

DOmine nõ ſum dignus, vt intres ſub tectum meũ: ſed tãtùm dic verbo, & ſanabitur ánima mea.

Ad ſumptionem corporis.

CORpus Domini noſtri Ieſu Chriſti cuſtodiat ánimā meā in vitā æternā. Amen.

Ad ſumptionem ſanguinis.

SAnguis Dómini noſtri Ieſu Chriſti cuſtodiat ánimam meam in vitam æternam. Amen.

Antequam ſe purificet cōmunicet alios ſi cōmunicaturi ſint: ſed dum ſe Sacerdos calicemque purificat poterit dicere orationes ſequentes.

QVod ore ſúmpſimus Domine, pura mente capiâmus: & de múnere temporáli fiat nobis remédiū ſempitérnum.

COrpus tuum Domine, quod ſumpſi, & ſanguis quem potáui, adhæreat viſcéribus meis, & præſta: vt in me non remáneat ſcélerum mácula: quem pura, & ſancta refecérunt Sacramenta. Qui viuis & regnas in ſæcula ſæculorum. Amen.

Poſt finitam Miſſam inclinatus in medio altaris dicat.

PLaceat tibi ſancta Trinitas vnus Deus obſequium ſeruitutis meæ, & præſta, vt hoc ſacrificiū, quod

oculis tuæ maieſtatis indignus obtuli, tibi ſit acceptabile: mihiquè & omnibus, pro quibus illud obtuli: ſit te miſerante propiciabile. Qui viuis & regnas. &c.

Erigens ſe & labium altaris conſecrati deoſculans dicat.

MEritis & precibus iſtorum & omniũ ſanctorũ ſuorũ miſereatur noſtri omnipotens Dominus. Amen.

Deinde vertens ſe ad populũ ipſum benedicat dicens.

IN vnitate ſancti Spiritus benedi✠cat vos pater & filius. Amen.

SI Abbas celebret finita Miſſa oſculato altaris medio ſtans verſus altare competenti voce dicit. Sit nomen Domini benedictũ. Cho. Reſp. Qui fecit. &c. Tunc ſignans ſe ſigno Crucis à fronte ad pectus: & à ſiniſtro ad dextrũ humerum eadem voce dicit. Adiutorium noſtrũ in nomine Domini. Chorus. Qui fecit. &c.

Deinde vertit ſe ad populũ & eleuat manus & dicit. Benedicat vos Omnipotens Deus. Et cum dicit


Deus iugit manus ante faciẽ ſuam: & porrigitur ei ad ſiniſtram manum Baculus paſtoralis cum quo vertens ſe ad dextrum latus: benedicit populum ſignans ter & dicens. Pa ✠ ter & Fi ✠ lius: & Spiritus ✠ ſanctus. Cho. Amen.

Suffragium pro pace Eccleſiaſtica & tẽporali dicẽdũ Poſt Pater noſter. Canonis. Pſalm. Lætatus ſum. Gloria Patri, Kyrie eleiſon, Pater noſter. Et ne nos. Domine ſaluos fac reges, Et exaudi nos in die qua inuocauerimus te. Saluum fac populum tuum Domine, & benedic hæreditati tuæ. Et rege eos & extolle illos vſque in æternum. Fiat pax in virtute tua, Et abundãtia in turribus tuis. Domine exaudi orationem meam, Et clamor meus ad te veniat. Dominus vobiſcum, Et cum ſpiritu tuo.


Oremus.

Eccleſiæ tuæ Domine preces placâtus admítte: vt deſtrúctis aduerſitátibus & erróribus vniuérſis, ſecúra tibi ſéruiat libertâte.


Hoſtium noſtrôrũ quæſumus Dómine elîde ſupérbiam eôrumq; contumáciam déxterę tuę virtûte proſtérne. Per Chriſtum Dominum noſtrum. Amen.




Ite miſſa eſt. Deo



gratias. Benedicamus



Domino. Deo gratias.



Requieſcant in pace. Amẽ.


I te miſſa eſt, Alleluia,
Alle luia. I te
miſſa eſt. Alleluia. B ene-
dicamus Domino, Alleluia,
Alle luia. B enedi-
camus Domino, Alleluia

* ******************

DOMINICA I. POST PENTECOSTEN & in feſto ſanctiſsimæ Trinitatis.

Introitus.

Ex Tob. c. 12. BEnedicta ſit ſancta Trínitas, atque indiuîſa vnitas: cõfitébimur ei, quia fecit nobíſcum miſericórdiam ſuam.

Dani. 3 Pſal. Benedicâmus patrem & fílium cum ſancto ſpíritu. Collecta

OMnípotens ſempitérne Deus, qui dedíſti fámulis tuis in confeſsiône veræ fidei ætérnæ Trinitâtis glóriam agnóſcere: & in poténtia maieſtâtis adorâre vnitâtẽ: quæſumus, vt eiúſdẽ fidei firmitâte: ab ómnibus ſemper muniâmur aduerſis. Per.

Léctio epiſtolæ beáti Pauli apóſtoli ad Corínthios.

2. c. 13 FRatres: Gaudête perfecti eſtôte: exhortámini, idem ſápite. Pacem habête: & Deus dilectiônis & pacis erit vobíſcũ. Gratia Dñi noſtri Ieſu Chriſti: & cháritas Dei: & communicátio ſancti Spíritus: ſit cum ómnibus vobis.

℟. Benedíctus es Dómine, qui intuẽris abyſſos, & ſedes ſuper Cherubím. Dani. 3

℣. Benedíctus es Dómine in firmamẽto cœli, & laudábilis in ſęcula. Alleluia.

℣. Benedíctus es Dñe Deus Patrum noſtrôrũ, & laudábilis in ſæcula, Allel. Ibi.

Sequéntia ſancti Euangélij ſecúndum Ioannem.

IN illo témpore: Dixit Ieſus diſcípulis ſuis. Cum venerit Paráclitus quem ego mittam vobis à Patre Spíritum veritâtis qui à Patre procêdit: ille teſtimónium perhibêbit de me. Et vos teſtimónium perhibébitis: quia ab inítio mecum eſtis. Hæc locûtus ſum vobis: vt non ſcandalizémini. Abſq; ſynagógis fácient vos. Sed venit hora: vt omnis qui intérficit vos arbitrêtur obſéquium ſe præſtâre Deo. Et hæc fácient vobis: quia non nouérunt Patrem neq; me. Sed hæc locûtus ſum vobis: vt cum vénerit hora eôrũ reminiſcámini, quia ego dixi vobis. Credo. c. 15

Offerto. Benedíctus ſit Deus Pater, vnigénitusq; Dei Fílius, ſanctus quoq; Spíritus: quia fecit nobíſcum miſericórdiam ſuam. Secreta. Dani. 3.

Sancti-

SAnctífica, quęſumus Dñe Deus noſter, per tui ſancti nóminis inuocatiônẽ, huius oblatiônis hóſtiã, & per eam noſmetípſos tibi pérfice munus ætérnum. Per Dóminũ.

Præfatio. Qui cũ vnigenito.

Tob. 12. Commu. Benedícimus Deum cœli, & coram ómnibus viuéntibus cõfitébimur ei: quia fecit nobíſcum miſericórdiam ſuam. Poſt cõmunio.

PRofíciat nobis ad ſalûtem córporis & ánimæ, Dómine Deus noſter, huius ſacraménti ſuſcéptio: & ſempitérnæ ſanctæ Trinitâtis, eiúſdemq; indiuíduæ vnitâtis conféſsio. Per Dóminum.

****

IN SOLENNITATE ſacratiſsimi Corporis CHRISTI.

Introitus.

Pſal. 80. Cibâuit eos ex ádipe fruméti, Allelúia & de petra melle ſaturâuit eos, Alleluia, alle. alle.

Ibi. Pſalm. Exultáte Deo adiutóri noſtro: iubilâte Deo Iacób. Collecta.

DEus qui nobis ſub ſacraménto mirábili, paſsiônis tuæ memóriã reliquíſti: tribue, quæſumus; ita nos córporis & ſánguinis tui ſacra myſtéria venerári: vt redemptiônis tuæ fructũ in nobis percípere mereâmur. Qui vi.

Léctio epíſtolæ beáti Pauli apóſtoli ad Corínthios.

1. Cor. 11. FRatres: Ego enim accépi à Dómino, quod & trádidi vobis, quóniam Dñs Ieſus in qua nocte tradebâtur, accêpit panẽ & grátias agens fregit, & dixit. Accípite, & manducâte. Hoc eſt corpus meũ, quod pro vobis tradêtur. Hoc fácite in meam cõmemoratiônem. Simíliter & cálicẽ poſtquam cœnâuit, dicens. Hîc calix nouum teſtaméntũ eſt in meo ſánguine. Hoc facite, quotieſcúnq; bibêtis in meam cõmemoratiônẽ. Quotieſcúnq; enim manducábitis panẽ hunc, & cálicẽ bibêtis: mortẽ Dñi annunciábitis: donec véniat. Itaq; quicúnq; mãducáuerit panẽ, & bíberit cálicem Dñi indígnè: reus erit córporis & ſánguinis Dñi. Probet autẽ ſeípſum homo: & ſic de pane illo edat, & de calice bibat. Qui enim mãdûcat & bibit indíg

nè: iudiciũ ſibi mãdûcat & bibit, nõ diíudicans corpus Dñi

Pſal. 144. ℟. Ocúli ómnium in te ſperant Dómine: & tu das illis eſcam in témpore opportúno. ℣. Aperis tu manum tuã: & imples omne ánimal benedictiône.

Apoc. 9. Alleluia. ℣. Demus gloriam Deo, quia venérunt núptiæ agni, & vxor eius præparâuit ſe byſsino ſplendénte cándido coopérta. Alleluia.

Sequéntia ſancti Euangélij ſecúndum Ioánnem.

Io. 6 IN illo témpore. Dixit Ieſus turbis Iudæôrũ. Caro mea, verè eſt cibus: & ſanguis meus verè eſt potus. Qui mãdûcat meam carnem, & bibit meum ſánguinem: in me manet, & ego in illo. Sicut miſit me viuens Pater, & ego viuo propter Patrem: & qui mandûcat me, & ipſe viuet propter me. Hic eſt panis, qui de cœlo deſcéndit. Non ſicut manducauérũt patres veſtri manna, & mórtui ſunt. Qui mandûcat hunc panem, viuet in ætérnum. Credo.

Leuit. 7. Offer. Offerẽt filij Iſraël panes abſq; ferměto cũ hóſtia gratiárũ: quæ pro pacíficis immolâtur, & qui mũdus fúerit veſcétur ex ea. Alleluia. Secreta.

ECcléſiæ tuæ, quæſumus Dñe, vnitâtis & pacis propítius dona cõcêde: quæ ſub oblátis munéribus myſticè deſignántur. Per Dóminum. Præfat. Quia per incarnati, vt in Natiuitate Dñi. Communicantes & Hanc igitur vt in cœna Dñi. fol. 93. Et ſic dicitur per totam octauã.

Commu. Panem de cœlo dedíſti nobis Dómine habéntem omne delectaméntum & omnem ſapôrem ſuauitâtis. Sap. 29. C

Poſt communio.

FAc nos, quæſumus Dómine, diuinitâtis tuæ ſempitérna fruitiône repleri: quã pretióſi córporis & ſánguinis tui temporâlis percéptio præfigûrat. Qui viuis & regnas cum Deo Patre.

DOMINICA II. Poſt Pentecoſten.

Introitus.

DOmine in tua miſericórdia ſperáui: exultâbit cor meũ, in ſalutári tuo: cantâbo Dómino, qui bona tríbuit mihi. Pſal. 12.

Pſalm. Vſquequò Dómine obliuíſceris me in finem? vſquequò auértis fáciem tuam á me. Ibi. Collecta.

DEus in te ſperántium fórtitûdo, adéſto propícius inuocatiónibus noſtris: & quia ſine te nihil poteſt mortâlis infírmitas: præſta auxílium grátiæ tuæ: vt in exequéndis mandátis tuis, & voluntâte tibi & actiône placeâmus. Per Dóminum noſtrũ.

Léctio epiſtolæ beáti Ioánnis Apóſtoli.

1. ca. 4. CHaríſsimi, Deus cháritas eſt. In hoc appáruit cháritas Dei in nobis: quóniam Fílium ſuum vnigénitum miſit Deus in mundum, vt viuâmus per eum. In hoc eſt cháritas: non quaſi nos dilexerîmus Deum: ſed quóniam ipſe prior diléxit nos, & miſit Fílium ſuum propiciatiônẽ pro peccátis noſtris. Charíſsimi ſi ſic Deus diléxit nos, & nos debêmus altérutrum dilígere. Deum nemo vidit vnquam. Si diligâmus ínuicem, Deus in nobis manet, & cháritas eius in nobis perfécta eſt. In hoc cognóſcimus, quóniam in eo manêmus, & ipſe in nobis: quóniam de Spíritu ſuo dedit nobis. Et nos vídimus, & teſtificâmur: quóniam Pater miſit Fílium ſuũ ſaluatôrem mundi. Quiſquis conféſſus fúerit, quóniam Ieſus eſt Fílius Dei: Deus in eo manet, & ipſe in Deo. Et nos cognóuimus & credídimus charitáti, quam habet Deus in nobis. Deus cháritas eſt: & qui manet in charitâte, in Deo manet, & Deus in eo. In hoc perfécta eſt cháritas Dei nobíſcum, vt fidúciam habeâmus in die iudícij: quia ſicut ille eſt, & nos ſumus in hoc mundo. Timor nõ eſt in charitâte: ſed perfécta cháritas foras mittit timôrem: quóniam timor pœnã habet. Qui autem timet, nõ eſt perféctus in charitâte. Nos ergo diligâmus Deum: quóniam Deus prior diléxit nos. Si quis díxerit, quóniam díligo Deum, & fratrem ſuum óderit, mẽdax eſt. Qui enim non díligit fratrem ſuum, quem videt, Deũ quem non videt quómodo poteſt dilígere? Et hoc mandâtum habêmus à Deo, vt qui díligit Deum, díligat & fratrem ſuum.

℟. Egò dixi, Dómine, miſerêre mei, ſana ánimam meam, quia peccáui Pſa 40.

bi. tibi. ℣. Beâtus vir, qui intelligit ſuper egênum, & páuperem: in die mala liberâbit eum Dóminus.

Pſal. 5. Alleluia. ℣. Verba mea áuribus pércipe Dómine: intéllige clamórem meum, alleluia.

Sequéntia ſancti Euangélij ſecúndum Lucam.

c. 16. IN illo témpore: Dixit Ieſus diſcípulis ſuis. Homo quidam erat diues & induebâtur púrpura & byſſo & epulabâtur quotídie ſpléndide. Et erat quidã mendîcus nómine Lázarus: qui iacêbat ad iánuam eius vlcéribus plenus, cúpiẽs ſaturári de micis quæ cadébant de menſa díuitis, & nemo illi dabat. Sed & canes veniébant & lingébant vlcera eius. Factum eſt autem vt moreiêtur mendîcus: & portarêtur ab Angelis in ſinu Abrahæ. Mórtuus eſt autem & diues: & ſepúltus eſt in inférno. Eleuans autẽ óculos ſuos cum eſſet in torméntis: vidit Abrahám à longè, & Lázarũ in ſinu eius. Et ipſe clamans dixit. Pater Abrahám miſerêre mei: & mitte Lázarum vt intíngat extrêmum dígiti ſui in aqua, vt refrígeret linguã meam: quia crúcior in hac flamma. Et dixit illi Abrahã. Fili: recordâre quia recepíſti bona in vita tua: & Lázarus ſimíliter mala. Nunc autẽ hic conſolâtur: tu vero cruciâris. Et in his ómnibus inter nos & vos chaos magnum firmâtum eſt: vt hi qui volunt hinc tranſire ad vos non poſſint, neq; inde huc tranſmeâre. Et ait. Rogo ergo te pater, vt mittas eum in domum patris mei: hábeo enim quinq; fratres, vt teſtêtur illis ne & ipſi véniant in locum hunc tormentôrum. Et ait illi Abrahám. Habent Moyſen & prophétas: áudiant illos. At ille dixit. Non pater Abrahám: ſed ſi quis ex mórtuis ierit ad eos pœniténtiam agent. Ait autem illi. Si Moyſen & prophétas non áudiunt: neque ſi quis ex mórtuis reſurréxerit credent. Credo.

Offer. Inténde voci oratiónis meæ, rex meus, & Deus meus: quóniam ad te orâbo Dómine. Pſal. 5.

Secreta.

HOſtias noſtras, quæſumus Dómine, tibi dicátas placâtus aſſûme, & ad per

pétuum

pétuũ nobis tríbue prouenîre ſubſídium Per Dóminum.

Pſal. 9. Cõmu. Narrâbo ómnia mirabília tua: lætâbor, & exultábo in te: pſallam nómini tuo Altiſsime. Poſt cõmu.

TAntis Dñe repléti munẽ ribus præſta, quæſumus: vt & ſalutária dona capiâmus, & à tua laude nunquam ceſſêmus. Per Dóminum.

DOMINICA III. Poſt Pentecoſten.

Introitus.

Pſal. 17. FActus eſt Dóminus protéctor meus: & edúxit me in latitúdinem: ſaluum me fecit, quóniam vóluit me.

Ibi. Pſalm. Díligam te Dñe virtus mea: Dñs firmaméntum meum, & refúgium meũ, & liberâtor meus. Collecta.

SAncti nóminis tui Dñe, timôrẽ páriter & amôrẽ fac nos habêre perpétuũ: quia nũ quã tua gubernatiône deſtítuis? quos in ſoliditâte tuæ dilectiônis inſtítuis. Per Dñm.

Lectio epiſtolæ beáti Ioánnis Apóſtoli.

1.c.3. CHariſsimi: Nolíte mirári, ſi odit vos mundus. Nos ſcimus, quóniam tranſláti ſumus de morte ad vitã: quóniam dilígimus fratres. Qui nõ díligit: manet in morte. Omnis qui odit fratrem ſuum: homicîda eſt. Et ſcitis quóniam omnis homicîda non habet vitam ætérnam in ſe manéntem. In hoc cognóuimus charitâtẽ Dei, quóniam ille pro nobis ánimam ſuam póſuit: & nos debêmus pro frátribus ánimas pónere. Qui habúerit ſubſtántiam huius mundi, & víderit fratrem ſuum neceſsitâtem habêre, & cláuſerit víſcera ſua ab eo, quómodo cháritas Dei manet in eo? Filíoli mei, non diligâmus verbo, neque lingua: ſed ópere & veritâte.

℟. Ad Dóminum cum tribulârer clamâui, & exaudîuit me. ℣. Dómine, libera ánimam meam à lábijs iníquis, & à lingua dolóſa. Pſal. 119

Alleluia. ℣. Deus iudex iuſtus, fortis & patiens: nunquid iraſcetur per ſingulos dies. Pſal. 7.

Sequéntia ſancti Euangélij ſecúndum Lucam.

IN illo témpore: Dixit Ieſus diſcípulis ſuis parabolam hãc. c.14.

Homo

Homo quidam fecit cœnam magnam: & vocâuit multos. Et miſit ſeruum ſuum hora cœnæ dícere inuitátis vt venírent: quia iam parâta ſunt ómnia. Et cœpérunt omnes ſimul excuſâre. Primus dixit ei. Villam emi: & necéſſe hábeo exîre, & vidêre illam. Rogo te, habe me excuſâtum. Et alter dixit. Iuga boum emi quinque: & eo probâre illa. Rogo te, habe me excuſâtum Et álius dixit. Vxôrem duxi: & ídeo non poſſum venîre. Et reuérſus ſeruus nunciâuit hæc Dómino ſuo. Tunc irâtus paterfamílias, dixit ſeruo ſuo. Exi citò in pláteas, & vicos ciuitâtis: & páuperes, ac débiles, & cæcos & claudos introdúc huc. Et ait ſeruus. Dómine, factum eſt vt imperáſti: & adhuc locus eſt. Et ait Dóminus ſeruo. Exi in vias & ſepes, & compêlle intrâre, vt impleâtur domus mea. Dico autẽ vobis, ꝙ nemo virôrum illôrum, qui vocáti ſunt, guſtâbit cœnã meã. Credo.

Offer. Dómine conuértere, & éripe ánimam meam: ſaluum me fac propter miſericórdiam tuam. Pſal. 6.

Secreta.

Oblátio nos, quæſumus Dñe, tuo nómini dicánda puríficet: & de die in diem ad cœléſtis vitæ tránsferat actiônem. Per Dóminum.

Cõmu. Cantâbo Dómino, qui bona tríbuit mihi: & pſallam nómini Dómini altíſsimi. Pſal. 12.

Poſt cõmunio.

Svmptis munéribus ſacris, quæſumus Dómine, vt cũ frequentatiône myſtérij, creſcat noſtræ ſalûtis effêctus. Per Dóminum noſtrum.

****

DOMINICA IIII.

Poſt Pentecoſten.

Introitus.

REſpice in me & miſerêre mei Dómine: quóniam vnicus, & pauper ſum ego: vide humilitâtem meã & labôrẽ meũ & dimítte ómnia peccâta mea Deus meus. Pſal. 24.

Pſal. Ad te Dómine leuáui ánimam meam: Deus meus in te confido, non erubéſcam. Ibi.

Collecta.

DEprecatiônem noſtram quæſumus Dómine benígnus exáudi: & quibus ſupplicándi præſtas affêctũ: tríbue defenſiônis auxíliũ. Per.

Léctio Epíſtolæ beati Petri apóſtoli.

1.c.5 CHariſsimi: Humiliámini ſub poténti manu Dei, vt vos exáltet in témpore viſitatiônis. Omnem ſolicitúdinem veſtram proijciéntes in eum: quóniam ipſi eſt cura de vobis. Sóbrij eſtôte, & vigilâte: quia aduerſárius veſter diábolus, tanquã leo rúgiens, círcuit quærens quem déuoret. Cui reſíſtite fortes in fide: ſciéntes eándem paſsiônẽ ei, quæ in mundo eſt, veſtræ fraternitáti fíeri. Deus autẽ omnis grátiæ, qui vocâuit nos in ætérnã ſuam glóriã in Chriſto Ieſu, módicũ paſſos ipſe perfíciet, cõfirmâbit, ſolidâbitq;. Ipſi glória & impériũ in ſæcula ſæculôrum. Amen.

Pſal. 14. ℟. Iacta cogitâtum tuum in Dómino: & ipſe te enútriet. ℣. Dum clamârem ad Dóminum, exaudîuit vocem meam ab his, qui appropínquant mihi.

Pſal. 17. Alleluia. ℣. Diligam te Dómine virtus mea Dñs firmamẽtum meũ & refugiũ meũ & liberátor meus. Alleluia.

Sequéntia ſancti Euangélij ſecúndum Lucam.

c.15 IN illo témpore: Erãt appropinquantes ad Ieſum publicáni & peccatóres, vt audírent illum. Et murmurábant Phariſæi & Scribæ, dicéntes. Quia hic peccatóres récipit, & mandûcat cum illis. Et ait ad illos parábolam iſtam, dicens. Quis ex vobis homo, qui habet centum oues: & ſi perdíderit vnã ex illis, nonne dimíttit nonagíntanouem in deſérto, & vadit ad illam, quæ períerat, donec inuéniat illam? Et cum inuénerit eam, impônit in húmeros ſuos gaudens: & véniens domum, cónuocat amícos & vicínos, dicens illis. Cõgratulámini mihi, quia inuéni ouem meam, quę períerat. Dico vobis, quòd ita gáudiũ erit in cœlo ſuper vno peccatôre pœniténtiã agénte, quã ſupra nonagíntanouẽ iuſtis, qui non índigent pœniténtia. Aut quæ múlier habens drachmas decem: ſi perdíderit drachmam vnam, nónne accéndit lucernam, & euértit domum, & quærit diligénter, donec inuéniat eam? Et cum inuénerit, cónuocat amícas, & vicínas, dicens. Congratulámini mihi: quia inué-

ni drachmam, quam perdíde ram. Ita, dico vobis: gáudium erit coram ángelis Dei ſuper vno peccatôre pœniténtiam agénte. Credo.

Pſal. 9. Offert. Sperent in te omnes, qui nouérunt nomen tuum Dómine: quóniã non derelínquis quæréntes te: pſállite Dómino, qui hábitat in Sion: quóniam non eſt oblîtus oratiônem páuperum.

Secreta.

MVnera Dómine oblâta ſanctífica vt tui nobis vnigéniti corpus & ſanguis fiant. Per eundem.

Pſal. 16. Cõm. Ego clamáui quóniam exaudíſti me Deus inclína aurẽ tuã & exáudi verba mea.

Poſt communio.

HÆc nos communio Dómine purget à crímine: & cœléſtis remédij fáciat eſſe conſórtes. Per Dóminum.

DOMINICA V.

Poſt Pentecoſten.

Introitus.

Pſal. 26. DOminus illuminátio mea, & ſalus mea, quem timêbo? Dóminus defénſor vitę meę, à quo trepidâbo? qui tríbulãt me inimíci mei, ipſi infirmáti ſunt, & cecidérunt.

Pſal. Vnã pétij à Dómino, hanc requîram vt inhábitẽ in domo Dñi ómnibus diêbus vitæ meæ. Ibi.

Collecta.

PRotéctor in te ſperãtium Deus ſine quo nihil eſt válidum, nihil ſanctum: multíplica ſuper nos miſericórdiã tuã: vt te rectôre, te duce ſic tranſeâmus per bona temporália vt non amittâmus ætérna. Per Dóminum.

Léctio epiſtolæ beáti Pauli apóſtoli ad Romános.

ca. 8. FRatres: Exíſtimo, quòd non ſunt cõdígnæ paſſiónes huius témporis, ad futûram glóriã, quæ reuelábitur in nobis. Nã expectátio creatúræ reuelatiônem filiôrum Dei expéctat. Vanitáti enim creatûra ſubiécta eſt, non volens, ſed propter eum, qui ſubiêcit eam in ſpe: quia & ipſa creatûra liberábitur à ſeruitûte corruptiônis, in libertâtem glóriæ filiôrum Dei. Scimus enim, ꝙ omnis creatûra ingemíſcit, & párturit vſq; adhuc. Non ſolùm autem illa, ſed & noſipſi primítias ſpíritus habéntes, & ipſi intra nos gémimus adoptiônem filiôrũ Dei expectántes, redemptiônem

cor-

córporis noſtri. In Chriſto Ieſu Dómino noſtro.

℟. Propítius eſto Dómine, peccátis noſtris: ne quando dicant gentes, vbi eſt Deus eórum? ℣. Adiuua nos Deus ſalutâris noſter, & propter honórem nóminis tui Dómine, líbera nos. Pſal. 78.

Alleluia. ℣. Dómine in virtûte tua lætábitur rex & ſuper ſalutâre tuum exultâbit veheménter, Alleluia. Pſal. 20.

Sequéntia ſancti Euangélij ſecúndum Lucam.

c. 6. IN illo témpore: Dixit Ieſus diſcípulis ſuis. Eſtôte miſericórdes: ſicut & pater veſter miſéricors eſt. Nolîte iudicâre & non iudicabímini. Nolîte condemnâre & non condemnabímini. Dimíttite: & dimittémini. Date & dábitur vobis. Menſûram bonam confértam & coagitâtam & ſupereffluéntem dabunt in ſinum veſtrum. Eâdem quippe menſúra qua menſi fuerîtis remetiétur vobis. Dicêbat autem & illis ſimilitúdinem. Nunquid poteſt cæcus cæcum dúcere? Nonne ambo in fóueam cadunt? Non eſt diſcípulus ſuper magíſtrú. Perféctus autem omnis erit ſi ſit ſicut magíſter eius. Quid autem vides feſtûcam in óculo fratris tui, trabem autem quæ in óculo tuo eſt non conſíderas? Et quomodo potes dícere fratri tuo, frater ſine eiíciam feſtûcam de óculo tuo, ipſe in óculo tuo trabem non vides? Hypócrita éijce primum trabem de óculo tuo: & tunc perſpícies vt edúcas feſtûcam de óculo fratris tui. Credo.

Offertorium. Illúmina óculos meos, ne vnquàm obdórmiam in morte: ne quando dicat inimîcus meus, præuálui aduérſus eum. Pſal. 12.

Secreta

REſpice Dómine múnera ſupplicántis ecclésiæ & ſalúti credéntium perpétua ſanctificatiône ſuménda cốcêde. Per Dóminum noſtrú Ieſum Chriſtum.

Communio. Dóminus firmaméntum meum, & refúgium meum, & liberâtor meus, Deus meus, adiutor meus. Pſal. 17.

Poſt communionem.

SAncta tua nos Dómine ſumpta viuíficent: & miſericórdiæ ſempitérnæ præparent expiátos. Per Dóminum noſtrum Ieſum Chriſtum Fílium tuum.

DOMINICA VI. Poſt Pentecoſten.

Introitus.

Pſal. 16. EXáudi Dómine, vocem meam, qua clamáui ad te: adiûtor meus eſto, ne derelínquas me: neque deſpícias me Deus ſalutâris meus.

Ibi. Pſal. Dóminus illuminátio mea, & ſalus mea, quē timêbo.

Collecta.

DA nobis Dómine quæſumus: vt & mundi curſus pacificè nobis tuo órdine dirigâtur: & Eccléſia tua trãquílla deuotiône lætêtur. Per Dóminum noſtrum.

Léctio epiſtolæ beáti Petri apóſtoli.

1. c. 3 CHaríſsimi: Omnes vnánimes in oratiône eſtôte, compatiéntes, fraternitâtis amatóres, miſericórdes, modéſti, húmiles. Non reddéntes malum pro malo: nec maledíctum pro maledícto, ſed è cõtrário, benedicéntes: quia in hoc vocáti eſtis, vt benedictiônē hæreditâte poſsideâtis. Qui enim vult vitam dilígere, & dies vidêre bonos: coérceat linguam ſuam à malo, & lábia eius ne loquántur dolum. Declînet à malo, & fáciat bonum: inquîrat pacem, & ſequâtur eam. Quia óculi Dómini ſuper iuſtos, & aures eius in preces eôrum. Vultus autem Dómini ſuper faciéntes mala. Et quis eſt, qui vobis nóceat, ſi boni æmulatóres fuerîtis? Sed & ſi quid patímini propter iuſtítiam: beáti. Timôrem autem eôrum ne timuerîtis, vt non conturbémini. Dóminum autem Ieſum Chriſtum ſanctificâte in córdibus veſtris.

℟. Protéctor noſter áſpice Deus: & réſpice ſuper ſeruos tuos. ℣. Dómine Deus virtûtum exáudi preces ſeruôrum tuórum. Alleluia. ℣. In te Dómine ſperáui, non confúndar in ætérnum: in tua iuſtítia líbera me, & éripe me: inclína ad me aurem tuam, accélera, vt erípias me. Alleluia. Pſal. 83.

Sequéntia ſancti Euangélij ſecúndum Lucam.

IN illo témpore: Cũ turbæ irrúerent in Ieſum, vt audírent verbum Dei: & ipſe ſtabat ſecus ſtagnum Genezareth. Et vidit duas naues ſtantes ſecus ſtagnum: piſcatóres autem ca. 5.

deſcénderant; & lauábant rétia. Aſcéndens autem in vnã nauem, quæ erat Simônis: rogâuit eum à terra redúcere puſíllum. Et ſedens docêbat de nauícula turbas. Vt ceſſâuit autem loqui dixit ad Simônem. Duc in altum & laxâte rétia veſtra in captûrã. Et reſpóndens Simon, dixit illi. Præcéptor: per totam noctem laborántes nihil cépimus: in verbo autem tuo laxâbo rete. Et cum hoc fecíſſent, concluſérunt píſcium multitúdinem copiôſam. Rũpebâtur autem rete eorum. Et annuérunt ſócijs qui erãt in ália naui: vt venírent & adiuuárent eos. Et venérunt & impleuérunt ambas nauículas ita vt mergeréntur. Quod cum vidêret Simon Petrus, prócidit ad génua Ieſu dicens. Exi à me: quia homo peccâtor ſum Dómine. Stupor enim circundéderat eum & omnes qui cum illo erant: in captúra piſcium quam céperãt. Simíliter autem Iacôbum & Ioánnem filios Zebedæi qui erant ſócij Simônis. Et ait ad Simônem Ieſus. Noli timêre: ex hoc iam hómines eris cápiens. Et ſubdúctis ad terram náuibus relíctis ómnibus: ſecúti ſunt eũ.

Offert. Benedîcam Dóminum qui tríbuit mihi intelléctum: prouidêbam Deum in conſpectu meo ſemper: quóniam à dextris eſt mihi, ne commóuear. Pſal 15.

Secreta.

Oblatiónibus quæſumus Dómine placâre ſuſcéptis, & à te noſtras etiam rebélles compélle propícius voluntátes. Per Dóminum.

Communio. Vnam pétij à Dómino, hanc requîram: vt inhábitem in domo Dómini ómnibus diêbus vitæ meæ. Pſal. 26.

Poſt communio.

Myſteria nos Dñe ſancta puríficent & ſuo múnere tueántur. Per Dñm.

DOMINICA VII.
Poſt Pentecoſten.

Introitus.

Dominus fortitûdo plebis ſuæ, & protéctor ſalutárium Chriſti ſui eſt: ſaluum fac pópulum tuum Dómine, & bénedic hæreditáti tuæ, & rege eos vſque in ſæculum. Pſal. 27.

Ibi. Pſal. Ad te Dómine clamâbo: Deus meus ne ſileas à me, ne quando táceas à me, & aſsimilâbor deſcendéntibus in lacum.

Collecta.

DEus qui diligéntibus te bona inuiſibília præparáſti: infúnde córdibus noſtris tui amôris affectum: vt te in ómnibus & ſuper ómnia diligéntes: promiſsiónes tuas, quæ omne deſíderium ſúperant, conſequâmur. Per. Dóminum noſtrum.

Léctio epiſtolæ beáti Pauli apóſtoli ad Romános.

ca. 6. FRatres: Quicúnque baptizáti ſumus in Chriſto Ieſu, in morte ipſius baptizáti ſumus. Conſepúlti enim ſumus cum illo per baptíſmum in morte: vt quómodo ſurréxit Chriſtus à mortuis per glóriam Patris, ita & nos in nouitâte vitæ ambulêmus. Si enim cõplantáti facti ſumus ſimilitúdini mortis eius: ſimul & reſurrectiônis érimus. Hoc ſciéntes, quia vetus homo noſter ſimul crucifíxus eſt: vt deſtruâtur corpus peccáti, vt vltrà non ſeruiâmus peccáto. Qui enim mórtuus eſt, iuſtificâtus eſt à peccáto. Si autem mórtui ſumus cum Chriſto: crédimus, quia ſimul étiam viuêmus cum illo. Sciéntes, quia Chriſtus reſúrgens ex mórtuis, iam non móritur: mors illi vltrá non dominábitur. Quod enim mórtuus eſt, peccáto mórtuus eſt ſemel: quod autem viuit, viuit Deo. Ita & vos exiſtimâte, vos mórtuos quidem eſſe peccáto: viuéntes autem Deo in Chriſto Ieſu Dño noſtro.

℟. Conuértere Dómine aliquántulũ: & deprecâre ſuper ſeruos tuos. ℣. Dómine refúgium factus es nobis, à generatiône in generatiónem. Pſal. 89.

Alleluia. ℣. Eripe me de inimícis meis Deus meus, & ab inſurgéntibus in me líbera me. Alleluia. Ibi.

Sequéntia ſancti Euangélij ſecúndum Matthæum.

IN illo tẽpore: Dixit Ieſus diſcípulis ſuis. Amén dico vobis niſi abundáuerit iuſtítia veſtra plusquam Scribârum & Phariſæorum: non intrábitis in regnum cœlôrum. Audíſtis: quia dictum eſt antíquis. Nõ occídes. Qui autem occíderit: reus erit iudício. Ego autẽ dico vobis, quia omnis qui ca. 5.

iráſcitur fratri ſuo: reus erit iudício. Qui autem díxerit fratri ſuo, Raca: reus erit concílio. Qui autem díxerit fátue: reus erit gehénnæ ignis. Si ergo offers munus tuum ad altâre: & ibi recordâtus fúeris quia frater tuus habet áliquid aduérſum te: relínque ibi munus tuum ante altâre, & vade prius reconciliári fratri tuo. Et tunc véniens ófferes munus tuum. Credo.

Pſal. 16. Offerto. Pérfice greſſus meos in ſémitis tuis, vt non moueántur veſtígia mea: inclína aurem tuam, & exáudi verba mea: mirífica miſericórdias tuas, qui ſaluos facis ſperántes in te Dómine.

Secreta.

PRopiciâre Dómine, ſupplicatiónibus noſtris: & has oblatiónes famulôrum famulârumq; tuârũ benígnus aſſûme, vt quod ſinguli obtulérunt ad honôrem nóminis tui, cunctis profíciat ad ſalûtem. Per Dóminum.

Communio. Circuîbo, & immolâbo in tabernáculum eius hóſtiam iubilatiónis, cantâbo, & pſalmum dicam Dómino. Poſt communio.

QVos cœléſti Dómine dono ſatiáſti, præſta quæſumus: vt â noſtris mũdêmur occúltis: & ab hóſtium liberêmur inſídijs. Per Dóminum.

DOMINICA VIII.
Poſt Pentecoſten.

Introitus.

OMnes gentes pláudite mánibus: iubilâte Deo in voce exultatiônis. Pſal. 46.

Pſal. Subiécit pópulos nobis, & gentes ſub pédibus noſtris. Ibi. Collecta.

DEus virtûtum, cuius eſt totum quod eſt óptimũ, ínſere pectóribus noſtris amôrem tui nóminis: & præſta in nobis religiônis augmẽtum: vt quæ ſunt bona, nútrias: ac pietâtis ſtudio, quæ ſunt nutrîta cuſtódias. Per Dóminum noſtrum.

Léctio Epiſtolæ beáti Pauli apóſtoli ad Romános.

FRatres: Humânum dico, propter infirmitâtem carnis veſtræ. Sicut enim exhibuíſtis membra veſtra ſeruîre immundítiæ, & iniquitáti ad iniquitâtem: ita & nunc exhibête membra veſtra ſeruîre iuſtítiæ, in ſanctificatiônem. ca. 6.

Cum enim ſerui eſſètis peccáti líberi fuíſtis iuſtítię. Quę ergo fructum habuíſtis tunc in illis, in quibus nunc erubéſcitis? Nam finis illôrum, mors eſt. Nunc verò liberáti à peccáto, ſerui autem facti Deo, habêtis fructum veſtrũ in ſanctificatiônem, finem verò vitam ætérnam. Stipéndia enim peccáti, mors. Grátia autẽ Dei, vita ætérna, in Chriſto Ieſu Dño noſtro.

Pſal 33. ℟ Venîte filij, audíte me: timôrẽ Dómini docêbo vos. ℣ Accédite ad eũ, & illuminámini: & fácies veſtræ non confúndentur.

Pſal. 64. Alleluia. ℣. Te decet hymnus Deus in Sion & tibi reddêtur votum in Hieruſalém. Alleluia.

Sequéntia ſancti Euangélij ſecúndum Marcum.

ca. 8 IN illo témpore: cùm turba multa eſſet cũ Ieſu, nec habérent quod manducárent, conuocátis diſcípulis ſuis, ait illis. Miſéreor ſuper turbam: quia ecce iam tríduo ſúſtinẽt me, nec habent quod mandúcẽt. Et ſi dimíſero eos ieiúnos in domũ ſuam, defícient in via. Quidam enim ex eis de longè venérunt. Et reſpondérũt ei diſcípuli ſui. Vnde iſtos póterit quis hîc ſaturâre pánibus in ſolitúdine? Et interrogâuit eos. Quot panes habêtis? Qui dixérunt. Septem. Et præcêpit turbæ diſcúmbere ſuper terram. Et accípiens ſeptem panes, grátias agens fregit, & dabat diſcípulis ſuis, vt appónerent: & appoſuérunt turbæ. Et habébant piſcículos paucos: & ipſos benedíxit & iuſſit appóni. Et manducauérunt, & ſaturáti ſunt. Et ſuſtulérunt, quod ſuperáuerat de fragméntis, ſeptem ſportas. Erant autem, qui manducáuerant, quaſi quátuor míllia: & dimîſit eos. Credo.

Offerto. Sicut in holocáuſtis aríetum, & taurôrum, & ſicut in míllibus agnôrum pínguium: ſic fiat ſacrifícium noſtrum in conſpéctu tuo hódie, vt pláceat tibi: quia non eſt confúſio cõfidéntibus in te Dómine. Dani. 3.

Secreta.

PRopiciâre Dómine ſupplicatiónibus noſtris, & has pópuli tui oblatiónes benignus aſſûme, & vt nullîus ſit írritum votum, & nullîus vácua poſtulátio, pręſta vt quod fidéliter pétimus efficáciter

conſe-

conſequâmur. Per Dóminũ.

Pſal. 30. Communio. Inclína aurem tuã, accélera, vt éruas me.

Poſt communionem.

REpléti ſumus Dñe muné ribus tuis: tríbue quæſumus, vt eôrum & mundêmur effectu: & muniâmur auxílio. Per Dóminum.

DOMINICA IX. Poſt Pentecoſten.

Introitus.

Pſal. 47. SVſcépimus Deus, miſericórdiam tuam in médio templi tui: ſecúndum nomen tuum Deus: ita & laus tua in fines terræ: iuſtítia plena eſt déxtera tua.

Ibi. Pſalm. Magnus Dóminus, & laudábilis nimis: in ciuitáte Dei noſtri, in mõte ſancto eius. Collecta.

DEus cuius prouidéntia in ſui diſpoſitiône non fállitur: te ſúpplices exorâmus: vt nóxia cuncta ſubmóueas: & ómnia nobis profutûra concédas. Per Dóminum.

Léctio epíſtolæ beáti Pauli apóſtoli ad Romános.

ca. 8 FRatres: Debitóres ſumus non carni, vt ſecúndum carnem viuâmus. Si enim ſecúndum carné vixerîtis: moriémini. Si autem ſpíritu facta carnis mortificauerîtis, viuêtis. Quicúnque enim ſpíritu Dei agúntur: hi fílij Dei ſunt. Non enim accepíſtis ſpíritum ſeruitûtis íterum in timôre: ſed accepíſtis ſpíritum adoptiônis filiôrum, in quo clamâmus, Abba, pater. Ipſe enim Spíritus teſtimónium reddit ſpirítui noſtro, ꝙ ſumus Fílij Dei. Si autẽ fílij, & herédes. Hærédes quidẽ Dei: cohærédes autem Chriſti.

℟. Eſto mihi in Deum protectôrem, & in locum refúgij, vt ſaluum me fácias. ℣. Deus in te ſperáui: Dómine non confúndar in ætérnum. Pſal. 30.

Alleluia. ℣. Atténdite pópule meus in legem meam. Alleluia. Pſal. 77.

Sequéntia ſancti Euangélij ſecúndum Matthæum.

IN illo tẽpore: Dixit Ieſus diſcípulis ſuis. Atténdite à falſis prophétis qui véniunt ad vos in veſtiméntis óuium: intrínſecus autem ſunt lupi rapáces. A frúctibus eôrum cognoſcêtis eos. Nunquid cólligunt de ſpinis vuas aut de tríbulis ficus? Sic omnis arbor bona ca. 7.

fructus bonos facit; mala autem arbor fructus malos facit. Nō poteſt arbor bona fructus malos fácere: neq; arbor mala fructus bonos fácere. Omnis arbor quæ non facit fructum bonum, excidêtur & in ignem mittêtur. Igitur ex frúctibus eôrum cognoſcétis eos. Non omnis qui dicit mihi Dómine Dómine intrâbit in regnum cœlôrum: ſed qui facit voluntâtem patris mei qui in cœlis eſt, ipſe intrâbit in regnum cœlôrum.

Credo.

Pſal. 7. Offert. Pópulum húmilem ſaluum fácies Dómine: & óculos ſuperbôrum humiliábis: quóniam quis Deus præter te Dómine?

Secreta.

DEus qui legâlium differentiā hoſtiârum vnîus ſacrificij perfectiône ſanxíſti, áccipe ſacrificium à deuótis tibi fámulis & pari benedictiône, ſicut múnera Abel ſanctífica: vt quod ſínguli obtulérunt ad maieſtâtis tuæ honôrem, cunctis profíciat ad ſalûtem. Per Dóminum.

Pſal. 33. Communio. Guſtâte, & vidête, quóniam ſuâuis eſt Dóminus: beâtus vir, qui ſperat in eo.

Poſt communionem.

TVa nos Dómine medicinâlis operátio, & à noſtris peruerſitátibus clemēter expédiat: & ad ea quæ ſunt recta perdûcat. Per Dóminum noſtrum Ieſum Chriſtum.

DOMINICA X. Poſt Pentecoſten.

Introitus.

ECce Deus ădiuuat me: & Dóminus ſuſcéptor eſt ánimæ meæ: auérte mala inimícis meis: & in veritâte tua diſpérde illos protéctor meus Dómine. Pſal. 53.

Pſalm. Deus in nómine tuo ſaluum me fac: & in virtûte tua iúdica me. Ibi.

Collecta.

LArgîre nobis, Dómine quæſumus, ſemper ſpíritum cogitándi quę recta ſunt propícius & agéndi: vt qui ſine te eſſe non póſſumus: ſecúndum te víuere valeâmus. Per Dóminum noſtrum.

Léctio Epiſtolæ beáti Pauli apóſtoli ad Corínthios.

FRatres: Non ſimus concupiſcéntes malôrum, ſicut 1 c. 10.

& illi concupiérunt. Neque
idolólatræ efficiámini, ſicut
Nu. 20. quidam ex ipſis: quemádmo
dum ſcriptum eſt: Sedit pó-
Exo. 32. pulus manducâre, & bíbere,
& ſurrexérunt lúdere. Neq;
Nu. 25. fornicêmur: ſicut quidam ex
ipſis fornicáti ſunt & cecidé
runt vna die vigínti tria míl
lia. Neque tentêmus Chri-
Exo. c.17 ſtum: ſicut quidam eôrum
tentauérunt, & à ſerpénti-
bus periérunt. Neque mur-
Nu. 21. murauerîtis, ſicut quidam eô
rum murmurauérunt, & pe-
riérunt ab exterminatôre.
Hæc autem ómnia in figúra
contingébant illis: ſcripta
ſunt autem ad correptiônem
noſtram, in quos fines ſæ-
culôrum deuenérunt. Itaque,
qui ſe exíſtimat ſtare, vídeat
ne cadat. Tentátio vos non
apprehéndat, niſi humâna:
fidêlis autem Deus eſt, qui
non patiêtur vos tentári ſu-
pra id quod potéſtis: ſed fá-
ciet cum tentatiône étiam
prouéntum: vt poſsîtis ſu-
ſtinêre.

Pſal. 8. ℟. Dómine Dóminus noſter, quam admirábile eſt nomen tuum in vniuérſa terra! ℣. Quóniam eleuáta eſt magnificéntia tua ſuper cœlos.

Alleluia. ℣. Propicius eſto Dómine peccátis noſtris: ne quando dicant gentes, vbi eſt Deus eorum. Alleluia. Pſal. 78.

Sequéntia ſancti Euangélij ſecúndum Lucam.

In illo témpore: Dixit Ieſus diſcípulis ſuis parábolã hanc. c.16 Homo quidã erat diues, qui habêbat víllicum: & hic diffamâtus eſt apud illum, quaſi diſſipáſſet bona ipſius. Et vocâuit illum: & ait illi. Quid hoc áudio de te? Redde ratiônem villicatiônis tuæ. Iam enim non póteris villicâre. Ait autem víllicus intra ſe. Quid fáciam, quia Dóminus meus aufert à me villicatiônem? Fódere non váleo: mendicâre erubéſco. Scio quid fáciam, vt cum amôtus fúero à villicatiône, recípiant me in domos ſuas. Conuocátis itaque ſíngulis debitóribus Dómini ſui: dicêbat primo. Quantum debes Dómino meo? At ille dixit. Centũ cados ólei. Dixítque illi. Accipe cautiônem tuam: & ſede citò, ſcribe quinquagínta. Deínde álij dixit. Tu vero

qu an-

quantum debes? Qui ait. Centum coros trítici. Ait illi. Accipe litteras tuas & ſcribe octoginta. Et laudâuit Dóminus víllicum iniquitâtis quia prudénter fecíſſet, quia fílij huius ſæculi prudentióres fílijs lucis in generatiône ſua ſunt. Et ego vobis dico. Fácite vobis amícos de mammóna iniquitâtis, vt cum defecerîtis recípiant vos in ætérna tabernácula. Credo.

Pſal. 18. Offert. Iuſtítiæ Dómini rectæ, lætificántes corda, & iudícia eius dulcióra ſuper mel & fauum: nam & ſeruus tuus cuſtôdit ea.

Secreta.

SVſcipe múnera quæſumus Dómine quæ tibi de tua largitâte deférimus, vt hæc ſacroſáncta myſtéria, grátiæ tuæ operánte virtûte, præſéntis vitæ nos conuerſatiône ſanctíficēt, & ad gáudia ſempitérna perdúcant. Per Dóminum noſtrum.

Mat. 6. Communio. Primũ quærite regnum Dei & ómnia adijciéntur vobis dicít Dóminus.

Poſt communio.

SIt nobis Dómine, reparátio mentis & córporis cœléſte myſtériũ: vt cuius exéquimur actiônem ſentiâmus effécتum. Per Dóminum noſtrum Ieſum Chriſtum.

DOMINICA XI. Poſt Pentecoſten.

Introitus.

DVM clamârem ad Dóminũ, exaudîuit vocem meã ab his, qui appropínquant mihi: & humiliâuit eos, qui eſt ante ſæcula: & manet in ætérnum: iacta cogitâtum tuum in Dño, & ipſe te enútriet. Pſal. 54.

Pſalmus. Exáudi Deus oratiônem meam: & ne deſpéxeris deprecatiônem meam: inténde mihi, & exáudi me. Ibi.

Collecta.

PAtéant aures miſericórdiæ tuæ Dómine precibus ſupplicántium: & vt peténtibus deſiderâta concédas: fac eos quæ tibi ſunt plácita poſtulâre. Per Dóminum noſtrum Ieſum Chriſtum.

Léctio epíſtolæ beáti Pauli apóſtoli ad Corínthios.

FRatres: Scitis quóniam cum gentes eſſêtis, ad ſimulâcra muta prout ducebámini, eúntes. Ideò notũ vobis fácio, quòd nemo in ſpíritu 1. cor 12.

Dei loquens, dicit anathéma Ieſu. Et nemo poteſt dícere, Dóminus Ieſus: niſi in Spíritu ſancto. Diuiſiónes verò gratiârum ſunt: idem autem ſpíritus. Et diuiſiónes miniſtratiônum ſunt: idem autem Dóminus. Et diuiſiónes operatiônum ſunt: idem verò Deus, qui operâtur ómnia in ómnibus. Vnicúique autem datur manifeſtátio ſpíritus ad vtilitâtem. Alij quidē per ſpíritum datur ſermo ſapiéntiæ: álij autē ſermo ſciéntiæ, ſecúndum eúndem ſpíritum. Alteri fides in eôdem ſpíritu: álij grátia ſanitâtum in vno ſpíritu: álij operátio virtûtū: álij prophetîa: álij diſcrétio ſpiríítuum: álij género linguârum: álij interpretátio ſermônum. Hæc autem ómnia operâtur vnus atque idem ſpíritus, díuidens ſingulis prout vult.

Pſal. 16. ℞ Cuſtódi me Dómine, vt pupíllam óculi: ſub vmbra alârum tuârum prótege me. ℣. De vultu tuo iudícium meū pródeat: óculi tui vídeāt ęquitâtē.

Pſal. 80. Alleluia. ℣. Exultâte Deo adiutóri noſtro, iubilâte Deo Iacób. Súmite pſalmū iūcúndū cum cíthara. Alleluia.

Sequéntia ſancti Euangélij ſecúndum Lucam.

IN illo témpore: Cū appropinquâret Ieſus Hieruſalē videns ciuitâtem fleuit ſuper illam, dicens. Quia ſi cognouíſſes & tu. Et quidem in hac die tua, quæ ad pacem tibi, nunc vero abſcóndita ſunt ab óculis tuis: quia vénient dies in te: & circúndabunt te inimíci tui vallo, & circúndabunt te, & coanguſtábunt te vndique: & ad terram conſtérnēt te: & filios tuos qui in te ſunt. Et non relínquent in te lápidem ſuper lápidem: eo ꝙ non cognóueris témpus viſitatiônis tuæ. Et ingréſſus in templum, cœpit eijcere vendéntes in illo & eméntes dicens illis. Scriptum eſt: quia domus mea domus oratiônis eſt: vos autem feciſtis illam ſpelúcam latrônum. Et erat docens quotídie in templo. Credo.

c. 19 (margin)

Iſai. 56. (margin)

Pſal. 24. Offert. Ad te Dómine leuáui ánimam meam: Deus meus in te confído, non erubéſcam: neque irrídeant me inimíci mei: étenim vniuérſi qui te expéctant, non confundéntur.

Secreta.

COncêde nobis, hæc quęſumus Dñe, frequentâre myſtéria: quia quóties huius hóſtię commemorátio celebrâtur, opus noſtræ redéptiônis exercêtur. Per Dóminum noſtrum.

Pſal. 50. Commu. Acceptâbis ſacrifícium iuſtítiæ, oblatiónes, & holocáuſta, ſuper altâre tuum Dómine.

Poſt communionem.

TVi nobis, quæſumus Dómine, commúnio ſacramenti, & purificatiônem cónferat: & tríbuat vnitâtem. Per Dóminum noſtrum Ieſum Chriſtum.

DOMINICA XII.

Poſt Pentecoſten.

Introitus.

Pſal. 67. DEVS in loco ſancto ſuo: Deus, qui inhabitâre facit vnánimes in domo: ipſe dabit virtûtē, & fortitúdinem plebi ſuæ.

Ibi. Pſalm. Exúrgat Deus, & diſſipéntur inimíci eius: & fúgiant, qui odérunt eum, à fácie eius. Collecta.

DEus, qui omnipoténtiam tuam parcéndo maximè & miſerādo manifeſtas: multíplica ſuper nos grátiā tuā: vt ad tua promiſſa currētes: cœléſtiū bonôrum facias eſſe conſórtes. Per Dóminum noſtrum Ieſum Chriſtum.

Léctio epiſtolæ beáti Pauli apóſtoli ad Corínthios.

FRatres. Notum vobis fácio Euangéliū, quod prædicáui vobis, quod & accepíſtis, in quo & ſtatis, per quod & ſaluámini: qua ratiône prędicáuerim vobis, ſi tenêtis, niſi fruſtra credidíſtis. Trádidi enim vobis in primis quod & accépi: quóniam Chriſtus mórtuus eſt pro peccátis noſtris ſecúndum ſcriptúras: & quia ſepúltus eſt: & quia reſurréxit tértia die, ſecúndum ſcriptúras: & quia viſus eſt Cephæ: & poſt hoc, vndecim. Deínde viſus eſt plúſquam quingéntis frátribus ſimul: ex quibus multi manēt vſque adhuc, quidam autem dormiérunt. Deínde viſus eſt Iacóbo: deínde apóſtolis ómnibus. Nouíſſimè autem ómnium, tanquam abortíuo: vi- 1. co. 15.

ſus eſt & mihi. Ego enim ſum mínimus apoſtolôrum: qui non ſum dígnus vocári apóſtolus: quóniam perſecûtus ſum eccléſiam Dei. Grátia autem Dei, ſum id quod ſum: & grátia eius in me vácua non fuit.

Pſal. 27. ℟. In Deo ſperâuit cor meum, & adiûtus ſum & reſtóruit caro mea: & ex voluntâte mea confitêbor illi. ℣. Ad te Dómine clamáui, Deus meus ne ſíleas: ne diſcédas à me.

Pſal. 87. Alleluia. ℣. Dómine Deus ſalútis meæ, in die clamáui & nocte coram te. Alleluia.

Sequéntia ſancti Euangélij ſecúndum Lucam.

c. 18 IN illo témpore: Dixit Ieſus ad quoſdam qui in ſe confidébãt tanquam iuſti, & aſpernabántur cæteros, parábolam iſtã. Duo hómines aſcendérunt in templum vt orárent: vnus phariſæus, & alter publicânus. Phariſæus ſtãs: hæc apud ſe orâbat. Deus: gratiás ago tibi: quia non ſum ſicut cæteri hóminum, raptóres, iniúſti, adúlteri, velut étiam hic publicânus. Ieiûno bis in ſábbatho: décimas do ómnium quæ poſsídeo. Et publicânus à longè ſtans, nolêbat nec óculos ad cœlum leuâre: ſed percutiêbat pectus ſuum, dicens. Deus propítius eſto mihi peccatóri. Dico vobis: deſcéndit hic iuſtificâtus in domum ſuam ab illo: quia omnis qui ſe exáltat humiliábitur: & qui ſe humíliat: exaltábitur. Credo.

Offertorium. Exaltâbo te Dómine, quóniam ſuſcepíſti me: nec delectáſti inimícos meos ſuper me: Dómine clamáui ad te, & ſanáſti me. Pſal. 29.

Secreta.

TIbi Dómine, ſacrifícia dicâta reddántur: quæ ſic ad honôrem nóminis tui deferẽda tribuíſti, vt éadem remédia fíeri noſtra præſtáres. Per Dóminum noſtrum.

Communio. Honóra Dóminum de tua ſubſtántia, & de primítijs frugum tuârum: vt impleántur hórrea tua ſaturitâte, & vino torculária redundábunt. Pro. 3.

Poſt communio.

QVæſumus Dómine Deus noſter: vt quos diuínis reparâre non déſinis ſacraméntis: tuis non deſtituas benígnus auxílijs. Per Dóminum noſtrum.

DOMINICA XIII. Poſt Pentecoſten.

Introitus.

Pſal. 69. DEus in adiutórium meum inténde: Dómine ad adiuuándum me feſtína: confundántur & reuereátur inimíci mei, qui quærũt ánimam meam. Pſal. A uertántur retrórſum, & erubéſcăt, qui volũt mihi mala. Collecta. Ibi.

OMnípotens ſempitérne Deus: qui abũdántia pietâtis tuæ, & mérita ſúpplicũ excêdis & vota: effúnde ſuper nos miſericórdiam tuam: vt dimíttas quæ conſciéntia métuit: & adiícias, quod orátio non præſûmit. Per Dñm.

Léctio epíſtolæ beâti Pauli apóſtoli ad Corinthios.

2. ca. 3. FRatres: Fidúciam talem habêmus per Chriſtum ad Deum: non quòd ſufficiéntes ſimus cogitâre áliquid à nobis quaſi ex nobis: ſed ſufficiéntia noſtra ex Deo eſt. Qui & idóneos nos fecit miníſtros noui teſtaménti: non lítera, ſed ſpíritu. Lítera enim occîdit, ſpíritus autem viuíficat. Quod ſi miniſtrátio mortis, líteris deformâta in lapídibus, fuit in glória, ita vt nõ poſſent inténdere fílij Iſraél in fáciem Móyſi, propter glóriam vultus eius, quæ euacuâtur: quómodo non magis miniſtrátio ſpíritus erit in glória? Nam ſi miniſtrátio damnatiônis in glória eſt: multò magis abúndat miniſtérium iuſtítiæ in glória.

℞. Benedîcam Dóminum in omni tempore: ſemper laus eius in ore meo. Pſal. 33.
℣. In Dómino laudábitur ánima mea: áudiant manſuéti, & lætentur.

A lleluia. D ñe refúgium factus es nobis à generatióne & progénie. A llel. Pſal. 89.

Sequéntia ſancti Euangélij ſecúndum Marcum.

IN illo tẽpore: Exiens Ieſus de fínibus Tyri: venit per Sidônẽ ad mare Galilææ inter médios fines Decapóleos. Et addicũt ei ſurdum & mutum: & deprecabántur eum, vt impônat illi manum. Et apprehéndens eum de turba ſeórſum, miſit dígitos ſuos in aurículas eius: & éxpuens, tétigit linguã eius. Et ſuſpíciens in cœlum, ingémuit & ait illi. Effetá: quod eſt, adaperîre. Et c. 7.

ſtatim

ſtatim apértę ſunt aures eius: & ſolûtum eſt vínculum linguę eius, & loquebâtur rectè. Et præcêpit illis, ne cui dícerent. Quanto autem eis præcipiêbat: tãto magis plus prædicábãt: & eo ámplius admirabãtur, dicéntes. Bene ómnia fecit: & ſurdos fecit audîre: & mutos loqui. Credo.

Ex. 32. Offert. Precâtus eſt Móyſes in conſpéctu Dómini Dei ſui, & dixit: quare Dómine iráſceris in pópulo tuo? parce iræ ánimæ tuæ: meménto Abrahám, Iſaác, & Iacób, quibus iuráſti dare terram fluéntem lac & mel: & placâtus eſt Dóminus de malignitâte, quam dixit fácere pópulo ſuo.

Secreta.

Reſpice Dómine quæſumus noſtram propícius ſeruitûtẽ: vt quod offérimus, ſit tibi munus accéptum & ſit noſtræ fragilitáti ſubſidium. Per Dóminum.

Pſal. 103 Commu. De fructu óperum tuôrum Dómine, ſatiábitur terra: vt edúcas panem de terra, & vinum lætíficet cor hóminis: vt exhilaret fáciẽ in oleo, & panis cor hóminis confírmet.

Poſt communionem.

Sentiâmus, Dómine quæſumus, tui perceptiône ſacraménti, ſubſídium mentis & córporis: vt in vtrôq; ſaluáti cœléſtis remédij plenitúdine gloriêmur. Per Dñm.

DOMINICA XIIII.
Poſt Pentecoſten.

Introitus.

Reſpice Dómine in teſtaméntum tuũ, & ánimas páuperum tuôrum ne derelinquas in finem: exúrge Dómine, & iúdica cauſam tuã: & ne obliuiſcâris voces quæréntiũ te. Pſal. 73.

Pſalm. Vt quid Deus repulíſti in finem: irâtus eſt furor tuus ſuper oues páſcuæ tuæ? Ibi.

Collecta.

Omnípotens & miſéricors Deus, de cuius múnere venit, vt tibi à fidélibus tuis dignè & laudabiliter ſeruiâtur: tríbue quæſumus nobis, vt ad promiſsiônes tuas ſine offenſiône currâmus. Per.

Léctio epiſtolæ beáti Pauli apóſtoli ad Gálatas.

Fratres: Abrahę dictę ſunt promiſsiónes: & ſémini eius. Non dicit, Et ſemínibus, quaſi in multis: ſed quaſi in vno. Et ſémini tuo, qui eſt Chriſtus. Hoc autem dico, teſtaméntum confirmâtum à c. 3.

Deo, quæ poſt quadringéntos & trigínta annos facta eſt lex, non írritum facit ad euacuándam promiſſiônem. Nã ſi ex lege hæréditas, iam non ex promiſſiône. Abrahę autem per repromiſſiônem donâuit Deus. Quid ígitur lex? Propter tranſgreſsiônem póſita eſt donec venîret ſemẽ, cui promíſerat: ordinâta per ángelos in manu mediatôris. Mediâtor autem, vnîus nõ eſt: De⁹ autẽ vnus eſt. Lex ergo aduérſus promíſſa Dei? Abſit. Si enim data eſſet lex, quę poſſet viuificâre: verè ex lege eſſet iuſtítia. Sed cõclûſit ſcriptûra ómnia ſub peccáto, vt promíſsio ex fide Ieſu Chriſti darêtur credéntibus.

Psal. 73. ℟. Réſpice Dómine, in teſtaméntum tuum: & ánimas páuperum tuôrum ne obliuiſcâris in finem. ℣. Exúrge Dómine, & iúdica cauſam tuam: memor eſto oppróbrij ſeruôrum tuórum.

Psal. 94. Alleluia. ℣. Venîte exultêmus Dño, iubilêmus Deo ſalutári nóſtro. Allel.

Sequéntia ſancti Euangélij ſecúndum Lucam.

c. 10 IN illo témpore: Dixit Ieſus diſcípulis ſuis. Beáti óculi: qui vident quæ vos vidêtis. Dico enim vobis: quòd multi prophétæ & reges voluérunt vidêre quæ vos vidêtis & non vidérunt, & audîre quæ audîtis, & non audiérunt. Et ecce quidam legiſperîtus ſurréxit: tentans illum & dicens. Magíſter: quid faciéndo vitam ætérnam poſſidêbo? At ille dixit ad eum. In lege quid ſcriptũ eſt? Quómodo legis? Ille reſpóndens: dixit. Díliges Dóminum Deũ tuum ex toto corde tuo, & ex tota ánima tua, & ex ómnibus víribus tuis, & ex ómni mente tua: & próximum tuũ tanquam teípſum. Dixitq; illi. Rectè reſpondíſti. Hoc fac: & viues. Ille autẽ volens iuſtificâre ſeípſum dixit ad Ieſum. Et quis eſt meus próximus? Suſpíciens autem Ieſus: dixit. Homo quidã deſcendêbat ab Hierúſalẽ in Hiericó & íncidit in latrónes. Qui etiam deſpoliauérũt eum & plagis impóſitis abiérunt ſemiuíuo relicto. Accidit autẽ vt ſacérdos quidã deſcẽderet eâdẽ via & viſo illo præterîuit. Simíliter & leuíta cùm eſſet ſecus locum, & vidêret

eũ, pertránſijt. Samaritânus autem quidã iter fáciens, venit ſecus eũ: & videns eũ, miſericórdia motus eſt. Et appró pians alligâuit vúlnera eius: infúndens óleũ & vinum. Et impónens illũ in iumẽtũ ſuũ duxit in ſtábulũ: & curã eius egit. Et áltera die prótulit duos denários: & dedit ſtabulário, & ait. Curã illius habe. Et quodcúmq; ſuper erogáueris: ego cùm redíero reddam tibi. Quis horum trium vidêtur tibi próximus fuíſſe illi qui íncidit in latrónes? At ille dixit. Qui fecit miſericórdiã in illum. Et ait illi Ieſus. Vade: & tu fac ſimíliter. Credo.

Pſal. 30. Offert. In te ſperáui Dómine: dixi tu es Deus meus, in mánibus tuis témpora mea. Secreta.

HOſtias quæſumus Dñe, propícius intẽde: quas ſacris altáribus exhibêmus; vt nobis indulgẽtiã largiẽdo, tuo nómini dent honôrem. Per.

Sap. 16. Communio. Panem de cœlo dediſti nobis, Dómine, habéntem omne delectaméntum, & omnem ſapôrem ſuauitâtis. Poſt communionem.

VIuíficet nos quæſumus Dómine, huius participátio ſancta myſtérij: & páriter nobis expiatiônem tríbuat & munîmen. Per Dñm.

DOMINICA XV. Poſt Pentecoſten.

Introitus.

PRotéctor noſter áſpice Deus, & réſpice in fáciem Chriſti tui: quia mélior eſt dies vna in átrijs tuis ſuper míllia. Pſal. 83.

Pſal. Quàm dilécta tabernácula tua Dómine virtûtum. Glória patri, & Fílio, & Spíritui ſancto. Ibi.

Collecta.

OMnípotens ſempitérne Deus, da nobis fidei ſpei & charitâtis augméntũ: & vt mereâmur áſſequi quod promíttis? fac nos amâre quod præcipis. Per Dóminum.

Léctio Epíſtolæ beáti Pauli Apóſtoli ad Gálatas.

FRatres: Spíritu ambulâte, & deſidéria carnis nõ perficiẽtis. Caro enim cõcupíſcit aduérſus ſpíritũ, ſpíritus autẽ aduérſus carnẽ. Hæc enim ſibi ínuicẽ aduerſántur: vt nõ quæcúnq; vultis, illa faciâtis. Quòd ſi ſpíritu ducímini: nõ eſtis ſub lege. Manifeſta autẽ ſunt ópera carnis, quæ ſunt, ca. 5.

fornicátio, immũdítia, impudicitia, luxúria: idolôrũ ſéruitus, venefícia, inimicítię, cõtétiónes, æmulatiónes, iræ, rixæ, diſſenſiónes: ſectæ, inuídiæ, homicídia, ebrietátes, comeſſatiónes, & his ſimília. Quæ prædîco vobis, ſicut prędixi: quóniam qui tália agũt, regnum Dei non conſequéntur. Fructus autẽ ſpíritus eſt, cháritas, gáudium, pax, patiẽtia, longanímitas, bónitas, benígnitas, manſuetûdo, fides, modéſtia, continéntia, cáſtitas. Aduérſus huiúſmodi non eſt lex. Qui autem ſunt Chriſti: carnẽ ſuã crucifixérunt cũ vitijs, & concupiſcéntijs.

Pſal. 117 ℟. Bonum eſt confitéri Dño, & pſállere nóminî tuo, Altíſsime. ℣. Ad annunciándum mané miſericórdiã tuam & veritâtem tuam per noctem.

Pſal. 94. Allel. ℣. Quóniã Deus magnus Dñs & rex magnus ſuper oẽs Deos. Alla.

Sequéntia ſancti Euangélij ſecundum Lucam.

c. 17 IN illo témpore: Dũ iret Ieſus in Hierúſalem: tranſibat per médiam Samáriam & Galilæam. Et cum ingrederêtur quoddam caſtéllum: occurrẽrũt ei decem viri lepróſi. Qui ſtetérunt à longè: & leuauérunt vocem, dicéntes. Ieſu pręcéptor: miſerêre noſtri. Quos vt vidit: dixit. Ite: oſténdite vos ſacerdótibus. Et factum eſt, dum irent: mundáti ſunt. Vnus autem ex illis vt vidit quia mundâtus eſt: regréſſus eſt cum magna voce magníficans Deum. Et cécidit in fáciem ante pedes eius: grátias agens. Et hic erat Samaritânus. Reſpóndens autem Ieſus dixit. Nónne decem mundáti ſunt, & nouem vbi ſunt? Non eſt inuéntus qui redîret & daret glóriam Deo, niſi hic alienígena. & ait illi. Surge vade: quia fides tua te ſaluũ fecit. Credo.

Offert. Immíttet Angelus Dómini in circúitu timentium eum, & erípiet eos: guſtâte & vidéte, quóniam ſuâuis eſt Dóminus. Pſal. 33.

Secreta.

PRopiciâre Dómine pópulo tuo; propiciâre munéribus, vt hac oblatiône placâtus: & indulgéntiam nobis tríbuas, & poſtulâta cõcédas. Per Dóminum noſtrum.

Communio. Pánis quem ego dédero caro mea eſt pro ſæculi vita. Ioã. 6.

Poſt communio.

SVmptis Dómine cœléſtibus ſacraméntis ad redẽptiônis ætérnæ, quæſumus proficiâmus augméntũ. Per.

DOMINICA XVI. Poſt Pentecoſten.

Introitus.

Pſal 85. INclína, Dómine aurem tuam ad me, & exáudi me: ſaluũ fac ſeruum tuum Deus meus, ſperántem in te: miſerêre mihi Dómine, quóniam ad te clamáui tota die.

Ibi. Pſalm. Cuſtódi ánimam meam, quóniam ſanctus ſum: ſaluum fac ſeruum tuum Deus meus ſperántem in te.

Collecta.

CVſtódi, quæſumus Dómine Eccléſiam tuam propiciatiône perpétua: & quia ſine te lábitur humâna mortálitas tuis ſemper auxílijs & abſtrahâtur à nóxijs, & ad ſalutária dirigâtur. Per.

Lectio Epiſtolæ beáti Pauli apóſtoli ad Gálatas.

ca. 5. & 6. FRatres: Si ſpíritu víuimus: ſpíritu & ambulêmus. Nõ efficiâmur inânis glóriæ cúpidi: ínuicem prouocántes, ínuicem inuidéntes. Fratres, & ſi præoccupâtus fúerit homo in áliquo delícto: vos, qui ſpirituáles eſtis, huiúſmodi inſtrúite in ſpíritu lenitâtis: conſíderans teípſum, ne & tu tentêris. Alter altérius ónera portâte: & ſic adimplébitis legem Chriſti. Nam ſi quis exíſtimat ſe áliquid eſſe, cum nihil ſit: ipſe ſe ſedûcit. Opus autem ſuum probet vnuſquíſque: & ſic, in ſemetípſo tantùm glóriam habêbit, & non in áltero. Vnuſquíſque enim onus ſuum portâbit. Commúnicet autem is, qui catechizâtur verbo, ei, qui ſe catechízat, in ómnibus bonis. Nolîte errâre. Deus non irridêtur. Quæ enim ſemináuerit homo: hæc & metet. Quóniam qui ſéminat in carne ſua: de carne & metet corruptiônem. Qui autẽ ſéminat in ſpíritu: de ſpíritu metet vitam ætérnam. Bonum autẽ faciéntes nõ deficiâmus: témpore enim ſuo metêmus, non deficiéntes. Ergo dum tempus habêmus, operêmur bonum ad omnes: maximè autem ad doméſticos fidei.

Pſal. 117. ℟. Bonũ eſt cõfidere in Dño, quã cõfidere in hómine. ℣. Bonum eſt ſperâre in Dño, quam ſperâre in princípibus.

Pſal. 101. Alleluia. ℣. Timébunt gentes nómen tuum Dómine, & omnes reges terræ glóriam tuam. Alleluia.

Sequéntia ſancti Euangélij ſecúndum Matthæum.

Cap. 6. IN illo témpore: Dixit Ieſus diſcípulis ſuis. Nemo poteſt duôbus dóminis ſeruîre. Aut enim vnum ódio habêbit & álterum díliget: aut vnum ſuſtinêbit & álterum contémnet. Non potéſtis Deo ſeruîre & mammónæ. Ideò dico vobis: ne ſolíciti ſitis ánimæ veſtræ quid manducétis, neque corpóri veſtro, quid induámini. Nonne ánima plus eſt quam eſca? Et corpus plus quam veſtiméntum? Reſpícite volatília cœli: quoniam non ſerunt, neque metunt neque cóngregant in hórrea: & pater veſter cœléſtis paſcit illa. Nónne vos magis pluris eſtis illis? Quis autem veſtrum cógitans poteſt adijcere ad ſtatûram ſuam cúbitum vnum? Et de veſtiménto quid ſolíciti eſtis? Conſiderâte lília agri: quómodo creſcunt. Non labórant neque nent. Dico autem vobis: quóniam nec Sálomon in omni glória ſua coopértus eſt ſicut vnum ex iſtis. Si autem fœnum agri quod hódie eſt, & cras in clíbanum míttitur, Deus ſic veſtit: quantò magis vos mínimæ fídei? Nolîte ergo ſolíciti eſſe dicéntes: quid manducábimus, aut quid bibêmus, aut quo operiêmur. Hæc enim ómnia gentes inquírunt. Scit enim pater veſter: quia his ómnibus indigêtis. Quærite ergo primum regnum Dei & iuſtítiam eius: & hæc ómnia adijciéntur vobis. Credo.

Offertorium. Expéctans expectáui Dóminum & reſpéxit me: & exaudîuit deprecatiônem meam & immîſit in os meum cánticum nouum, hymnũ Deo noſtro. Pſal. 39.

Secreta.

COncêde nobis Dómine, vt hæc hóſtia ſalutâris, & noſtrôrum fiat purgátio delictôrum & tuæ propiciátio pietâtis. Per.

Commun. Qui mandûcat carnem meam & bibit ſánguinem meum in me manet & ego in eo, dicit Dñs. Ioã. 6.

Poſt commun.

PVríficent ſemper & múniant tua ſacraménta nos Deus: & ad perpétuæ ducant ſaluatiônis effé-ctum. Per.

DOMINICA XVII. Poſt Pentecoſt.

Introitus.

Pſal. 85. MIſerère mei Dómine, quóniam ad te clamáui tota die: quia tu Dómine ſuâuis ac mitis es, & copiôſus in miſericórdia ómnibus inuocántibus te.

Ibid. Pſalm. Inclína Dómine aurem tuã mihi, & exáudi me, quóniam inops & pauper ſum ego.

Collecta.

ECcleſiam tuam Dómine, miſerátio continuâta mũdet, & múniat: & quia ſine te non poteſt ſalua conſíſtere: tuo ſemper múnere gubernêtur. Per Dóminum.

Léctio Epíſtolæ beáti Pauli apóſtoli ad Ephéſios.

Cap. 3. FRatres: Obſecro vos, ne deficiâtis in tribulatiónibus meis pro vobis, quæ eſt glória veſtra. Huius rei grátia, flecto génua mea ad Patrem Dómini noſtri Ieſu Chriſti, ex quo omnis patérnitas in cœlis, & in terra nominâtur, vt det vobis ſecúndum diuítias glóriæ ſuæ, virtûtem, corroborári per ſpíritum eius in interióri hómine: habitâre Chriſtum per fidem in córdibus veſtris: in charitâte radicáti, & fundáti, vt poſsîtis comprehéndere cum ómnibus ſanctis, quæ ſit latitûdo, & longitûdo, ſublímitas, & profúndum: ſcire étiam ſupereminéntem ſciéntiæ charitâtem Chriſti, vt impleámini in omnem plenitúdinem Dei. Ei autem, qui potens eſt ómnia fácere ſuperabundánter, quam pétimus, aut intellígimus, ſecúndum virtûtem, quæ operâtur in nobis: ipſi glória in Eccleſia, & in Chriſto Ieſu in omnes generatiónes ſęculi ſæculôrum. Amen.

℟. Timébunt gentes nomen tuum Dómine: & omnes reges terræ glóriam tuam. Pſal. 101.

℣. Quóniã ædificâuit Dóminus Sion: & vidébitur in maieſtâte ſua.

Pſal. 104. Alleluia. ℣. Confitémini Dómino & inuocâte nomen eius: annunciâte inter gentes ópera eius. Alleluia.

Sequéntia ſancti Euangélij ſecúndum Lucam.

ca. 7. IN illo témpore: ibat Ieſus in ciuitâtem, quæ vocâtur Naim, & ibant cũ illo diſcípuli eius, & turba copiôſa. Cum auté appropinquárent portæ ciuitâtis: ecce defúnctus efferebâtur fílius vnicus matris ſuæ. Et hæc vídua erat: & turba ciuitâtis multa cum illa. Quam cum vidíſſet Dóminus miſericórdia motus ſuper eam, dixit illi. Noli flere. Et accéſsit & tétigit lóculum. Hi autem qui portábant ſtetérunt. Et ait. Adoléſcens: tibi dico, ſurge. Et reſêdit qui erat mórtuus: & cœpit loqui. Et dedit illum matri ſuæ. Accêpit autem ómnes timor: & magnificábãt Deum dicéntes. Quia prophêta magnus ſurréxit in nobis, & quia Deus viſitâuit plebem ſuam. Credo.

Pſal. 39. Offertorium. Dómine in auxílium meum réſpice: confundántur, & reuereántur, qui quærunt ánimã meã vt áuferant eam.

Secreta.

TVa nos Dómine ſacramẽta cuſtódiant, & contra diabólicos tueántur ſemper incúrſus. Per Dóminum.

Communio. Dómine, memorâbor iuſtítiæ tuæ ſolíus: Deus docuíſti me à iuuentûte mea: & vſq, in ſenéctã & ſénium, Deus ne derelínquas me. Pſal. 70.

Poſt communionem.

MEntes noſtras, & córpora poſsídeat, quæſumus Dómine doni cœléſtis operátio: vt non noſter ſenſus in nobis, ſed iúgiter eius præueniat effêctus. Per Dóminum.

DOMINICA XVIII. Poſt Pentecoſten.

Introitus.

IVſtus es Dómine, & rectum iudíciũ tuũ: fac cum ſeruo tuo ſecúndum miſericórdiam tuã. Pſal. 118.

Pſalm. Beáti immaculáti in vía, qui ámbulant in lege Dómini. Ibi.

Collecta.

TVa nos quæſumus Dómine, grátia ſemper præ uéniat & ſequâtur: ac bonis opéribus iúgiter præſtet eſſe inténtos. Per Dóminum noſtrum Ieſum Chriſtum.

Lectio Epíſtolæ beati Pauli apóſtoli ad Ephéſios.

c.4 FRatres: Obſecro vos ego vinctus in Dómino: vt dignè ambulêtis vocatiône, qua vocáti eſtis, cum omni humilitâte & manſuetúdine, cum patiéntia, ſupportántes ínuicem in charitâte: ſolíciti ſeruâre vnitâtem ſpíritus in vínculo pacis. Vnum corpus, & vnus ſpíritus: ſicut vocáti eſtis in vna ſpe vocatiônis veſtræ. Vnus Dóminus, vna fides, vnum baptíſma. Vnus Deus & Pater ómnium, qui eſt ſuper omnes, & per ómnia, & in ómnibus nobis. Qui eſt benedíctus in ſæcula ſæculôrum. Amen.

Pſal. 32. ℟. Beáta gens, cuius eſt Dóminus Deus eôrum: pópulus quem elêgit Dóminus in hæreditâtem ſibi. ℣. Verbo Dómini cœli firmáti ſunt, & ſpíritu oris eius omnis virtus eôrum.

Pſal. 107. Alleluia. ℣. Parâtum cor meũ Deus, parâtum cor meum cantâbo & pſallam in glória mea. Alleluia.

Sequéntia ſancti Euangélij ſecúndum Lucam.

c.14 IN illo témpore: Cum intrâret Ieſus in domum cuiúſdam príncipis Phariſæôrum ſábbatho manducâre panem: & ipſi obſeruábãt eum. Et ecce, homo quidã hydrôpicus: erat ante illum. Et reſpóndens Ieſus dixit ad legiſperítos & Phariſæos, dicens. Si licet ſábbatho curâre? At illi tacuérunt. Ipſe verò apprehénſum ſanâuit eum: ac dimíſit. Et reſpóndens ad illos, dixit. Cuius veſtrum áſinus aut bos in púteum cadit, & non contínuo éxtrahet illum die ſábbathi? Et non póterant ad hæc reſpondêre illi. Dicêbat autem & ad inuitátos parábolam, inténdens quómodo primos accúbitus elígerent: dicens ad illos. Cùm inuitâtus fúeris ad núptias: non diſcúmbas in primo loco, ne fortè honorátior te ſit inuitâtus ab illo: & véniens is, qui te & illũ vocâuit dicat tibi, da huic locum: & tunc incípias cum rubôre nouíſsimum locum tenêre. Sed cum vocâtus fúeris, vade & recúmbe in nouíſsimo loco: vt cum vénerit, qui te inuitâuit dicat tibi. Amíce aſcénde ſupérius. Tũc erit tibi glória coram ſimul

diſcũbẽtibus: quia omnis qui ſe exáltat humiliábitur. Et qui ſe humíliat exaltábitur.

Dan. 9. D Offertorium. Oráui Deum meũ ego Dániel dicens, exáudi Dómine preces ſerui tui; illúmina fáciem tuam ſuper ſanctuárium tuum, & propícius inténde pópulum iſtum ſuper quem inuocâtum eſt nomẽ tuũ Deus. Secreta.

MVnda nos Dómine ſacrificij præſéntis effé-ctu, & pérfice miſerâtus in nobis: vt eius mereâmur eſſe partícipes. Per Dóminum.

Pſal. 75. Communio. Vouête & réddite Dómino Deo veſtro omnes qui in circúitu eius affértis múnera, terríbili & ei qui aufert ſpíritum príncipum, terríbili apud omnes reges terræ.

Poſt communionem.

PVrífica Dómine quæſumus mentes noſtras benígnus & rénoua cœléſtibus ſacraméntis: vt conſequénter & córporum præſens páriter & futûrum capiâmus auxílium. Per Dóminum.

FERIA QVARTA Quatuor temporum menſis Septembris.

Statio ad S. Mariam maiorem.

Introitus.

EXultâte Deo adiutóri noſtro, iubilâte Pſal. 80. Deo Iacób: ſúmite pſalmum iucúndum cum cíthara: cánite inítium menſis tuba, quia præcéptum in Iſraél eſt, iudícium Deo Iacób.

Pſalm. Buccinâte in neoménia tuba in inſígni die ſolennitâtis noſtræ. Ibi.

Hìc dicitur Dóminus vobiſcum. Collecta.

MIſericórdiæ tuæ remédijs, quæſumus Dómine, fragílitas noſtra ſubſíſtat: vt quæ ſua conditiône attéritur, tua cleméntia reparêtur. Per Dóminum noſtrum.

Léctio Amos prophétæ. a I cã. 9.

HÆc dicit Dóminus Deus, Ecce dies véniunt: & cõprehéndet arâtor meſſôrem, & calcâtor vuæ mitténtem ſemen: & ſtillábunt montes dulcédinem, & omnes colles culti erunt. Et conuértam captiuitâtem pópuli mei Iſraél: & ædificábunt ciuitátes deſértas, & inhabitábunt, & plantábunt víneas, & bibent vinum eârum: & fácient hortos: & cómedent fructus eôrum. Et plantâbo eos ſuper

humum ſuam: & non euéllam eos vltra de terra ſua, quam dedi eis: dicit Dóminus omnípotens.

Pſal 32. ℟. Beâta gens, cuius eſt Dóminus Deus eius: pópulus quem elêgit Dóminus in hæreditâtem ſibi. ℣. Verbo Ibi. Dómini cœli firmáti ſunt, & ſpíritu oris eius omnis virtus eôrum. Hic non dicitur Dóminus vobiſcum ſed Orêmus. Collecta.

PRæſta quæſumus Dómine, famíliæ tuæ ſupplicánti: vt dum á cibis corporálibus ſe ábſtinet, à vitijs quoq; mens ieiûnet. Per Dóminũ.

Léctio libri Eſdræ.

Nehe. vel Eſd. 2. ca. 8. IN diêbus illis: Congregâtus eſt omnis pópulus quaſi vir vnus ad pláteam, quæ eſt ante portam aquârum: & dixérunt Eſdræ Scribæ, vt afférret librum legis Moyſi, quam præcéperat Dóminus Iſraéli. Attulit ergo Eſdras ſacérdos legem coram multitúdine virôrum ac mulíerum, cunctiſq;, qui póterant intellígere, in die prima menſis séptimi. Et legit in eo apertè in plátea, quæ erat ante portam aquârum, de mane vſq; ad médiam diem in conſpéctu virôrum, ac mulíerum, & ſapiéntiũ. Et aures omnis pópuli erant eréctæ ad librũ. Stetit autem Eſdras ſcriba ſuper gradum lígneum, quem fécerat ad loquéndũ: & ſtetérunt Leuítæ iuxta eum. Et apéruit Eſdras librum coram omni pópulo. Et benedíxit Eſdras Dómino Deo voce magna. Et reſpóndit omnis pópulus, Amen, amen: éleuans manus ſuas. Et incuruáti ſunt: & adorauérunt Deum proni in terram. Porrò Leuítæ ſiléntium faciébãt in pópulo ad audiéndam legem: pópulus autẽ ſtabat in gradu ſuo. Et legérunt in libro Legis Dei diſtinctè, & apertè ad intelligéndum. Dixit autẽ Nehemías, & Eſdras ſacérdos & ſcriba, & Leuítæ interpretántes vniuérſo pópulo. Dies ſanctificâtus eſt Dómino Deo noſtro: nolîte lugêre, & nolîte flere. Et dixit eis. Ite, comédite pínguia, & bíbite mulſum: & míttite partes eis, qui non præparauérunt ſibi, quia ſanctus dies Dómini eſt: & nolîte contriſtári. Gáudium étenim Dómini eſt, fortitûdo noſtra.

Pſal. 112. ℟. Quis ſicut Dóminus Deus noſter, qui in altis hábitat: & humília réſpicit in cœlo, & in terra. ℣. Súſcitãs à terra ínopẽ: & de ſtércore érigẽs páuperem.

Sequéntia ſancti Euangélij ſecúndum Marcum.

ca. 9. IN illo témpore: Reſpóndẽs vnus de turba, dixit ad Ieſum. Magiſter, áttuli filium meũ ad te habéntem ſpíritum mutum: qui vbicúnque eum apprehénderit, allîdit eum, & ſpumat, & ſtridet déntibus, & aréſcit: & dixi diſcípulis tuis, vt eiícerent illum, & nõ potuérunt. Qui reſpóndens eis, dixit: O generátio incrédula, quándiu apud vos ero? quándiu vos pátiar? afférte illum ad me. Et attulérunt eum. Et cùm vidíſſet illum, ſtatim ſpíritus conturbâuit eum, & elîſus in terram, volutabâtur ſpumans. Et interrogâuit patrem eius. Quantum témporis eſt, ex quo ei hoc áccidit? At ille ait. Ab infántia: & frequénter eum in ignem, & in aquam miſit, vt eum pérderet. Sed ſi quid potes, ádiuua nos, miſértus noſtri. Ieſus autem ait illi. Si potes crédere: ómnia poſsibília ſunt credénti. Et continuò exclámans pàter púeri, cum láchrymis aiêbat, Credo Dómine: ádiuua incredulitâtem meam. Et cúm vidêret Ieſus concurréntem turbam, comminâtus eſt ſpirítui immúndo, dicens illi. Surde & mute ſpíritus, ego præcípio tibi, exi ab eo: & ámplius ne intróeas in eum. Et exclámans, & multum diſcérpens eum, éxijt ab eo: & factus eſt ſicut mórtuus, ita vt multi dícerent, quia mórtuus eſt. Ieſus autem tenens manum eius, eleuâuit eũ, & ſurréxit. Et cũ introíſſet in domũ, diſcípuli eius ſecretò interrogábãt eũ. Quare nos nõ potúimus eijcere illum? Et dixit illis. Hoc genus in nullo poteſt exîre, niſi in oratiône & ieiúnio.

Offer. Meditábor in mandátis tuis, quę diléxi valde: & leuâbo manus meas ad mãdâta tua, quæ diléxi. Pſal. 118.

Secreta.

HÆc hóſtia, quæſumus Dómine, emúndet noſtra delícta: & ad ſacrifícium celebrándum, ſubditôrum tibi córpora, menteſque ſanctíficet. Per Dóminum.

Com-

Ne-he. c.8. Communio. Comédite pínguia, & bíbite mulſum: & míttite partes eis, qui nõ præparauérũt ſibi: ſanctus enim dies Dómini eſt: nolíte contriſtári: gáudium étenim Dómini, eſt fortitúdo noſtra.

Poſt communio.

SVméntes Dómine, dona cœléſtia, ſupplíciter deprecâmur: vt quæ ſédula ſeruitûte, donánte te, gérimus, dignis ſénſibus tuo múnere capiâmus. Per Dóminum.

FERIA SEXTA Quatuor temporum Septembris.

Statio ad SS. duodecim Apoſtolos.

Introitus.

Pſal. 104. LÆtêtur cor quærẽtium Dóminum: quærite Dóminũ, & confirmámini: quærite fáciem eius ſemper.

Ibi. Pſalm. Confitémini Dómino, & inuocâte nomen eius: annunciâte inter gentes ópera eius.

Collecta.

PRæſta, quæſumus omnípotens Deus: vt obſeruatiônes ſacras ánnua deuotiône recoléntes, & córpore tibi placeâmus, & mente. Per Dóminum noſtrum.

Léctio Oſeæ Prophetæ.

HÆc dicit Dñs Deus. Cõuértere Iſraél ad Dóminum Deum tuum: quóniam corruíſti in iniquitâte tua. c.14 Tóllite vobíſcum verba: & conuertímini ad Dóminum, & dícite ei. Omnem aufer iniquitâtem, & áccipe bonum: & reddêmus vítulos labiôrũ noſtrôrum. Aſſur non ſaluâbit nos, ſuper equos non aſcẽdêmus: nec dicêmus vltrá, dij noſtri, ópera mánuum noſtrârum: quia eius qui in te eſt, miſeréberis pupílli. Sanâbo contritiónes eôrum, díligam eos ſpontáneè, quia auérſus eſt furor meus ab eis. Ero quaſi ros Iſraél, germinâbit quaſi lílium: & erúmpet radix eius, vt Líbani. Ibunt rami eius, & erit quaſi olîua glória eius: & odor eius, vt Líbani. Conuerténtur ſedẽtes in vmbra eius: viuent trítico, & germinábũt quaſi vínea memoriâle eius ſicut vinũ Líbani. Ephraim, quid mihi vltrà idôla? Ego exaúdiam, & dírigam eũ ego vt abíetem viréntem: ex me fructus tuus inuẽtus eſt. Quis ſápiens, & intélliget iſta? in-

télligens, & ſciet hæc? quia rectæ viæ Dómini, & iuſti ambulábunt in eis: præuaricatóres verò córruent in eis.

Pſal. 89. ℟. Conuértere Dómine aliquántulũ, & deprecâre ſuper ſeruos tuos. ℣. Dómine refúgium factus es nobis, à generatiône & progénie.

Sequéntia ſancti Euangélij ſecúndum Lucam.

ca. 7. IN illo témpore: Rogâbat Ieſum quidam Phariſæus, vt manducâret cum illo. Et ingréſſus domum Phariſæi, diſcúbuit. Et ecce múlier, quæ erat in ciuitâte peccátrix: vt cognôuit, ꝙ Ieſus accubuiſſet in domo Phariſæi, áttulit alabáſtrum vnguénti: & ſtans retro ſecus pedes eius, láchrymis cœpit rigâre pedes eius: & capíllis cápitis ſui tergêbat, & oſculabâtur pedes eius: & vnguénto vngêbat. Videns autem Phariſæus, qui vocáuerat eum, ait intra ſe dicens: Hic ſi eſſet Prophêta, ſciret vtique, quæ & qualis eſt múlier, quæ tangit eum, quia peccátrix eſt. Et reſpóndens Ieſus, dixit ad illum. Simon, hábeo tibi áliquid dícere. At ille ait. Magíſter, dic. Duo debitóres erant cuîdam fœneratóri: vnus debêbat denários quingẽtos, & álius quinquagínta. Non habéntibus illis vnde rédderent, donâuit vtríſque. Quis ergo eum plus díligit? Reſpóndens Simon, dixit. Æſtimo, quia is, cui plus donâuit. At ille dixit ei. Rectè iudicáſti. Et cõuérſus ad mulíerem, dixit Simóni. Vides hanc mulíerem? Intráui in domum tuam, aquam pédibus meis non dedíſti: hæc autem láchrymis rigâuit pedes meos, & capíllis ſuis terſit. Oſculum mihi non dedíſti: hæc autem ex quo intráui, non ceſſâuit oſculári pedes meos. Oleo caput meum nõ vnxíſti: hæc autem vnguénto vnxit pedes meos. Propter quod dico tibi, Remittúntur ei peccâta multa, quóniam diléxit multum. Cui autem minus dimíttitur, minus díligit. Dixit autem ad illam. Remittúntur tibi peccâta tua. Et cœpérunt, qui ſimul accumbébant, dícere intra ſe. Quis eſt hic, qui étiam peccâta dimíttit? Dixit autem ad mu-

líerem. Fides tua te ſaluam fecit: vade in pace.

Pſal. 102 Offertoriū. Benedic ánima mea Dómino: & noli obliuiſci omnes retributiónes eius: & renouábitur ſicut aquilæ iuuéntus tua. Secreta.

ACcépta tibi ſint, Dómine quæſumus, noſtri dona ieiúnij: quæ & expiándo nos tua grátia dignos effíciant, & ad ſempitérna promíſſa perdúcant. Per Dóminum noſtrum.

Pſal. 118. Communio. Aufer à me oppróbrium & contémptum: quia mandâta tua exquiſiui Dómine: nam teſtimonia tua, meditátio mea eſt. Poſt cōmu

QVæſumus, omnípotens Deus, vt de percéptis munéribus grátias exhibéntes, beneficia potióra ſumâmus. Per Dóminum noſtrū.

SABBATHO Quatuor Temporum Septembris.

Statio ad Sanctum Petrum.

Introitus.

Pſal. 94. VEnîte, adorêmus Deū & procidâmus ante Dóminū, plorêmus ante eum, qui fecit nos: quia ipſe eſt Dñs Deus noſter.

Pſalm. Venite, exultêmus Dómino: iubilêmus Deo ſalutári noſtro. Ibi.

Hîc non dicitur Dóminus vobíſcum. ſed Orêmus.

Collecta.

OMnípotens ſempitérne Deus: qui per continéntiam ſalutârem, & corpóribus medêris, & méntibus, maieſtâtem tuam ſúpplices exorâmus: vt pia ieiunántiū deprecatiône placâtus, & præſéntia nobis ſubſidia præbeas, & futûra. Per Dóminū.

Léctio libri Leuítici. a

I N diêbus illis: Locûtus eſt Dóminus ad Moyſen, dicens. Décimo die menſis huius ſéptimi, dies expiatiônū erit celebérrimus, & vocábitur ſanctus, afflīgêtiſque ánimas veſtras in eo, & offerêtis holocáuſtū Dómino. Omne opus ſeruîle non faciêtis in témpore diéi huius: quia dies propiciatiônis eſt, vt propiciêtur vobis Dñs Deus veſter. Omnis ánima, quæ afflícta non fúerit die hac, perîbit de pópulis ſuis: & quæ óperis quíppiam fécerit, delêbo eam de pópulo ſuo. 1 c.23

Nihil

Nihil ergo óperis faciêtis in
eo: legítimum ſempicérnum
erit vobis in cunctis genera-
tiónibus , & habitatiónibus
veſtris: Sábbathum requietiô
nis eſt: affligêtiſq; ánimas ve
ſtras die nono menſis: à vé-
ſpera vſque ad véſperam ce-
lebrábitis ſábbatha veſtra. Di
cit Dóminus omnípotens.

Pſal. 78. ℟. Propícius eſto Dómine peccátis no
ſtris: nequando dicant gentes, vbi eſt
Deus eórum? ℣. Adiuua nos Deus ſa-
lutâris noſter: & propter honôrem nó-
minis tui Dómine líbera nos. Orê-
mus. Collecta.

DA nobis quæſumus, om-
nípotens Deus: vt ieiunã
do tua grátia ſatiêmur: & ab-
ſtinéndo cunctis efficiâmur
hóſtibus fortióres. Per Dñm.

2 Léctio libri Leuítici.

Leu. c. 23 IN diêbus illis: Locûtus eſt
Dóminus ad Móyſen, di-
cens. A quintodécimo die mẽ
ſis ſéptimi: quando congre-
gauerîtis omnes fructus ter-
ræ veſtræ; celebrábitis férias
Dómini ſeptem diêbus. Die
primo, & die octáuo erit Sáb
bathum, id eſt, réquies. Sumê
tiſq; vobis die primo fructus
árboris pulchérrimæ, ſpátu-
laſq; palmârum, & ramos lí-
gni denſârum fróndium, &
ſálices de torrénte: & lætabí
mini coram Dómino Deo ve
ſtro: celebrábitiſq; ſolennitâ-
tem eius ſeptem diêbus per
annum. Legítimum ſempi-
térnum erit in generatióni-
bus veſtris. Menſe ſéptimo fe
ſta celebrábitis; & habitábi-
tis in vmbráculis ſeptem diê
bus. Omnis qui de génere Iſ
raél eſt, manêbit in taberná-
culis: vt diſcant póſteri ve
ſtri, quòd in tabernáculis ha-
bitâre fécerim filios Iſraél,
cum edúcerem eos de terra
Ægypti: Ego Dóminus Deus
veſter.

℟. Protéctor noſter áſpice Deus: & ré Pſal. 85.
ſpice ſuper ſeruos tuos. ℣. Dómine
Deus virtûtum exáudi preces ſeruôrũ
tuórum. Orêmus. Collecta.

TVêre, quæſumus Dómi
ne, famíliam tuam: vt ſa-
lútis ætérnę remédia, quæ te
inſpiránte requírimus, te lar-
giénte conſequâmur. Per.

Léctio Michææ prophétæ. 3

DOmine Deus noſter, pa- ca. 7.
ſce pópulum tuum in vir
ga tua, gregem hæreditâtis
tuę, habitántes ſolos in ſaltu,

iuxta dies antíquos. Vidébunt gentes, & confundéntur ſuper omni fortitúdine ſua. Quis Deus ſímilis tui, qui aufers iniquitâtem, & tránſfers peccâtum reliquiârum hæreditâtis tuæ? Non immíttet vltrà furôrem ſuum, quóniam volens miſericórdiam eſt. Reuertêtur, & miſerébitur noſtri. Depônet iniquitátes noſtras: & proiíciet in profúndum maris ómnia peccâta noſtra. Dabis veritâtem Iacob, miſericórdiam Abrahã, quæ iuráſtí pátribus noſtris à diêbus antíquis: Dómine Deus noſter.

Pſal. 140. ℟. Dirigâtur orátio mea ſicut incénſum in conſpéctu tuo Dómine.

℣. Eleuátio mánuum meârum ſacrifícium veſpertînum. Colleꝺa.

PRæſta, quæſumus Dómine, ſic nos ab épulis carnálibus abſtinêre: vt à vítiJs irruéntibus páriter ieiunêmus. Per Dóminum noſtrum.

Léctio Zachariæ prophétæ.

4 ca. 8. IN diêbus illis: Factum eſt verbum Dómini ad me, dicẽs. Hęc dicit Dóminus Deus exercítuum. Sicut cogitáui: vt affligerem vos, cùm ad iracúndiam me prouocáſſent patres veſtri, & non ſum miſértus: ſic conuérſus cogitáui in diêbus iſtis, vt benefáciam dómui Iuda & Hieruſalém: nolîte timêre. Hæc ſunt ergo verba, quæ faciêtis. Loquímini veritâtem vnuſquíſq; cum próximo ſuo. Veritâtem, & iudícium pacis iudicâte in portis veſtris. Et vnuſquíſq; malum contra amîcum ſuũ ne cogitêtis in córdibus veſtris: & iuraméntum mẽdax ne diligâtis. Omnia enim hęc ſunt, quæ odi, dicit Dóminus. Et factum eſt verbum Dómini exercítuum ad me, dicens. Hæc dicit Dóminus exercítuum. Ieiúnium quarti, & ieiúnium quinti, & ieiúnium ſéptimi, & ieiúnium décimi, erit dómui Iudæ in gáudium & lætítiam, & in ſolennitátes præcláras. Veritâtem tantum, & pacem dilígite: dicit Dóminus exercítuum.

℟. Conuértere Dómine aliquántulũ, & deprecâre ſuper ſeruos tuos. ℣ Dómine refúgiũ factus es nobis à generatiône & progénie. Orêmus. Colle. Pſal. 89.

VT nobis Dómine, tribuis ſolénne tibi deférre ieiú-

nium:ſic nobis quæſumus,in dulgéntiæ præſta ſubſídium. Per Dóminum noſtrum.

5 Léctio Danièlis prophétæ.

Cap. 3. IN diēbus illis:Angelus Dómini deſcéndit cum Azaría & ſócijs eius in fornâcem. Et excúſsit flammam ignis de fornâce: & fecit médium fornâcis quaſi ventum roris flantem. Flamma autem diffûſa eſt ſuper fornâcem cúbitis quadragîntanouem: & incéndit quos réperit iuxta fornâcē de Chaldæis miníſtros regis, qui eam incendébant. Illos autem omníno non tétigit ignis, neq; contriſtâuit: nec quicquam moléſtiæ íntulit. Tunc hi tres, quaſi ex vno ore, laudábant & glorificábāt, & benedicébant Deum in fornâce dicéntes.

Hymnus.

Dan. 3. Benedíctus es Dómine Deus patrum noſtrórum. &c. Require ſupra folio. 7.

Hic dícitur. ℣. Dóminus vobíſcū.

Orêmus. Collecta.

DEus, qui tribus púeris mitigáſti flammas ígnium: concêde propítius: vt nos fámulos tuos non exûrat flamma vitiôrum. Per Dóminum.

Sequitur collecta. Concêde nos famulos. & Deus à quo & ſi occurrerit commemoratio alicuius ſancti & de præſenti defuncto, & nulla alia.

Léctio epíſtolæ beáti Pauli apóſtoli ad Hebræos.

FRatres: Tabernáculum factum eſt, primum, in quo erant candelâbra, & menſa, & propoſítio panum: quæ dícitur Sancta. Poſt velaméntum autem ſecúndum: tabernáculum, quod dícitur Sancta ſanctôrum, áureum habens thuríbulum: & arcam teſtaménti circumtéctam ex omni parte auro, in qua vrna áurea habens manna, & virga Aarón, quæ frondúerat, & tábulæ teſtaménti: ſuperquè eam erant Chérubim glóriæ obumbrántia propiciatóriū: de quibus non eſt modò dicéndum per ſingula. His verò ita compóſitis in prióri quidem tabernáculo ſemper introíbant ſacerdótes, ſacrificiôrum officia conſummántes: in ſecúndo verò, ſemel in anno ſolus póntifex: nō ſine ſánguine, quem offérret pro ſua ca. 9.

& pó-

& pópuli ignorántia:hoc ſig nificánte Spíritu ſancto,non dum propalâtam eſſe ſanctô rum viã, adhuc priôre taber náculo habente ſtatum: quæ parábola eſt témporis inſtán tis:iuxta quã múnera & hô ſtiæ offerúntur,quæ non poſ ſunt iuxta conſciéntiam per féctum fácere ſeruiéntem, ſo lúmmodo in cibis,& in póti bus, & in várijs baptiſmáti bus,& iuſtítijs carnis vſq; ad tempus correctiônis impóſi tis. Chriſtus autem aſsiſtens pontífex futurôrum bonôrũ, per ámplius & perféctius ta bernáculum nõ manu factũ, id eſt, non huius creatiônis: neq; per ſánguinem hircôrũ, aut vitulôrum, ſed per prô prium ſánguinem introîuit ſemel in ſancta,ætérna redẽ ptiône inuénta.

Pſal. 116. Tractus. Laudâte Dóminum omnes gentes: & collaudâte eum omnes pópuli. ℣. Quóniam confirmâta eſt ſuper nos miſericórdia eius: & véritas Dómini manet in ætérnum.

Sequéntia ſancti Euangélij ſecúndum Lucam.

Cap. 13. IN illo témpore: Dicê bat Ieſus turbis, ſimili túdinem hanc. Arborem fici habêbat quidam plantâtam in vínea ſua:& venit quærẽs fructum in illa,& non inuê nit. Dixit autẽ ad cultôrem víneæ. Ecce, anni tres ſunt, ex quo vénio quærẽs fructũ in ficúlnea hac:& non inué nio. Succîde ergo illã: vt quid étiam terram óccupat? At ille reſpóndens,dicit illi. Dómi ne, dimítte illã & hoc anno, vſq; dum fódiam circa illam, & mittam ſtércora.Et ſi qui dem fécerit fructum: ſin au tem, in futûrũ ſuccídes eam. Erat autem docens in ſyna góga eôrum ſábbathis.Et ec ce múlier,quæ habêbat ſpíri tũ infirmitâtis annis decem & octo:& erat inclinâta,nec omníno póterat ſurſum reſpí cere.Quã cũ vidêret Ieſus vo câuit eã ad ſe, & ait illi. Mú lier, dimíſſa es ab infirmitâte tua.Et impóſuit illi manus:& cõféſtim eréćta eſt,& glorifi câbat Deũ.Reſpóndens autẽ Archiſynagôgus, indígnans, quia ſábbatho curáſſet Ieſus, dicêbat turbę.Sex dies ſunt,in quib⁹ opórtet operári.In his er go venîte,& curámini:& nõ

in die Sábbathi. Reſpondens autem ad illum Dóminus, dixit. Hypócritæ, vnuſquíſque veſtrum Sábbatho non ſoluit bouem ſuum, aut áſinum à præſépio, & ducit adaquâre? Hanc autem filiam Abrahæ, quam alligâuit ſatánas, ecce decem & octo annis, non opórtuit ſolui à vínculo iſto die ſábbathi? Et cùm hæc díceret, erubeſcébant omnes aduerſárij eius: & omnis pópulus gaudêbat in vniuérſis, quę glorióſe fiébant ab eo.

Pſal. 87. Offertorium. Dómine Deus ſalûtis meæ: in die clamâui, & nocte coram te: intret orátio mea in conſpéctu tuo Dómine. Secreta.

Concêde, quæſumus omnípotens Deus: vt óculis tuæ maieſtâtis munus oblâtum, & grátiam nobis deuotiônis obtíneat, & effectum beátæ perennitâtis acquîrat. Per Dóminum.

Leu. 23. Communio. Menſe ſéptimo feſta celebrábitis, cùm in tabernáculis habitâre fécerim filios Iſraél, cùm edúcerem eos de terra AEgypti, ego Dóminus Deus veſter. Poſt commun.

Perficiant in nobis Dómine, quæſumus, tua ſacraménta, quod cóntinent: vt quæ nunc ſpe gérimus, rerum veritâte capiâmus. Per Dóminum noſtrum.

DOMINICA XIX.
Poſt Pentecoſten.
Introitus.

Da pacem Dómine ſuſtinéntibus te: vt prophétæ tui fidéles inueniántur: exáudi preces ſerui tui, & plebis tuæ Iſraél. Eccl. 36.

Pſalm. Lætátus ſum in his quæ dicta ſunt mihi: in domum Dómini íbimus. Pſal. 121. Collecta.

Da quæſumus Dómine pópulo tuo diábolica vitâre contágia: & te ſolum Dóminum pura mente ſectári. Per Dóminum.

Léctio epíſtolæ beáti Pauli apóſtoli ad Corínthios. 1.Co. 1.

Fratres: Grátias ago Deo meo ſemper pro vobis, in grátia Dei, quæ data eſt vobis in Chriſto Ieſu. Quia in ómnibus díuites facti eſtis in illo, in omni verbo, & in omni ſciéntia, ſicut teſtimónium Chriſti confirmâtum eſt in vobis: ita vt nihil vobis deſit in vlla grátia, expectántibus

reuelatiônem Dómini noſtri Ieſu Chriſti, qui & confirmâbit vos vſq; in finem ſine crímine, in die aduéntus Dómini noſtri Ieſu Chriſti.

Pſal. 121 ℟. Lætâtus ſum in his quæ dicta ſunt mihi: in dómum Dómini íbimus.

℣. Fiat pax in virtûte tua, & abundántia in túrribus tuis. Alleluia. ℣. Qui Pſal 113. timent Dóminum, ſperent in eum: adiûtor & protéctor eórũ eſt. Alleluia.

Sequéntia ſancti Euangélij ſecúndum Matthæum.

Cap. 22. IN illo témpore: Cõuenérunt Phariſæi in vnum, & interrogâuit eũ vnus ex eis legis doctor, tentans eũ. Magíſter, quod eſt mandâtum magnũ in lege? Ait illi Ieſus. Díliges Dóminum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota ánima tua, & ex tota mente tua. Hoc eſt máximum & primũ mandâtum. Secúndum autem ſímile eſt huic. Díliges próximum tuum ſicut teípſum. In his duôbus mandátis vniuérſa lex pendet, & Prophétæ. Congregátis autem Phariſæis, interrogâuit eos Ieſus: dicens. Quid vobis vidêtur de Chriſto? Cuius filius eſt? Dicunt ei: Dauid. Ait illis. Quómodo ergo Dauid in ſpíritu vocat eum Dóminum, dicens: Dixit Dóminus Dómino meo, ſede à dextris meis, donec ponam inimícos tuos ſcabéllum pedum tuôrum? Si ergo Dauid vocat eum Dóminum: quómodo filius eius eſt? Et nemo póterat reſpondêre ei verbum: neq; auſus fuit quiſquam ex illa die eum ámplius interrogâre. Credo.

Offertorium. Sanctificâuit Móyſes altâre Dómino, ófferens ſuper illud holocáuſta, & immolans víctimas: fecit ſacrifícium veſpertînum in odôrem ſuauitâtis Dómino Deo, in conſpéctu filiôrum Iſraël. Exo 24.

Secreta.

MAieſtâtem tuam Dómine ſupplíciter deprecâmur: vt hæc ſancta quæ gérimus, & à prætéritis nos delíctis éxuant & futúris. Per Dominum noſtrum.

Communio. Tóllite hóſtias, & introîte in átria eius: adorâte Dóminum in aula ſancta eius. Pſal 95.

Poſt communio.

SAnctificatiônibus tuis, omnípotens Deus, & vitia noſtra curéntur: & remé-

dia nobis ętérna prouéniant. Per Dóminum.

DOMINICA XX.
Poſt Pentecoſten.

Introitus.

SAlus pópuli ego ſum, dicit Dóminus: de quacúnq; tribulatiône clamáuerint ad me, exáudiã eos:& ero illôrum Dóminus in perpétuum.

Pſal. 77. Pſalm. Atténdite pópule meus legem meam: inclinâte aurem veſtram in verba oris mei.

Collecta.

DIrigat corda noſtra, quę ſumus Dómine, tuæ miſeratiônis operátio: quia tibi ſine te placêre non póſſumus. Per Dóminum.

Léctio Epiſtolæ Beáti Pauli apóſtoli ad Ephéſios.

ca.4. FRatres: Renouámini ſpíritu mentis veſtræ: & indúite nouum hóminem, qui ſecúndum Deum creâtus eſt in iuſtítia & ſanctitâte veritâtis. Propter quod deponéntes mendácium, loquímini veritâtem vnuſquíſque cum próximo ſuo: quóniam ſumus inuicem membra. Iraſcímini & nolîte peccâre. Sol non óccidat ſuper iracúndiã veſtram. Nolîte locum dare diábolo. Qui furabâtur, iam non furêtur: magis autem labôret operándo mánibus ſuis quod bonum eſt, vt hábeat vnde tríbuat neceſsitâtem patiénti.

℟. Dirigâtur orátio mea, ſicut incénſum, in conſpéctu tuo Dómine. Pſal. 140.

℣. Eleuátio mánuum meârum, ſacrifícium veſpertînũ. Allelúia. ℣. Déxtera Dei fecit virtûtem déxtera Dómini exaltâuit me. Allelúia. Pſal. 117

Sequéntia ſancti Euangélij ſecúndum Matthæum.

IN illo témpore: Aſcéndens Ieſus in nauículam: tranſfretâuit, & venit in ciuitâtem ſuam. Et ecce offerébant ei Paralyticum iacéntem in lecto. Et videns Ieſus fidem illôrum: dixit Paralytico. Confîde fili, remittúntur tibi peccâta tua. Et ecce, quidam de ſcribis dixérunt intra ſe. Hic blaſphêmat. Et cùm vidíſſet Ieſus cogitatiónes eôrum: dixit. Vt quid cogitâtis mala in ca.9

cór-

córdibus veſtris? Quid eſt facílius dícere, dimittúntur tibi peccâta: an dícere, ſurge & ámbula? Vt ſciâtis autem quóniam filius hóminis habet poteſtâtem in terra dimittêndi peccâta: tunc ait Paralytico. Surge, tolle lectum tuum, & vade in domum tuam. Et ſurrèxit, & ábijt in domum ſuam. Vidéntes autem turbæ timuérunt: & glorificauérunt Deum: qui dedit poteſtâtem talem homínibus. Credo.

Pſal. 117. Offertórium. Si ambuláuero in medio tribulatiônis, viuificábis me Dómine: & ſuper iram inimicôrum meôrum exténdes mánum tuam: & ſaluum me fecit déxtera tua.

Secreta.

DEus qui nos per huius ſacrificij veneránda cōmércia, vnius ſummæque diuinitâtis partícipes éfficis: præſta quæſumus: vt ſicut tuam cognóſcimus veritâtem, ſic eam dignis méntibus, & móribus adſequâmur. Per Dominum.

Pſal. 118. Communio. Tu mandáſti mandâta tua cuſtodíri nimis: vtinam dirigántur viæ meæ, ad cuſtodiéndas iuſtificatiónes tuas.

Poſt communionem.

GRátias tibi reférimus Dómine ſacro múnere vegetáti tuam miſericórdiā deprecántes: vt dignos nos eius participatiône perfícias. Per Dóminum.

DOMINICA XXI.
Poſt Pentecoſten.
Introitus.

OMnia quæ fecíſti nobis Dómine, in vero iudício fecíſti: quia peccáuimus tibi: & mandátis tuis non obedíuimus: ſed da glôriam nômini tuo, & fac nobíſcum ſecúndum multitúdinem miſericórdiæ tuæ. Dani. 3.

Pſalm. Beáti immaculáti in via, qui ámbulant in lege Dómini. Pſal. 118.

Collecta.

OMnípotens & miſéricors Deus, vniuérſa nobis aduerſántia propiciâtus exclûde: vt mente & córpore páriter expedíti: quæ tua ſunt líberis méntibus exequâmur. Per Dominum.

dia nobis ęterna prouéniant. Per Dóminum.

DOMINICA XX. Poſt Pentecoſten.

Introitus.

SAlus pópuli ego ſum, dicit Dóminus: de quacúnq; tribulatiône clamáuerint ad me, exáudiã eos: & ero illôrum Dóminus in perpétuum.

Pſal. 77. Pſalm. Attèndite pópule meus legem meam: inclinâte aurem veſtram in verba oris mei.

Collecta.

DIrigat corda noſtra, quę ſumus Dómine, tuæ miſeratiônis operátio: quia tibi ſine te placêre non póſſumus. Per Dóminum.

Léctio Epíſtolæ Beáti Pauli apóſtoli ad Ephéſios.

ca. 4. FRatres: Renouámini ſpíritu mentis veſtræ: & indúite nouum hóminem, qui ſecúndum Deum creâtus eſt in iuſtítia & ſanctitâte veritâtis. Propter quod deponéntes mendácium, loquímini veritâtem vnuſquíſque cum próximo ſuo: quóniam ſumus ínuicem membra. Iraſcímini & nolîte peccâre. Sol non óccidat ſuper iracúndiã veſtram. Nolîte locum dare diábolo. Qui furabâtur, iam non furêtur: magis autem labôret operándo mánibus ſuis quod bonum eſt, vt hábeat vnde tríbuat neceſsitâtem patiénti.

℟. Dirigâtur orátio mea, ſicut incénſum, in conſpéctu tuo Dómine. Pſal. 140.

℣. Eleuátio mánuum meârum, ſacrifícium veſpertînũ. Alleluia. ℣. Déxtera Dei fecit virtûtem déxtera Dómini exaltâuit me. Alleluia. Pſal. 117

Sequéntia ſancti Euangélij ſecúndum Matthæum.

IN illo témpore: Aſcéndens Ieſus in nauículam: tranſfretâuit, & venit in ciuitâtem ſuam. Et ecce offerébant ei Paralyticum iacéntem in lecto. Et videns Ieſus fidem illôrum: dixit Paralytico. Confîde fili, remittúntur tibi peccâta tua. Et ecce, quidam de ſcribis dixérunt intra ſe. Hic blaſphêmat. Et cùm vidíſſet Ieſus cogitatiónes eôrum: dixit. Vt quid cogitâtis mala in ca. 9

cór-

córdibus veſtris? Quid eſt facílius dícere, dimittúntur tibi peccâta: an dícere, ſurge & ámbula? Vt ſciâtis autem quóniam filius hóminis habet poteſtâtem in terra dimitténdi peccâta: tunc ait Paralytico. Surge, tolle lectum tuum, & vade in domum tuam. Et ſurrêxit, & ábijt in domum ſuam. Vidéntes autem turbæ timuérunt: & glorificauérunt Deum: qui dedit poteſtâtem talem homínibus. Credo.

Pſal. 117. Offertórium. Si ambuláuero in medio tribulatiônis, viuificábis me Dómine: & ſuper iram inimicórum meôrum extêndes mánum tuam: & ſaluum me fecit déxtera tua.

Secreta.

DEus qui nos per huius ſacrificij veneránda cómércia, vnius ſummæque diuinitâtis partícipes éfficis: præſta quæſumus: vt ſicut tuam cognóſcimus veritâtem, ſic eam dignis méntibus, & móribus adſequâmur. Per Dominum.

Pſal. 118. Communio. Tu mandáſti mandâta tua cuſtodíri nimis: vtinam dirigántur viæ meæ, ad cuſtodiéndas iuſtificatiónes tuas.

Poſt communionem.

GRátias tibi reférimus Dómine ſacro múnere vegetáti tuam miſericórdiã deprecántes: vt dignos nos eius participatiône perfícias. Per Dóminum.

DOMINICA XXI.

Poſt Penteçoſten.

Introitus.

OMnia quæ feciſti nobis Dómine, in vero iudício feciſti: quia peccáuimus tibi: & mandátis tuis non obedíuimus: ſed da glóriam nômini tuo, & fac nobíſcum ſecúndum multitúdinem miſericórdiæ tuæ. Dan. 3.

Pſalm. Beáti immaculáti in via, qui ámbulant in lege Dómini. Pſal. 118.

Collecta.

OMnípotens & miſéricors Deus, vniuérſa nobis aduerſántia propiciâtus exclûde: vt mente & córpore páriter expedíti: quæ tua ſunt líberis méntibus exequâmur. Per Dominum.

Léctio epiſtolæ beáti Pauli apóſtoli ad Ephéſios.

ca. 5. FRatres: Vidête ítaq; quómodo cautè ambulêtis: nõ quaſi inſipiéntes, ſed vt ſapiéntes: rediméntes tempus, quóniam dies mali ſunt. Propterea nolîte fieri imprudéntes: ſed intelligéntes, quæ ſit volúntas Dei. Et nolîte inebriári vino, in quo eſt luxúria, ſed implémini Spíritu ſancto, loquéntes vobiſmetípſis in pſalmis & hymnis, & cánticis ſpirituálibus, cantántes & pſalléntes in córdibus veſtris Dómino: grátias agéntes ſemper pro ómnibus, in nómine Dómini noſtri Ieſu Chriſti, Deo & patri. Subiécti ínuicem, in timôre Chriſti.

Pſal. 144 ℟. Oculi ómnium in te ſperant Dómine: & tu das illis eſcam in témpore opportúno. ℣. Aperis tu manum tuam, & imples omne ánimal benedictióne.

Pſal. 146. Alleluia. ℣. Qui confídunt in Dómino ſicut mons Sion, non commouébitur in ætérnum qui hábitat in Hieruſalém. Alleluia.

Sequéntia ſancti Euangélij ſecúndum Matthæum.

Cap. 22. IN illo témpore: Loquebâtur Ieſus princípibus Sacerdôtum & Phariſæis, in parábolis dicens. Símile factum eſt regnum cœlôrum hómini regi qui fecit núptias fílio ſuo. Et miſit ſeruos ſuos vocâre inuitátos ad núptias: & nolébant venîre. Iterum miſit álios ſeruos, dicens. Dícite inuitátis. Eccè prándium meum paráui, tauri mei, & altília occîſa ſunt; & ómnia parâta: venîte ad núptias. Illi autem neglexérunt & abiérunt, álius in villam ſuam: álius verò ad negotiatiônem ſuam: réliqui verò tenuérunt ſeruos eius, & contumélijs affé́ctos occidérunt. Rex autem cum audíſſet, irâtus eſt: & miſsis exercítibus ſuis pérdidit homicídas illos: & ciuitâtem illôrum ſuccéndit. Tunc ait ſeruis ſuis. Núptiæ quidem parátæ ſunt: ſed qui inuitáti erant, non fuérunt digni. Ite ergò ad éxitus viârum, & quoſcúnque inueneritis vocâte ad núptias. Et egréſsi ſerui eius in vias, congregauérunt omnes quos ínuenérunt malos & bonos: & implétæ ſunt núptiæ diſcumbéntiũ.

Intrâ-

Intrâuit autem rex, vt vidêret diſcumbéntes: & vidit ibi hóminem non veſtîtum veſte nuptiáli. Et ait illi. Amîce, quómodo huc intráſti, non habens veſtem nuptiâlem? at ille obmútuit. Tunc dixit rex miníſtris. Ligátis mánibus, & pédibus eius: míttite eum in ténebras exterióres. Ibi erit fletus, & ſtridor déntium. Multi enim ſunt vocáti: pauci veró eléĉti.

Credo.

Pſal. 136. Offerto. Super flúmina Babylônis illic ſédimus, & flévimus, dum recordarêmur tui Sion.

Secreta.

HÆc múnera, quæſumus Dómine, quæ óculis tuę maieſtâtis offérimus, ſalutária nobis eſſe concêde. Per Dóminum noſtrum.

Pſal. 118. Communio. Meménto verbi tui ſeruo tuo Dómine, in quo mihi ſpem dedíſti: hæc me conſoláta eſt in humilitâte mea.

Poſt communionem.

TVa nos Dómine, medicinâlis operátio, & à noſtris peruerſitátibus cleménter expédiat? & tuis fáciat ſemper inhęrêre mandátis. Per Dóminum noſtrum.

DOMINICA XXII.

Poſt Pentecoſten.

Introitus.

IN voluntâte tua, Dómine, vniuerſa ſunt póſita: & non eſt, qui poſsit reſíſtere voluntáti tuæ: tu enim fecíſti ómnia, cœlum, & terram, & vniuérſa, quæ cœli ámbitu continéntur: Dóminus vniuerſôrum tu es. Heſ. 13.

Pſalm. Beáti immaculáti in via, qui ámbulant in lege Dómini. Pſal. 118.

Colleĉta.

LArgîre, quæſumus Dómine, fidélibus tuis indulgéntiam placâtus & pacem: vt páriter ab ómnibus mundéntur offénſis? & ſecúra tibi mente deſéruiant. Per Dóminum noſtrum.

Léĉtio epiſtolæ beáti Pauli apóſtoli ad Ephéſios.

FRatres: Confortamini in Dómino: & in poténtia virtûtis eius. Indúite vos armatûram Dei: vt poſsîtis ſtare aduérſus inſidias diáboli. Quóniam non eſt nobis colluĉtátio aduérſus carnem & ſánguinem: ſed aduérſus prin- ca. 6.

cipes & poteſtátes, aduérſus mundi rectóres tenebrârum harum, contra ſpíritualia nequítiæ in cœléſtibus. Propterea accípite armatûram Dei: vt poſsîtis reſíſtere in die malo, & in ómnibus perfécti ſtare. State ergo ſuccíncti lumbos veſtros in veritâte, & indúti lorîcam iuſtítiæ, & calceáti pedes in præparatiônẽ Euangélij pacis. In ómnibus ſuméntes ſcutum fidei, in quo poſsîtis omnia tela nequíſsimi ígnea extínguere. Et gáleam ſalûtis aſſúmite: & gládium ſpíritus, quod eſt verbum Dei.

Pſal. 89. ℟. Dómine, refúgium factus es nobis à generatiône in generatiônem.
℣. Priúſquam montes fierent, aut formarêtur terra & orbis: à ſæculo, & vſq; in ſæculum tu es Deus. Alleluia.
Pſal. 129. ℣. De profúndis clamáui ad te Dómine: Dómine exáudi vocẽ meam, Allel.

Sequéntia ſancti Euangélij ſecúndum Ioánnem.

ca. 4. IN illo témpore: Erat quidam Régulus cuius filius infirmabâtur Caphárnaum. Hic cum audíſſet quia Ieſus aduenîret à Iudæa in Galilæam ábijt ad eum, & rogâbat eum, vt deſcénderet, & ſanâret filiũ eius. Incipiêbat enim mori. Dixit ergo Ieſus ad eum. Niſi ſigna & prodígia viderîtis non créditis. Dicit ad eum Régulus. Dómine, deſcénde priúſquam moriâtur fílius meus. Dicit ei Ieſus. Vade fílius tuus viuit. Crédidit hómo ſermóni, quem dixit ei Ieſus, & ibat. Iam autem eo deſcendénte: ſerui occurrérunt ei, & nunciauérunt, dicéntes: quia fílius eius víueret. Interrogâbat ergò horam ab eis: in qua mélius habúerat. Et dixérunt ei: quia heri hora ſéptima relîquit eum febris. Cognôuit ergo pater quia illa hora erat: in qua dixit ei Ieſus, filius tuus viuit. Et credidit ipſe: & domus eius tota. Credo.

Offer. Vir erat in terra Hus nómine Iob, ſimplex & rectus, ac timens Deũ: quem Satan pétijt, vt tentâret, & data eſt ei potéſtas à Dómino in facultâte, & in carne eius. pérdiditq; omnem ſubſtántiã ipſius, & fílios: carnẽ quoq; eius graui vlcere vulnerâuit. Iob 1.

Secreta.

CÆléſtem nobis præbeãt hæc myſtéria quæſu-

mus Dómine medicînam & vítia cordis noſtri expúrgēt. Per Dóminum.

Pſal. 118. Communio. In ſalutári tuo ánima mea, & in verbum tuum ſperáui: quando fácies de perſequéntibus me iudícium: iníqui perſecúti ſunt me, ádiuua me Dómine Deus meus.

Poſt communionem.

VT ſacris Dómine reddâmur digni munéribus: fac nos quæſumus tuis obedîre mandátis. Per Dóminum noſtrum.

DOMINICA XXIII. poſt Pentecoſten.

Introitus.

Pſal. 129. SI iniquitátes obſeruáueris Dñe, Dómine quis ſuſtinêbit? quia apud te propiciátio eſt, Deus Iſraél.

Ibi. Pſalm. De profúndis clamáui ad te Dómine: Dómine exáudi vocem meã.

Collecta.

FAmíliam tuam quæſumus Dómine, contínua pietâte cuſtódi: vt à cunctis aduerſitátibus, te protegénte ſit líbera: & in bonis áctibus tuo nómini ſit deuôta. Per Dóminum.

Léctio epíſtolæ beáti Pauli apóſtoli ad Philippénſes.

Cap. 1. FRatres: Confídimus in Dómino Ieſu: quia, qui cœpit in vobis opus bonum, perfíciet vſque in diem Chriſti Ieſu. Sicut eſt mihi iuſtum, hoc ſentîre pro ómnibus vobis: eò quod hábeam vos in corde, & in vínculis meis, & in defenſiône, & confirmatiône Euangélij ſócios gáudij mei omnes vos eſſe. Teſtis enim mihi eſt Deus, quómodo cúpiam omnes vos in viſcéribus Ieſu Chriſti. Et hoc oro: vt cháritas veſtra magis ac magis abúndet in ſciéntia, & in omni ſenſu: vt probêtis potiôra, vt ſitis ſincéri, & ſine offenſa in diem Chriſti, repléti fructu iuſtítiæ per Ieſum Chriſtum, in glóriam, & laudem Dei.

℟. Ecce quàm bonum & quàm iucúndum, habitâre fratres in vnum. Pſal. 132.

℣. Sicut vnguéntum in cápite, quod deſcéndit in barbam, barbam Aaron. Alleluia. ℣. Qui ſánat contrítos corde, & álligat contritiónes eórum. Alleluia. Pſal. 146.

Sequéntia ſancti Euangélij ſecúndum Matthæum.

Cap. 18. IN illo témpore: Dixit Ieſus Diſcípulis ſuis. Símile eſt regnum cœlôrum hómini regi, qui vóluit ratiônem pónere cum ſeruis ſuis. Et cum cœpíſſet ratiônem pónere: oblâtus eſt ei vnus, qui debêbat decem míllia talénta. Cum autem non habêret vnde rédderet; iuſſit eum Dóminus venúndari, & vxôrem eius, & fílios, & omnia quæ habêbat, & reddi. Prócidens autem ſeruus ille, orâbat eum dicens. Patiéntiam habe in me: & ómnia reddam tibi. Miſértus autem Dóminus ſerui illius, dimîſit eum: & débitum dimîſit ei. Egréſſus autem ſeruus ille inuênit vnum de conſéruis ſuis, qui debêbat ei centum denários. Et tenens, ſuffocâbat eum, dicens. Redde, quod debes. Et prócidens conſéruus eius: rogâbat eum dicens. Patiéntiam habe in me: & ómnia reddam tibi. Ille autem nóluit: ſed ábijt & miſit eum in cárcerem, donec rédderet débitum. Vidéntes autem conſérui eius quæ fiébant contriſtáti ſunt valde. Et venérunt: & narrauérunt Dómino ſuo ómnia quæ facta fúerant. Tunc vocâuit illum Dóminus ſuus: & ait illi. Serue nequam, omne débitū dimíſi tibi, quóniam rogáſti me. Nonne ergo opórtuit & te miſeréri conſérui tui, ſicut & ego tui miſértus ſum? Et irâtus Dóminus eius trádidit eum tortóribus, quoadúſque rédderet vniuérſum débitum. Sic & pater meus cœléſtis fáciet vobis: ſi non remiſerîtis vnuſquíſque fratri ſuo: de córdibus veſtris.

Credo.

Offertorium. Recordâre mei Dómine, omni potentátui dóminans: & da ſermónem rectum in os meum: vt pláceant verba mea in conſpéctu príncipis. Heſt. 14.

Secreta.

SVſcipe Dómine propícius hóſtias, quibus & te placári voluíſti, & nobis ſalûtem poténti pietâte reſtítui. Per Dóminum.

Communio. Dico vobis, gáudium eſt ángelis Dei ſuper vno peccatôre pœniténtiam agénte. Luc. 15.

Poſt commun.

IMmortalitâtis alimóniam conſecúti, quæſumus Dómine: vt quod ore percépimus, mente ſectêmur. Per.

DOMINICA XXIIII.
Poſt Pentecoſten.

Introitus.

Hie. 29. DIcit Dóminus, ego cógito cogitatiónes pacis, & non afflictiônis: inuocábitis me, & ego exáudiam vos: & redûcam captiuitâtem veſtram de cunctis locis.

Pſal. 84. Pſalm. Benedixiſti Dómine terram tuam, auertíſti captiuitâtem Iacób.

Collecta.

DEus refúgium noſtrum, & virtus: adéſto pijs Ecléſię tuę précibus, auctor ipſe pietâtis, & præſta: vt quod fidéliter pétimus: efficáciter conſequâmur. Per Dominũ.

Léctio Epíſtolæ beáti Pauli apóſtoli ad Philippenſes.

ca. 3. FRatres: Imitatóres mei eſtôte, & obſeruâte eos, qui ita ámbulant, ſicut habêtis formam noſtram. Multi enim ámbulant, quos ſæpè dicêbam vobis (nunc autem & flens dico) inimícos crucis Chriſti: quorum finis intéritus: quorum Deus venter eſt: & glória in confuſiône ipſôrum, qui terrêna ſápiunt. Noſtra autem conuerſátio in cœlis eſt: vnde étiam Saluatôrē expectâmus Dóminum noſtrum Ieſum Chriſtum, qui reformâbit corpus humilitâtis noſtræ, configurâtum córpori claritâtis ſuæ, ſecúndum operatiônem, qua poſsit étiã ſubiícere ſibi ómnia. Itaque c. 4. fratres mei charíſsimi & deſideratíſsimi, gáudium meũ & corôna mea: ſic ſtate in Dómino charíſsimi. Euchodiam rogo, & Syntychen déprecor, idípſum ſápere in Dómino. Etiam rogo & te germâne compar, ádiuua illas, quæ mecum laborauérũt in Euangélio cũ Cleménte, & cæteris adiutóribus meis, quorum nómina ſunt in libro vitæ.

℟. Liberáſti nos Dómine ex affigéntibus nos: & eos qui nos odérunt, confudíſti. ℣. In Deo laudábimur tota die, & in nómine tuo confitébimur in ſæcula. Pſal. 43.

Alleluia. ℣. Qui póſuit fines tuos pa- Pſ. 147.

cem, & ádipe fruménti ſátiat te. Allel.

Sequéntia ſancti Euangélij ſecúndum Matthæum.

Cap. 22. IN illo témpore: Abeúntes Phariſæi: cōſilium iniérunt vt cáperét Ieſum in ſermône. Et mittunt ei diſcípulos ſuos: cum Herodiánis: dicéntes. Magíſter: ſcimus quia verax es, & viam Dei in veritâte doces: & non eſt tibi cura de áliquo. Non enim réſpicis perſônam hóminum. Dic ergo nobis, quid tibi vidêtur? Licet cenſum dare Cæſari an non? Cógnita autem Ieſus nequítia eôrum, ait. Quid me tentâtis hypócritæ? Oſténdite mihi numíſma cenſus. At illi obtulérunt ei denárium. Et ait illis Ieſus. Cuius eſt imâgo hæc & ſuperſcríptio? Dicunt ei. Cæſaris. Tunc ait illis. Rédite ergo, quæ ſunt Cæſaris Cæſari: & quæ ſunt Dei Deo. Credo.

Pſal. 129. Offertorium. De profúndis clamáui ad te Dómine, Dómine exáudi oratiônem meam.

Secreta.

DA miſéricors Deus: vt hæc ſalutâris oblátio & à proprijs nos reátibus indeſinénter expédiat: & ab ómnibus tueâtur aduérſis. Per.

Communio. Amén dico vobis, quicquid orántes pétitis, crédite, quia accipiétis, & fiet vobis. Mar. 11.

Poſt communio.

SVmpſimus Dómine, ſacri dona myſtérij, humíliter deprecántes: vt quæ in tui commemoratiône nos fácere præcepíſti in noſtræ profíciant infirmitâtis auxílium. Qui viuis & regnas.

DOMINICA XXV. & vltima poſt Pentecoſt.

Introitus.

DIcit Dóminus, ego cógito cogitatiónes pacis, & non affliĉtiônis: inuocábitis me, & ego exáudiam vos: & redûcam captiuitâtem veſtram de cunctis locis. Hie. 29.

Pſalm. Benedixíſti Dómine terram tuam, auertíſti captiuitâtem Iacób. Pſal. 84.

Collecta.

EXcita, quæſumus Dómine, tuôrum fidélium voluntátes: vt diuíni óperis fructum propénſius exequéntes pietâtis tuę remédia maiôra percípiant. Per Dóminum.

Lectio Hieremíæ prophétæ.

Cap. 23. ECce, dies véniunt, dicit Dñs, & ſuſcitâbo Dauid germẽ iuſtũ, & regnâbit rex, & ſápiẽs erit: & fáciet iudíciũ & iuſtítiã in terra. In diêbus illis ſaluábitur Iuda, & Iſraél habitâbit confidénter: & hoc eſt nomen quod vocábũt eũ, Dñs, iuſtus noſter. Propter hoc ecce dies véniunt, dicit Dñs, non dicent vltra, viuit Dñs, qui eduxit filios Iſraél de terra Ægypti: ſed viuit Dñs qui eduxit, & addúxit ſemen domus Iſraél de terra Aquilônis, & de cunctis terris ad quas eiécerãt eos illuc. Et habitábunt in terra ſua: dicit Dóminus omnípotens.

Pſal. 43. ℟. Liberáſti nos Dómine ex affligéntibus nos: & eos qui nos odérunt, confudíſti. ℣. In Deo laudábimur tota die, & in nómine tuo confitébĩmur in ſæcula. Pſal. 147. Alleluia. ℣. Qui póſuit fines tuos pacem, & ádipe fruménti ſátiat te. Alleluia.

Sequéntia ſancti Euangelij ſecúndum Ioánnem.

Cap. 6. IN illo tẽpore: Cũ ſublevâſſet oculos Ieſus & vidíſſet quia multitûdo máxima venit ad eũ: dicit ad Philíppũ. Vnde emêmus panes vt mandúcent hi? Hoc autẽ dicêbat: tentans eũ. Ipſe enim ſciêbat quid eſſet factûrus. Reſpóndit ei Philippus. Ducentôrũ denariôrum panes non ſuffíciunt eis: vt vnuſquíſq; módicũ quid accípiat. Dicit ei vnus ex diſcípulis eius, Andréas frater Simônis Petri. Eſt puer vnus hic: qui habet quinque panes hordeáceos & duos piſces. Sed hęc quid ſunt inter tãtos? Dixit ergo Ieſus. Fácite hómines diſcũbere. Erat aũt fænũ multũ in loco. Diſcubuérũt ergo viri: número quaſi quinque míllia. Accêpit ergo Ieſus panes: & cũ grátias egiſſet diſtríbuit diſcũbéntibus. Similiter & ex píſcibus quantũ volébant. Vt autẽ impléti ſunt dixit diſcípulis ſuis. Collígite quę ſuperauérunt fragménta: ne péreãt. Collegérũt ergo: & impleuérunt duódecim cóphinos fragmentôrũ ex quinque pánibus hordeáceis, quę ſuperfuérunt his qui manducáuerant. Illi ergo hómines cum vidíſſent quod fécerat ſignum dicebant.

Quia

Quia hic eſt verè prophêta: qui ventûrus eſt in mundum. Credo.

Pſal. 129. Offertorium. De profúndis clamáui ad te Dómine, Dómine exáudi oratiônem meam. Secreta.

PRopícius eſto Dómine, ſupplicatiónibus noſtris: & pópuli tui oblatiónibus, précibuſque ſuſcéptis, ómnium noſtrum ad te corda conuérte: vt à terrénis cupiditátibus liberáti, ad cœléſtia deſidéria trãſeâmus. Per Dóminum noſtrum.

Commu. Amén dico vobis, quicquid orántes pétitis, crédite, quia accipiétis, & fiet vobis. Mat. 11.

Poſt commun.

COncêde nobis, quæſumus Dómine: vt per hæc ſacraménta, quæ ſúmpſimus, quicquid in noſtra mente vitiôſum eſt, ipſôrum medicatiônis dono curêtur. Per Dóminum.

FINIS OFFICII DOMINICALIS ET FERIATI.

PROPRIVM MISSARVM DE SANCTIS

Secundum vſum Sacri Ordinis Ciſterciénſis.

26 Decemb. IN FESTO SANCTI STEPHANI PROTOMARTYRIS.

Statio ad Sanctum Stephanum in Cælio monte.



Introitus.

Psal. 118. ETenim ſedérũt prín cipes, & aduérſum me loquebántur: & iníqui perſecúti ſunt me: ádiuua me, Dñe Deus meus: quia ſeruus tuus exercebâtur in tuis iuſtificatiónibus.

Pſal. Beáti immaculáti in via, qui ámbulant in lege Dñi. ℣. Glória Patri. Ibi.

Collecta.

DA nobis, quæſumus Dómine, imitári quod cólimus: vt diſcâmus & inimícos dilígere: quia eius natalítia celebrâmus: qui nouit étiã pro perſecutóribus exorâre Dóminum noſtrum Ieſum Chriſtum.

Si in aliquo feſtorum infra octa. Natiui. occurrat Dominica, prima commemoratio erit de ipſa Dominica, ſecunda de Natiuitate, deinde de cæteris. infra. fol. 180. Inuenies commemorationes quæ fiunt in octaua Natiuitatis pro Miſsis matutinalibus.

Léctio áctuum Apoſtolôrũ.

ca. 6. IN diébus illis: Stéphanus plenus grátia & fortitúdine, faciêbat prodígia & ſigna magna in pópulo. Surrexérunt autem quidam de Synagóga, quæ appellabâtur Libertinôrum, & Cyrenénſiũ, & Alexandrinôrum, & eôrũ, qui erant à Cilícia & Aſia, diſputántes cum Stéphano: & non póterant reſíſtere ſapiéntiæ & ſpirítui, qui loquebâtur. Audiéntes autem hæc:
ca. 7. diſſecabántur córdibus ſuis, & ſtridébant déntibus in eũ. Cùm autem eſſet Stéphanus plenus Spíritu ſancto, inténdens in cœlum, vidit glóriã Dei, & Ieſum ſtantem à dextris virtûtis Dei, & ait. Ecce vídeo cœlos apértos: & Fílium hóminis ſtantem à dextris virtûtis Dei. Exclamántes autem voce magna, continuérunt aures ſuas: & impetum fecérunt vnanímiter in eum. Et eijciéntes eum extra ciuitâtem, lapidábant. Et teſtes depoſuérunt veſtiménta ſua ſecus pedes adoleſcéntis, qui vocabâtur Saulus. Et lapidábant Stéphanum inuocántem, & dicéntem. Dómine Ieſu, ſúſcipe ſpíritum meũ. Póſitis autem génibus, clamâuit voce magna, dicens. Dómine, ne ſtátuas illis hoc peccâtum. Et cùm hoc dixíſſet, obdormîuit in Dómino.

℞. Sedérunt príncipes, & aduérſum me loquebántur: & iníqui perſecúti ſunt me. ℣. Adiuua me, Dómine Deus meus: ſaluum me fac propter miſericórdiam tuam. Pſal. 118.

Alleluia. ℣. Vídeo cœlos apértos, & Ieſum ſtantem à dextris virtûtis Dei. Alleluia. Act. 7.

Se-

Sequéntia ſancti Euangélij ſecúndum Matthæum.

c. 23 IN illo témpore: Dicébat Ieſus turbis Iudæôrum, & princípibus ſacerdôtum. Ecce, ego mitto ad vos Prophétas, & ſapiéntes, & ſcribas: & ex illis occidêtis & crucifigêtis: & ex eis flagellábitis in ſynagógis veſtris: & perſequémini de ciuitâte in ciuitâtem: vt véniat ſuper vos omnis ſanguis iuſtus, qui effûſus eſt ſuper terrã: à ſánguine Abél iuſti vſque ad ſánguinem Zacharíæ fílij Barachíæ, quem occidíſtis inter templum & altâre. Amen dico vobis: vénient hæc ómnia ſuper generatiônem iſtam. Hieruſalém, Hieruſalém, quæ occîdis Prophétas, & lápidas eos, qui ad te miſſi ſunt: quóties vólui cõgregâre fílios tuos, quemádmodum gallîna cóngregat pullos ſuos ſub alas: & noluíſti. Ecce, relinquêtur vobis domus veſtra deſérta. Dico enim vobis: non me vidébitis ámodò, donec dicâtis. Benedíctus qui venit in nómine Dómini.

Offertorium. In virtûte tua Dómine lætábitur iuſtus, & ſuper ſalutâre tuum exultábit veheménter, deſidérium ánimæ eius tribuíſti ei. Pſal. 20.

Secreta.

SVſcipe, Dómine, múnera, pro tuôrum commemoratiône ſanctôrum: vt, ſicut illos páſsio glorióſos effêcit, ita nos deuótio reddat innócuos. Per Dóminum noſtrum Ieſum Chriſtum.

Communio. Vídeo cœlos apértos, & Ieſum ſtantem à dextris virtûtis Dei: Dómine Ieſu, ſúſcipe ſpíritum meum, & ne ſtátuas illis hoc peccátum, quia néſciunt quid fáciunt. Act. 7.

Poſt communionem.

AVxiliéntur nobis, Dómine, ſumpta myſtéria: & intercedénte beáto Stéphano protomártyre tuo, ſempitérna protectiône confírmẽt. Per Dóminum noſtrum Ieſum Chriſtum.

IN FESTO
27 Sancti Ioannis Apoſtoli & Euangeliſtæ.

Statio ad S. Mariam maiorem.



Introitus.

Ecclef. 15. IN médio Eccléſiæ apéruit os eius: & implêuit eum Dóminus ſpíritu ſapiéntiæ & intelléctus, & ſtolam glóriæ induit eum.

Ibi. Pſal. Iucunditâtem & exultatiônem theſaurizâuit ſuper eum. Collecta.

ECcléſiam tuam, Dómine, benígnus illúſtra: vt beáti Ioánnis Apóſtoli tui & Euãgelíſtæ illuminâta doctrínis, ad dona peruéniat ſempitérna. Per Dóminum noſtrum.

Lectio libri Sapiéntiæ.

QVi timet Deum, fáciet bona: & qui cóntinens eſt iuſtítiæ, apprehéndet illã: & obuiâbit illi quaſi mater honorificâta. Cibâbit illum pane vitæ & intelléctus: & aqua ſapiéntiæ ſalutâris potâbit illum. Et firmábitur in illo, & non flectêtur: & continêbit illum, & non confundêtur: & exaltâbit illum apud próximos ſuos. In médio Eccléſiæ apériet os eius: & implêbit eum Dóminus ſpíritu ſapiéntiæ & intelléctus: & ſtolam glóriæ induet eum. Iucunditâtem & exultatiônem theſaurizâbit ſuper eum: & nómine ætérno hæreditâbit illum Dóminus Deus noſter. Ecclef. 15.

℟. Exijt ſermo inter fratres, quòd diſcípulus ille non móritur. ℣. Sed ſic eum volo manêre, donec véniam: tu me ſequere. Ioã. 21.

Alleluia. ℣. Hic eſt diſcípulus ille, qui teſtimónium pérhibet de his, & ſcimus quia verum eſt teſtimónium eius. Alleluia. Ibi.

Sequéntia ſancti Euangélij ſecúndum Ioánnem.

IN illo témpore: Dixit Ieſus Petro: Séquere ca. 21.

me

me. Conuérſus Petrus, vidit illum diſcípulum, quem dili-gêbat Ieſus, ſequéntem: qui & recúbuit in cœna ſuper pectus eius, & dixit: Dómine, quis eſt qui tradet te? Hunc ergo cum vidiſſet Petrus, dixit Ieſu. Dómine, hic autem quid? Dicit ei Ieſus. Sic eum volo manêre, donec véniam. Quid ad te? Tu me ſéquere. Exijt ergo ſermo iſte inter fratres, quòd diſcípulus ille non móritur. Et non dixit ei Ieſus, quia non móritur: ſed ſic eum volo manêre, donec véniam, quid ad te? Hic eſt diſcípulus ille, qui teſtimóniũ pérhibet de his: & ſcripſit hæc. Et ſcimus, quia verum eſt teſtimóniũ eius. Credo.

Pſal. 91 Offertorium. Iuſtus, vt palma florêbit: ſicut cedrus, quæ in Líbano eſt, multiplicábitur. Secreta.

SVſcipe, Dñe, múnera, quę in eius tibi ſolénitâte deférimus: cuius nos confídimus patrocínio liberári. Per.

Præfatio de Apoſto. Te Dómine ſuppliciter, vt fol. 141.

Ioã. 21. Communio. Exijt ſermo inter fratres, quòd diſcípulus ille non móritur: & non dixit Ieſus, non móritur: ſed ſic eum volo manêre, donec véniam.

Poſt communio.

REfécti cibo, potúque cœléſti, Deus noſter, te ſúpplices deprecâmur: vt in cuius hæc cõmemoratiône percépimus, eius muniâmur & précibus. Per Dóminum.

IN FESTO Sanctorum Innocentium. 28

Statio ad Sanctum Paulum.

Introitus.

EX ore infántium, Deus, & lactétium perfeciſti laudẽ propter inimícos tuos. Pſal. 8.

Pſalm. Dómine Dóminus noſter, quàm admirábile eſt nomẽ tuũ in vniuérſa terra! ℣ Gloria. Ibi. Collecta.

DEus, cuius hodiérna die præcónium Innocéntes mártyres, non loquéndo, ſed moriéndo conféſſi ſunt, ómnia in nobis vitiôrum mala mortífica: vt fidẽ tuam, quã lingua noſtra lóquitur, étiam móribus vita fateâtur. Per.

Léctio libri Apocalypſis beáti Ioánnis Apóſtoli.

IN diêbus illis: Vidi ſupra montem Sión, agnum ſtantem, & cum eo centum qua- c. 14

dragínta quátuor míllia habéntes nomen eius, & nomẽ patris eius ſcriptum in fróntibus ſuis. Et audíui vocem de cœlo, tanquam vocẽ aquârum multârum: & tanquam vocem tonítrui magni. Et vocem, quam audíui, ſicut citharœdôrum citharizántium in cítharis ſuis. Et cãtábãt quaſi cánticum nouum ante ſedẽ Dei, & ante quátuor animália, & ſeniores. Et nemo póterat dícere cánticum, niſi illa centum quadragínta quátuor míllia, qui empti ſunt de terra. Hi ſunt, qui cum muliéribus non ſunt coinquináti. Vírgines enim ſunt. Hi ſequũtur agnum, quocúnque íerit. Hi empti ſunt ex homínibus primítiæ Deo & agno: & in ore ipſôrum non eſt inuéntum mendáciũ. Sine mácula enim ſunt ante thronũ Dei.

Pſal. 123. ℟. Anima noſtra ſicut paſſer, erépta eſt de láqueo venántium. ℣. Láqueus contrítus eſt, & nos liberáti ſumus: adiutórium noſtrum in nómine Dómini, qui fecit cœlum & terram.

Apo 14. Alleluia. ℣. Hi ſunt qui cum muliéribus non ſunt coinquináti vírgines enim permanſérunt. Alleluia.

Sequéntia ſancti Euangélij ſecúndum Matthæum.

In illo témpore: Angelus Dómini appáruit in ſomnis Ioſéph, dicens. Surge & áccipe púerum, & matrem eius, & fuge in Ægyptum: & eſto ibi vſque dum dicam tibi. Futûrũ eſt enim, vt Heródes quærat púerum ad perdéndum eum. Qui conſúrgens, accêpit púerum, & matrem eius nocte: & ſecéſſit in Ægyptum. Et erat ibi vſq; ad óbitũ Herôdis: vt adimplerêtur quod dictum eſt à Dómino per Prophêtam dicẽtẽ. Ex Ægypto vocáui Fílium meũ. Tunc Heródes, videns quóniam illûſus eſſet à Magis, irâtus eſt valde. Et mittens, occîdit omnes púeros, qui erant in Bethlehém, & in ómnibus finibus eius, à bimátu & infra, ſecúndum tẽpus quod exquiſíerat à Magis. Tunc adimplêtum eſt, quod dictũ eſt per Hieremîam Prophêtam, dicéntem: Vox in Ramá audîta eſt, plorâtus & vlulâtus multus. Rachél plorans filios ſuos: & nóluit conſo-

Ca. 2. Hie. 31.

lári, quia non ſunt.

Pſal. 123. Offerto. Anima noſtra, ſicut paſſer, erépta eſt de láqueo venántium: láqueûs contrîtus eſt, & nos liberáti ſumus. Secreta.

SAnctórum tuôrum, Dómine, nobis pia non deſit orátio: quæ & múnera noſtra concíliet, & tuam nobis indulgéntiam ſemper obtíneat. Per Dóminum noſtrũ.

Hie. 31. Communio. Vox in Ramá audita eſt, plorâtus & vlulâtus, Rachél plorans filios ſuos, & nóluit conſolári, quia non ſunt. Poſt communio.

VOtîua, Dómine, dona percépimus: quę ſanctôrum nobis précibus, & præſéntis, quæſumus, vitæ páriter & ætérnæ, tríbue conférre ſubſídium. Per Dóminũ.

COMMEMORAtiones de Natiuita. S. Stepha. S. Ioan. & SS. Innocent.

De Natiuitate. Collecta.

COncêde, quæſumus omnípotens Deus: vt nos vnigéniti tui noua per carnem natíuitas líberet: quos ſub peccáti iugo vetúſta ſéruitus tenet. Per eúndem Dóminum. Secreta.

OBlâta Dómine, múnera, noua vnigéniti tui natiuitâte ſanctífica: noſq; à peccatôrum noſtrôrum máculis emúnda. Per eúndem.

Poſt communionem.

PRæſta, quæſumus omnípotens Deus: vt natus hódie ſaluâtor mundi, ſicut diuínæ nobis generatiônis eſt auctor: ita & immortalitâtis ſit ipſe largîtor. Qui tecũ viuit.

De S. Stephano. Collecta.

DA nobis, quæſumus, Dómine, imitári quod cólimus: vt dıſcâmus & inimícos dilígere: quia eius natalítia celebrâmus: qui nouit étiã pro perſecutórib⁹ exorâre Dñm noſtrũ Ieſum Chriſtum filiũ tuum. Secreta.

SVſcipe, Dómine, múnera, pro tuôrum commemoratiône ſanctôrum: vt ſicut illos páſsio glorióſos effêcit, ita nos deuótio reddat innócuos Per Dñm. Poſt communio.

AVxiliéntur nobis, Dñe, ſumpta myſtéria: & intercedénte beáto Stéphano protomártyre tuo, ſempitérna protectiône confírment. Per Dóminum noſtrum.

De S. Ioanne. Collecta.

ECcléſiam tuam, Dómine, benígnus illúſtra: vt beáti Ioánnis apóſtoli tui & euangelíſtæ illuminâta doctrínis: ad dona peruéniat ſempitérna. Per Dóminum. Secreta.

SVſcipe, Dñe, múnera, quæ in eius tibi ſolennitâte deférimus: cuius nos cõfídimus patrocínio liberári. Per Dóminum. Poſt communio.

REfécti cibo, potúq; cœléſti, Deus noſter, te ſúpplices deprecâmur: vt in cuius hæc commemoratiône percépimus: eius muniâmur & précibus. Per Dóminum.

De SS. Innocent. Collecta.

DEus, cuius hodiérna die præcónium Innocéntes mártyres, non loquéndo, ſed moriéndo conféſsi ſunt, ómnia in nobis vitiôrum mala mortífica: vt fidem tuã, quã lingua noſtra lóquitur: étiã móribus vita fateâtur. Per Dóminum noſtrũ. Secreta.

SAnctôrum tuôrũ nobis, Dñe, pia non deſit orátio: quæ & múnera noſtra concíliet, & tuam nobis indulgéntiam ſemper obtíneat. Per.

Poſt communionem.

VOtîua, Dñe, dona percépimus: quæ ſanctôrũ nobis précibꝰ, & præſéntis, quæſumus, vitę páriter & ętérnę, tríbue conférre ſubſídiũ. Per.

FESTA IN OCTAVA
Natiuitatis occurrentia.

S. THOMÆ ARchiepiſcopi Cãtuariẽſis Miſſa Lætabitur iuſtus. &c. vt in communi vnius mart. fol. 1. 29

TRANSLATIO. S. IAco. Patroni Hiſpa. Miſſa vt in eius feſto pręter collectas proprias, quę ibi notãtur. fol. 30

S. SYLVESTRI P. Miſſa, Sacerdotes tui. vt in communi vnius confeſſoris Põtificis. fol. 5. Epiſto. Ecce Sacerdos. ℟. Ecce ſacerdos. Euãgeliũ. Homo quidã. &c. fo. 6. 31

FESTA IANVARII.

IN OCTAVA S. Stephani, Miſſa vt in die, ſed nõ dicitur, Gloria in ex. 2

IN OCTAVA S. Ioãnis, Miſſa, vt in die: ſed non dicitur Gloria in ex. nec Credo. nec præfa de Apoſto. 3

Eodem die commemoratio S. Genouefæ virg. Collecta. Exaudi nos Deus. vt in cõi commemorationũ. fol. 15.

4 INOCTA. SS. INnocentium Miſſa vt in die ſine Gloria in excelſis.

10 GVILLERMI EPISCOPI & confeſ. Miſſa. Statuit ei Dóminus. &c. vt in cõi cõfeſſoris Pontificis. fol. 4.

Eodẽ die Pauli primi Eremitæ cõmemo. Collecta. Deus qui nos beati N. annua. &c. vt in cõi commemo. fol. 14.

13 HILARII ET REmigij Epiſcoporum commemoratio. Collecta.

INfirmitâtẽ noſtrã quæſumus Dñe propícius réſpice: & mala ómnia quæ iuſtè merêmur, ſanctôrũ tuôrũ interceſſiône auérte. Secreta.

ADéſto Dñe ſupplicatiónibus noſtris, quas in ſanctôrum tuôrũ cõmemoratiône deférimus: vt qui noſtræ iuſtítiæ fidúciam non habêmus: eôrũ qui tibi placuérũt méritis adiuuêmur. Poſt cõ.

QVæſumus Dñe ſalutáribus repléti myſtérijs: vt quorum ſolénnia celebrâmus, eôrum oratiónibus adiuuêmur. Per.

FELICIS IN PINCIS mart. Introitus. 14

OS iuſti meditábitur ſapiéntiam: & lingua eius loquêtur iudícium, lex Dei eius in corde ipſius. Pſal. 36.

Pſal. Noli æmulári in malignãtibus: neque zeláueris faciéntes iniquitâtem. Collecta. Ibi.

COncêde quæſumus omnípotens Deus, vt ad meliôrem vitã ſanctôrũ tuôrũ exémpla nos próuocẽt: quátenus quorũ ſolẽnia ágimus, étiã actus imitêmur. Per.

Léctio Epiſtolę B. Pauli Apóſtoli ad Hebræos.

FRatres. Doctrínis várijs & peregrínis: nolîte abdúci. Optímum eſt enim, grátia ſtabilîre cor: nõ eſcis, quæ nõ profuérunt ambulántibus in eis. Habêmus altâre: de quo édere nõ habẽt poteſtâtẽ, qui tabernáculo deſéruiunt. Quorum enim animáliũ infértur ſanguis pro peccáto in ſancta per põtíficem, horũ córpora c. 13

cremántur extra caſtra. Propter quod & Ieſus vt ſanctificâret per ſuum ſánguinē pópulum: extra portam paſſus eſt. Exeâmus ígitur ad eū extra caſtra impropérium eius portātes. Nō enim habêmus hic manentē ciuitâtē: ſed futûrā inquírimus. Per ipſum ergo offerâmus hóſtiā laudis ſemper Deo: id eſt fructū labiôrū cōfitētiū nómini eius. Beneficētię autē & cōmuniônis, nolîte obliuíſci. Tálibus enim hoſtijs: ꝓmerêtur Deꝰ.

pſal. 109 ℟. Iurâuit Dñs & non pœnitêbit eū: tu es ſacérdos in ætérnū: ſecundū órdinē Melchiſedech. ℣. Dixit Dóminus Dño meo: ſede à dextris meis. Alleluia. ℣. Diſpóſui teſtaméntū eléctis meis: iurâui Dauid ſeruo meo. Alleluia. pſal. 88.

Sequéntia ſancti Euangélij ſecúndum Lucam.

c. 10. IN illo tēpore. Dixit Ieſus diſcípulis ſuis. Qui vos audit: me audit. Et qui vos ſpernit: me ſpernit. Qui autē me ſpernit: ſpernit eū qui me miſit. Reuérſi ſunt autē ſeptuagíntaduo cum gáudio: dicéntes. Dñe, étiam dæmónia ſubijciūtur nobis in nómine tuo. Et ait illis. Vidêbā Sathânam, ſicut fulgur de cœlo cadéntem. Ecce dedi vobis poteſtâtē calcādi ſupra ſerpētes & ſcorpiónes: & ſupra omnē virtûtē inimíci: & nihil vos nocêbit. Verúmtamē in hoc nolîte gaudêre: quia ſpíritus vobis ſubijciúntur. Gaudête autem quòd nomina veſtra ſcripta ſunt in cœlis.

Offert. Glória & honôre coronáſti eum: & cōſtituíſti eum ſuper ópera mánuum tuârum Dómine. pſal. 8.

Secreta.

HOſtias tibi Dñe beáti Felícis confeſſôris tui dicátas méritis benígnus aſſûme: & ad perpétuū nobis tríbue prouenîre ſubſídium. Per.

Commu. Poſuíſti Dómine in cápite eius corônam de lápide pretióſo. pſal. 20.

Poſt communionem.

QVæſumus Dñe ſalutáribus repléti myſtérijs: vt cuius ſolénia celebrâmus: eius oratiónibus adiuuêmur. Per Dóminum noſtrum.

IN FESTO GLORIOſiſſimi nominis Ieſu. 15

Introitus.

IN nomine Ieſu omne genu flectâtur cœléſtium, terréſtrium, Philip. 2

& infernôrum: & omnis lingua confiteâtur quia Dóminus noſter Ieſus Chriſtus in glória eſt Dei patris, Alleluia.

Pſal. 134. Pſal. Laudâte Dóminum quóniã bonus eſt Dôminus, & pſállite nómini eius quóniam ſuâue eſt. ℣. Glória Patri & Filio.

Collecta.

Deus qui gloriôſum nomen Ieſu Chriſti vnigéniti filij tui Dómini noſtri fecíſti fidélibus tuis ſummo ſuauitâtis effécti amábile, & malígnis ſpirítibus treméndum atque terríbile, concêde propícius: vt omnes qui hoc nomen Ieſu deuótè venerántur in terris, ſanctæ cõſolatiônis dulcédinem in præſénti percípiant, & in futúro gáudium exultatiônis & interminábilis iubilatiônis obtíneãt. Per eundem Dóminum.

Léctio Actuum Apoſtolôrum.

In diêbus illis, Petrus replêtus Spíritu ſancto dixit: Príncipes pópuli & ſenióres audîte. Si nos hódie diiudicâmur in benefíciohóminis infírmi, in quo iſte ſaluus fact⁹ eſt, notũ ſit ómnibus vobis, & omni plebi Iſraél. Quia in nómine Dómini noſtri Ieſu Chriſti Nazaréni: quem vos crucifixíſtis: quem Deus ſuſcitâuit à mortuis. In hoc iſte aſtat coram vobis ſanus. Hic eſt enim lapis, qui reprobâtus eſt à vobis ædificántibus, hic factus eſt in caput ánguli. Et non eſt in áliquo álio ſalus: nec enim nomen eſt áliud ſub cœlo datum homínibus: in quo opórteat nos ſaluos fíeri.

℟. Conſtítuit Deus Pater ad dénterã ſuam Ieſum Chriſtum in cœléſtibus ſupra omnem poteſtâtem, principâtum, & virtûtem, dominatiônem, & omne nomen quod nominâtur, non ſolum in hoc ſæculo, ſed etiam in futúro: & ómnia ſubiêcit ſub pédibus eius. ℣. Adiuua nos Deus ſalutâris noſter: & propter glóriam nóminis tui Dómine líbera nos, & propícius eſto peccátis nóſtris propter nomen tuum.

Alleluia. ℣. Dulce nomen Dómini noſtri Ieſu Chriſti, melos auri, mel in eſu, & planctum conuértit in iúbilum: & fugat mundi ſíbilum. Alleluia.

In Septuageſima. Tractus.

Dulce nomẽ Ieſu Chriſti, omnẽ aúferens triſtítiã, iucúndans mentẽ iúbilo. ℣. Tollit luctum, affert ſu-

ctum, & obdúctum & ſedúctũ purgat cor à núbilo. ℣. Nominâtum inuocâtum, honorâtum, prædicâtum, ſemper ſonat dúlciter. ℣. Tam peccâtũ, quàm reâtum, cõdonâtum expurgâtũ reddit mulcens léniter. ℣. Nos deféndit nos accéndit, nos inténdit & exténdit hoc nomen in gáudium.

Luc. 24. ¶ In tempore Paſchali. Alleluia. ℣. Surgens Ieſus Dóminus noſter, ſtetit in médio diſcipulórum ſuôrum, & dixit eis. Pax vobis. Alleluia. ℣. Non vos relínquã órphanos: vado & vénio ad vos: & gaudêbit cor veſtrũ.

Sequéntia ſancti Euangélij ſecúndum Matthæum.

ca. 1. IN illo témpore, Angelus Dómini in ſomnis apparuit Ioſeph dicens, Ioſeph fili Dauid, noli timêre accípere Marîam cóniugem tuam. Quod enim in ea natũ eſt, de Spiritu ſancto eſt. Páriet autem filium, & vocâbis nomẽ eius Ieſum. Ipſe enim ſaluum fáciet pópulum ſuum à peccátis eorum. Hoc autẽ totum factum eſt, vt adimplerêtur quod dictum eſt à Dómino per prophêtam dicéntem: Ecce virgo in vtero habêbit: & páriet filiũ & vocábitur nomẽ eius Emmánuel: quod interpretátur nobíſcũ Deus. Credo.

Offert. In nómine meo dæmónia eijciẽt, linguis loquẽtur nouis, ſerpéntes tollẽt: & ſi mortíferũ quid bíberint, nõ eis nocêbit: ſuper ęgros manus impónent & benè habébunt. Mar. vlt.

Secreta.

IN veneratiône nóminis dilécti Filij tui Ieſu Chriſti Dómini noſtri, Deus pater miſericordiârũ, deuótis mẽtibus hóſtias tibi immolâmus, ſupplíciter deprecántes, vt eârum virtûte cunctis egéntibus præſtêtur auxílium, & in eôdem nomine delectántes, ſalutârem ſui propóſiti conſequántur effẽctũ. Per eúndẽ.

Prefatio. Quia per incarnáti verbi. fol. 139.

Cõm. Vincénti dabo manná abſcõditũ & dabo illi cálculũ cándidũ, & in cálculo nomen nouũ ſcriptũ, quod nemo ſcit, niſi qui áccipit. Apo. ca. 2.

Poſt cõm.

SAcroſancta myſtériaquę ſúmpſimus Dñe ad honôrem nóminis cõplacẽtíſsimi Filij tui Dñi noſtri Ieſu Chriſti, deuótis pręcórdijs recolẽtes, quæſumus, incremẽntum nobis ſpirituâlis exultatiônis accúmulent, & affẽctũ noſtrũ ad hũc ſalutíferũ

nomen

nomen Ieſu nobis imprimédum accédant,& ad iubilándum in Ieſu ſalutári noſtro dulcíſſimo,tota mentis attentiône promoueâtur.Per eũd.

16 S.Mauri Abbatis Miſſa Os iuſti. vt in communi vnius Abbatis fol. 7.

EODEM DIE
S. Marcelli papæ & mart.
Introitus.

Ec-cleſ. 45. STatuit ei Dóminus teſtamentum pacis: & príncipem fecit eum vt ſit illi ſacerdótij dígnitas in ætérnum.

Pſal. 88. Pſal. Miſericórdias Dómini: in ætérnum cantâbo. Collecta.

PReces pópuli tui quæſumus Dómine cleménter exáudi:vt beátiMarcélli mártyris tui atq; pontíficis méritis adiuuêmur: cuius paſſiône lætâmur.Per Dóminum.

Lectio libri Sapiéntiæ.

Ec-cleſ. 39. IVſtus cor ſuum tradet ad vigilándum dilúculo: ad Dóminum qui fecit illum:& in conſpéctu altíſsimi deprecábitur. Apériet os ſuum in oratiône: & pro delíctis ſuis deprecábitur.Si enim Dóminus magnus volúerit: ſpíritu intelligéntiæ replêbit illum. Et ipſe tanquam imbres mittet elóquia ſapiéntiæ ſuæ: & in oratiône confitébitur Dómino.Et ipſe díriget conſiliũ eius & diſciplînam:& in abſcónditis ſuis conſiliábitur. Et ipſe palam fáciet diſciplînam doctrínæ ſuæ: & in lege teſtamẽti Dómini gloriábitur.Collaudábunt multi ſapiéntiam eius: & vſq; in ſæculum non delébitur.Non recêdet memória eius:& nomẽ eius requirêtur à generatiône in generatiônem.

℞.Inuéni Dauid ſeruum meum: óleo ſancto vnxi eum: manus enim mea auxiliábitur ei: & bráchium meum confortâbit eum. ℣.Nihil profíciet inimîcus in eo:& fílius iniquitâtis non nocêbit eum. Allelúia. ℣.Póſui adiutórium ſuper poténtem: & exaltáui eléctum de plebe mea. Allelúia. Pſal. 88. Ibi.

Euãgelium. Homo quidam péregre. vt in cõmuni vnius confeſſ.pontificis.fol.6.

Offert. Véritas mea, & miſericórdia mea cum ipſo: & in nómine meo exaltábitur cornu eius. Secreta. Pſal. 88.

SVſcipe quæſumus Dómine múnera dignánter ob-

..āta: & beátiMarcelli ſuffragā tibus méritis,ad noſtræ ſalûtis auxilium prouenîre concêde. Per Dóminum.

Mat. 25. Communio. Dómine quinq; talenta tradidíſti mihi: ecce alia quinq; ſuperlucrâtus ſum: euge ſerue fidêlis: quia in pauca fuíſti fidêlis: ſupra multa te conſtituam, intra in gáudium Dómini tui. Poſt communio.

SAtiáſti Dómine famíliam tuam munéribus ſacris: eius quæſumus ſemper interuentiône nos refóue: cuius ſolénnia celebrâmus. Per Dóminum noſtrum.

17 S. ANTONII ABBAtis Miſſa Os iuſti. vt in cõi vnius Cõfeſſ. nõ Põtif. fol. 8.

Eodem die Sanct. martyrum Speuſip. Eleuſi. Meleuſip. cõm. Collecta. Deus qui nos concedis. vt in commu. commemoratio. fol. 14.

18 PRISCÆ VIRGINIS & martyris. Introitus.

Pſal. 118. LOquêbar de teſtimónijs tuis in conſpéctu regũ & non confundêbar, & meditâbar in mandátis tuis, quæ diléxi nimis.

Pſalm. Beati immaculáti in via: qui ámbulant in lege Dñi. Ibi. Collecta.

DA quæſumus omnípotens Deus: vt qui beátæ Priſcæ mártyris tuæ natalítia cólimus: & ánnua ſolennitâte lætêmur, & tantæ fidei proficiâmus exẽplo. Per.

Léctio libri Sapiéntiæ.

Eccleſ. 51. DOmine Deus meus exaltáſti ſuper terram habitatiônem meam & pro morte defluénti deprecâta ſum. Inuocáui Dóminum patrẽ Dómini mei vt non derelínquat me in die tribulatiônis meæ: & in témpore ſuperbôrum ſine adiutório. Laudâbo nomen tuum aſsídue: & collaudâbo illud in confeſsiône: & exaudîta eſt orátio mea. Liberáſti me de perditiône: & eripuíſti me de témpore iníquo. Proptérea confitêbor, & laudem dicam nómini tuo: Dómine Deus noſter.

℟. Spécie tua & pulchritúdine tua: inténde próſpere procêde & regna. Pſal. 44.

℣. Propter veritâtẽ & mãſuetúdinem & iuſtítiam & dedûcet te, mirabíliter déxtera tua. Alleluia. ℣. Diffûſa eſt grátia in lábijs tuis proptérea benedíxit te Deus in ætérnum. Alleluia. Ibi.

Euan-

Euangelium. Simile eſt regnum cœlôrum theſauro, &c. vt in communi vnius virgi. martyris. fol. 11.

Pſal. 44. Offerto. Filiæ regum in honôre tuo: áſtitit regîna à dextris tuis in veſtítu deauráto circúndata varietâte.

Secreta.

HOſtia Dómine quæſumus quam in ſanctôrũ tuôrum natalítijs recenſéntes offérimus, & víncula noſtræ prauitâtis abſóluat, & tuæ nobis miſericórdiæ dona concíliet. Per Dominum.

Pſal. 118. Cõmu. Feci iudícium & iuſtítiam Dómine non calumniéntur mihi ſupérbi, ad ómnia mandâta tua dirigêbar: omnẽ viam iniquitâtis ódio hábui.

Poſt communionem.

QVæſumus Dómine ſalutáribus repléti myſtérijs: vt cuius ſolénnia celebrâmus: eius oratiónibus adiuuêmur. Per Dóminum.

20 SS. FABIANI ET Sebaſtiani mart. Introitus.

Pſal. 78. INtret in conſpéctu tuo Dómine gémitus compeditôrum: redde vicínis noſtris ſéptuplum in ſinu eôrum, víndica ſánguinem ſanctôrum tuôrum qui effûſus eſt.

Pſal. Deus venérunt géntes in hæreditâtem tuam: polluérunt templum ſanctum tuum: poſuérunt Hieruſalém in pomôrum cuſtódiam. Ibi.

Collecta.

DEus qui beátos mártyres tuos Fabiânum atq; Sebaſtiânum virtûte cõſtántiæ in paſſiône roboráſti: ex eôrũ nobis imitatiône tríbue, pro amôre tuo próſpera mundi deſpícere: & nulla eius aduérſa formidâre. Per Dóminum.

Epiſtola. Sancti per fidem. vt in communi plurimorum martyrum. fol. 3.

℟. Gloriôſus Deus in ſanctis, mirábilis in maieſtâte: fáciens prodígia. ℣. Déxtera tua Dómine glorificâta eſt in virtûte: déxtera manus tua cõfrêgit inimîcum. Exod. 15.

Alleluia. ℣. Sancti tui Dómine benedícent te: glóriam regni tui dicent. Pſal. 144.

¶ Si vero in Septuageſima venerit. Tractus.

QVi ſéminãt in láchrymis: in gáudio metent. ℣. Eúntes ibant & flebant, mitténtes ſémina ſua. ℣. Veniéntes autem vénient in exultatióne, portántes manípulos ſuos. Pſal. 125.

Euangel. Deſcẽdens Ieſus de monte ſtetit in loco. in eodem communi. fol. 4.

Pſal. 32. Offerto. Lætámini in Dómino & exultâte iuſti & gloriámini omnes recti corde. Secreta.

Accépta ſit in conſpéctu tuo Dómine noſtra deuótio: & eôrũ nobis fiat ſupplicatióne ſalutâris pro quorum ſolẽnitâte defértur. Per.

Ioã. 5. Communio. Multitûdo languéntium: & qui vexabántur à ſpirítibus immúndis veniêbant ad eum: quia virtus de illo exîbat & ſanâbat omnes.

Poſt communionem.

Sacro múnere ſatiáti: ſúpplices te Dómine deprecâmur: vt quod débitę ſeruitûtis celebrámus officio: intercedéntibus beátis martyribus tuis Fabiáno atq; Sebaſtiáno ſaluatiônis tuę ſentiâmus augméntum. Per.

21 IN FESTO

S. Agnetis virginis & martyris. Introitus.

Pſal. 118. Me expectauérũt peccatóres vt pérderẽt me, teſtimónia tua Dómine intelléxi. omnis cõſummatiônis vidi finem: latum mãdâtum tuum nimis.

Ibi. Pſalm. Beáti immaculáti in via: qui ámbulãt in lege Dómini. Collecta.

Omnípotens ſempitérne Deus qui infirma mundi éligis, vt fórtia quæq; confúndas: concêde propícius: vt qui beátæ Agnæ mártyris tuę ſoléñia cólimus: eius apud te patrocínia ſentiâmus. Per Dóminum.

Lectio Epiſtolæ beati Pauli Apoſtoli ad Corinthios.

2. ca. 10. Fratres: Qui gloriâtur: in Dómino gloriêtur. Non enim qui ſeipſum comméndat ille probâtus eſt: ſed quẽ Deus comméndat. Vtinam ſuſtinerêtis módicũ quid inſipiéntiæ meæ: ſed & ſupportâte me. Æmulor enim vos: c. 11 Dei æmulatiône. Deſpóndi enim vos vni viro vírginem caſtam: exhibêre Chriſto.

℟. Spécie tua & pulchritúdine tua: inténde próſpere procêde & regna. Pſal. 44. ℣. Propter veritâtem & manſuetúdinem & iuſtítiam & dedûcet te mirabíliter déxtera tua. Alleluia. ℣. Æmulor enim vos Dei æmulatiône, deſpóndi vos vni viro vírginem caſtam exhibêre Chriſto. Alleluia. 2. ad Cor. 11.

Si in Septuageſima. Tractus.

Qui ſéminant in láchrymis: in gáudio metent. ℣. Eúntes ibant & flebant, mitténtes ſémina ſua. Pſal. 125.

℣ Veniéntes autem vénient in exultatióne: portántes manípulos ſuos.

Sequéntia ſancti Euangélij ſecúndum Matthæum.

c. 25 IN illo témpore: Dixit Ieſus diſcípulis ſuis parábolam hanc. Símile eſt regnum cœlôrum decem virgínibus: quæ accipiéntes lámpades ſuas: exiérunt óbuiam ſponſo & ſponſæ. Quinq; autem ex eis erãt fátuæ: & quinq; prudéntes. Sed quinq; fátuæ: accéptis lãpádibus nõ ſumpſérunt óleũ ſecum. Prudéntes vero accepérunt óleum in vaſis ſuis cũ lampádibus. Moram autem faciénte ſponſo: dormitauérunt omnes & dormiérunt. Média autem nocte clamor factus eſt: ecce ſponſus venit, exîte óbuiam ei. Tunc ſurrexérunt omnes vírgines illæ: & ornauérũt lámpades ſuas. Fátuæ autem, ſapiéntibus dixérunt. Date nobis de óleo veſtro: quia lámpades noſtrę extinguúntur. Reſpondérũt prudéntes dicéntes. Ne forte non ſuffíciat nobis & vobis: ite pótius ad vendéntes, & émite vobis. Dum autem irent émere: venit ſpõſus. Et quæ parátæ erant intrauérũt cum eo ad núptias: & clauſa eſt iánua. Nouíſſimè vero veniunt & réliquę vírgines: dicẽtes. Dómine, Dómine: áperi nobis. At ille reſpóndens ait. Amen dico vobis: néſcio vos. Vigilâte itaq;: quia neſcîtis diem neque horam.

Offerto. Offeréntur regi vírgines, próximæ eius offeréntur tibi in lætítia & exultatióne: adducéntur in templũ regi Dómino. Pſal. 44.

Secreta

HOſtias Dómine quæſumus tibi offérimus: propícius ſúſcipe, & intercedénte beáta Agna mártyre tua: víncula peccatôrum noſtrôrum abſólue. Per Dóminum noſtrum Ieſum Chriſtum.

Cõmu. Quinq; prudentes virgines accepérunt óleum in vaſis ſuis cum lãpádibus: media autem nocte clámor factus eſt: ecce ſponſus venit, exîte óbuiam Chriſto Dómino. Mat thæi. 25.

Poſt communionem.

REfécti cibo potuq; cœléſti Deus noſter: te ſúpplices exorâmus, vt in cuius hęc commemoratiõne percépimus: eius muniâmur & précibus. Per Dóminum.

22 S. VINCENTII mar. Miſſa. Lętabitur iuſtus. vt in cõi vnius mart. fol. 1. ſed in colle. nõ dicitur Põtifi.

23 S. ILDEFONSI Archiepiſcopi Toletani. Miſſa. Statuit ei. &c. vt in communi vnius cõf. põtifi. fol. 4.

Eodẽ die S. Emerentianæ virgi. com. Collecta, Indulgentiam nobis Dómine. vt in communi. comme. fol. 15.

****

25 IN FESTO
Conuerſionis S. Pauli.
Introitus.

2. Timo. 1 SCio cui crédidi, & certus ſum: quia potens eſt depóſitum meum ſeruâre in illum diem.

2. Timot. 4. Pſal. De reliquo repóſita eſt mihi corôna iuſtitiæ. Collecta.

DEus qui multitúdinem géntium beáti Pauli apóſtoli prædicatiône docuíſti: da nobis quæſumus: vt cuius hódie conuerſiônẽ cólimus: eius apud te patrocínia ſentiâmus. Per Dóminum.

Léctio áctuum Apoſtolôrũ.

ca. 9. IN diêbus illis: Saulus adhuc ſpírans minârum, & cædis in diſcípulos Dómini, accéſſit ad príncipem ſacerdôtũ, & pétijt ab eo epíſtolas in Damáſcũ ad ſynagógas: vt, ſi quos inueníſſet huius viæ viros, ac mulíeres, vinctos perdúceret in Hieruſalém. Et cùm iter fáceret, côntigit, vt appropinquâret Damáſco: & ſubitò circũfúlſit eum lux de cœlo: & cadens in terram, audîuit vocem dicéntem ſibi. Saule, Saule, quid me perſéqueris? Qui dixit. Quis es Dómine? Et ille. Ego ſum Ieſus, quem tu perſéqueris. Durum eſt tibi contra ſtímulum calcitrâre. Et tremens ac ſtupens, dixit. Dómine, quid me vis facere? Et Dóminus ad eũ. Surge, & ingrédere ciuitâtẽ: & dicêtur tibi, quid te opórteat fácere. Viri autẽ illi, qui comitabántur cum eo, ſtabát ſtupefácti, audiéntes quidem vocem, néminem autem vidéntes. Surréxit autem Saulus de terra, apértiſque óculis nihil vidêbat. Ad manus autem illum trahéntes, introduxérunt Damáſcum. Et erat ibi tribus diêbus non videns, & non manducâuit, neque

bibit. Erat autem quidam diſcípulus Damáſci, nómine Ananías: & dixit ad illum in viſu Dóminus, Ananía. At ille ait. Ecce ego, Dómine. Et Dóminus ad illum. Surge, & vade in vicum, qui vocâtur rectus: & quære in domo Iudæ Saulum nómine Tharſénſem. Ecce enim orat. Et vidit virum Ananîam nómine, introeúntem, & imponéntem ſibi manus, vt viſum recípiat. Reſpóndit autem Ananías. Dómine, audíui à multis de viro hoc, quãta mala ſanctis tuis fécerit in Hieruſalém. Et hic habet poteſtâtem à princípibus ſacerdôtum alligándi omnes, qui ínuocant nomen tuum. Dixit autem ad eum Dóminus. Vade, quóniã vas electiônis mihi eſt iſte, vt portet nomen meũ coram géntibus & régibus, & filijs Iſraél. Ego enim oſténdam illi, quanta opórteat eum pro nómine meo pati. Et ábijt Ananías, & introîuit in domum: & impónens ei manus, dixit. Saule frater, Dóminus Ieſus miſit me, qui appáruit tibi in via, qua veniébas, vt vídeas, & impleâris Spíritu ſancto. Et conféſtim cecidérunt ab óculis eius tanquam ſquámmæ: & viſum recêpit. Et ſurgens baptizâtus eſt. Et cum accepíſſet cibum, confortâtus eſt. Fuit autem cum diſcípulis, qui erant Damáſci, per dies áliquot. Et continuò ingréſſus in ſynagógas, prædicâbat Ieſum: quóniam hic eſt filius Dei. Stupébant autem omnes, qui eum audiébant, & dicébant. Nonne hic eſt, qui expugnâbat in Hieruſalém eos, qui inuocábant nomen iſtud & huc ad hoc venit, vt vinctos illos dúceret ad príncipes Sacerdôtum? Saulus autem multò magis conualeſcêbat, & confundêbat Iudæos, qui habitábant Damáſci, affirmans quóniam hic eſt Chriſtus.

℟. Qui operâtus eſt Petro in apoſtolátu, operâtus eſt & mihi inter gentes: & cognouérunt grátiam Dei, quæ data eſt mihi. ℣. Grátia Dei in me vácua non fuit: ſed grátia eius ſemper in me manet. Gala. 2.

Alleluia. ℣. Magnus ſanctus Paulus vas electiônis verè dignè eſt glorificandus. Alleluia.

In Septuageſima. Tractus. Deſidérium ánimæ eius. vt in cõmuni vnius martyris. fol. 2.

Sequéntia ſancti Euangélij ſecúndum Matthæum.

c.19 IN illo témpore: Dixit Símon Petrus ad Ieſum. Ecce, nos relíquimus ómnia, & ſecúti ſumus te. Quid ergo erit nobis? Ieſus autem dixit illis. Amen dico vobis, ꝙ vos, qui ſecúti eſtis me, in regeneratiône, cũ ſéderit fílius hóminis in ſede maieſtâtis ſuæ, ſedébitis & vos ſuper ſedes duódecim, iudicántes duódecim tribus Iſraél. Et ómnis qui relíquerit domum, vel fratres, aut ſoróres, aut patrem, aut matrem, aut vxôrẽ, aut filios, aut agros propter nomen meum: céntuplum accípiet, & vitã ætérnam poſsidêbit. Credo.

Pſal. 138 Offert. Mihi autem nimis honorificáti ſunt amíci tui Deus: nimis cõfortâtus eſt principatus eôrũ. Secreta.

ECcléſiæ tuæ, quæſumus Dómine, preces & hóſtias apoſtólica comméndet orátio: vt quod pro illôrum glória celebrâmus, nobis proſit ad véniam. Per Dóminũ.

Præfatio de Apoſto. fol. 141.

Cõmu. Amen dico vobis quod vos qui reliquíſtis ómnia & ſecúti eſtis me céntuplum accipiêtis & vitam ætérnã poſsidébitis. Poſt communio.

PErcéptis Dómine ſacraméntis, beátis Apóſtolis interueniẽtibus deprecâmur vt quæ pro illôrum celebrâta ſunt glória ꝫ nobis profíciant ad medêlam. Per.

Eodem die S. Proiecti cõmemo. Collecta. Infirmitatem. vt in communi. fol. 12.

S. AGNETIS SEcundo. 28 Introitus.

Pſal. 44. VLtum tuum deprecabúntur omnes díuites plebis: adducẽtur regi vírgines poſt eã: próximę eius adducéntur tibi in lætítia & exultatiône.

Pſal. Eructâuit cor meũ verbũ bonũ, dico ego ópera mea regi. Ibi. Collecta.

DEus qui nos ánnua beatæ Agnæ mártyris tuæ ſolennitâte lætíficas: da quæſumus, vt quam venerâmur officio ꝰ etiam piæ conuerſatiônis ſequâmur exẽplo. Per.

Epiſtola. Qui gloriatur. vt in cõmu. vnius virginis. fol 10.

Pſal. 44. ℟. Dilexiſti iuſtítiam & odíſti iniquitâtem. ℣. Proptérea vnxit te Deus: Deus tuus óleo lætítiæ. Alleluia. ℣.
Ibi. Spécie tua & pulchritúdine tua: intende próſpere procêde & regna. Alleluia.

Euangel. Simile eſt regnum cœlôrũ theſauro. vt in cõm vnius virg. mart. fol. 11.

Pſal. 44. Offerto. Offerentur regi vírgines, próximæ eius offeréntur tibi in lætítia & exultatiône; adducéntur in templũ regi Dómino. Secreta.

SVper has quæſumus Dómine hóſtias benedíctio copiôſa deſcéndat, quę & ſanctificatiônem nobis clemén ter operêtur: & de mártyrũ nos ſolennitâte lętificet. Per.

Mat. 13. Commu. Símile eſt regnum cœlôrum hómini negotiatóri quærénti bonas margarítas: inuénta vna pretióſa margaríta dedit ómnia ſua & comparâuit eam. Poſt communio.

SVmpſimus Dómine celebritátis ánnuæ votîua ſacraménta: præſta quęſumus, vt & temporâlis nobis vitæ remédia præbeant & ætérnæ. Per Dóminum noſtrum.

29 S. IVLIANI EPISco. & confeſſ. Miſſa. Statuit ei Dñs. vt in commu. vnius confeſſoris Pontifi. fol. 4. Epiſto. & ℟. Ecce ſacerdos. Euãg Homo quidã. &c. fol. 6

****

FESTA FEBRVARII.

S. IGNATII PONtif. & mart. Collect. Da quęſumus vt qui beati. vt in commu. commemo. fol. 12. Addẽdo tamen atque Pontificis. 1

Eodem die S. Brigidæ virg. cõme. Collecta. Exaudi nos. vt in communi, cõme. fol. 15

IN VIGIL. PVRIFIcationis S. Marię virg. Miſſa Salue ſancta. vt infra in miſſa votiua B. Mariæ. fol. 21.

****

IN PVRIFICAtione eiuſdem beatiſsimę virginis Mariæ. Benedictio Cereorũ. Dñs vobiſcũ. Orêmus. 2

DEus inæſtimábilis poténtiæ: cuius vnigénitus cũ noſtra humanitâte, hodiérna die in templo eſt à matre vírgine præſentâtus: bene✠dícere dignâre hos céreos: in honôre tui nóminis conſecrátos; & cõcêde per interceſſiô

nem beátæ ſemper virginis Maríæ : vt quicúnq; hæc luminária pro honôre filij tui Dómini noſtri mánibus geſtáuerint: temporáli potiãtur ſoſpitâte: atq; vbicúnq; iſtôrum flamma fúerit accénſa: immundôrum repéllat ſpiríituum falſitâtẽ: ſicq; mereántur pérfrui temporáli lætítia: quátenus óbuiam ſponſo per gentes: lampadârum lúmine ſplẽdéntes: ad núptias váleãt intrâre cum ſponſo gaudéntes. Per eúndem.



AD MISSAM. Introitus.

Pſal. 47. SVſcépimus Deus miſericôrdiam tuam in médio templi tui: ſecúndum nomen tuum Deus: ita & laus tua in fines terræ iuſtítia plena eſt déxtera tua. Pſalm. Magnus Dóminus & laudábilis nimis in ciuitâte Dei noſtri: in mõte ſancto eius.

Collecta.

OMnípotens ſempitérne Deus maieſtâtem tuam ſúpplices exorâmus: vt ſicut vnigénitus fílius tuus, hodiérna die cum noſtrę carnis ſubſtántia in templo eſt præſentâtus: ita nos fácias purificátis tibi méntibus præſentári. Per eúndem.

Léctio Malachíæ prophétæ.

HÆc dicit Dñs Deus. Ecce ego mittam Angelum meum: & præparâbit viã ante fáciem meam. Et ſtatim véniet ad templum ſuum dominâtor, quem vos quæritis: & Angelus teſtaménti quẽ vos vultis. Ecce véniet: dicit Dñs exercituũ. Et quis póterit cogitâre diẽ aduéntus eius? Et quis ſtabit ad vidẽdũ eum? Ipſe enim quaſi ignis cõflás, & quaſi herba fullônum. Et ſedêbit cõflans: & emũdans argéntum. Et purgâbit filios Leui: & conflâbit eos quaſi aurum & argéntum. Et erũt ca. 3.

Dño

Dño offerétes ſacrifícia in iuſtítia. Et placêbit Dño ſacrifíciũ Iuda & Hieruſalém, ſicut dies ſæculi: & ſicut anni antíqui, Dixit Dñs omnípotens.

Pſal. 47. ℟. Suſcépimus Deus miſericórdiã tuã in médio templi tui: ſecúndum nomẽ tuum Dñe: ita & laus tua in fines terræ. ℣. Sicut audíuimus, ita & vídimus in ciuitâte Dei noſtri. Alleluia.

Ad primam Miſſam. ℣. Poſt partum virgo inuiolâta permãſiſti, Dei génitrix intercêde pro nobis.

Ad maiorem Miſſam. Alleluia. ℣. Adorâbo ad templum ſanctũ tuum: & confitêbor nómini tuo. Allel.

Pſal. 137. Si in Septuageſima. Tractus.

GAude María virgo cunctas hæreſes ſola intereміſti. ℣. Quæ Gabriêlis Archángeli dictis credidíſti. ℣. Dũ virgo Deũ & hóminem genuíſti, & poſt partũ virgo inuiolâta permanſíſti. ℣. Dei génitrix intercêde pro nobis.

Sequentia ſancti Euangélij ſecúndum Lucam.

cap. 2. IN illo témpore: Poſtquã impléti ſunt dies purgatiônis Maríę ſecúndum legem Moyſi: tulérunt Ieſum in Hieruſalém vt ſíſterent eum Dño, ſicut ſcriptum eſt in lege Dñi: quia omne maſculînũ adapériẽs vuluã ſanctũ Dño vocábitur. Et vt darẽt hóſtiã ſecundũ quod dictũ eſt in lege Dñi par túrturũ: aut duos pullos colũbârũ. Et ecce homo erat in Hiéruſalẽ, cui nomẽ Símeon: & homo iſte iuſtus & timorât⁹: expéctãs cõſolatiônẽ Iſraél, & Spíritus ſanctus erat in eo, Et reſpónſum accéperat à Spíritu ſancto nõ viſũrũ ſe mortẽ: niſi prius vidêret Chriſtũ Dñi. Et venit in Spíritu in tẽplũ. Et cum indúcerẽt púerũ Ieſum paréntes eius: vt fácerent ſecúndũ conſuetúdinẽ legis pro eo: & ipſe accêpit eũ in vlnas ſuas: & benedíxit Deũ, & dixit. Nunc dimíttis ſeruum tuũ Dñe: ſecũdũ verbũ tuũ in pace, quia vidérunt óculi mei ſalutâre tuũ, quod paráſti, ante fáciẽ ómniũ populôrum. Lumen ad reuelatiônem géntium: & gloriam plebis tuæ Iſraél. Credo.

Offert. Diffúſa eſt grátia in lábijs tuis: proptérea benedíxit te Deus in ętérnũ & in ſæculũ ſæculi. Pſal. 44. Secreta.

EXáudi Dñe preces noſtras: & vt digna ſint múnera quæ óculis tuę maieſtâtis offérimus, ſubſídium no-

bis tuæ pietâtis impéde. Per.
Præfatio. Æ terne Deus. Et
te in purificatiône. fol. 141.
Lu. cæ. 2 Comunio. R eſpónſum accêpit Si
meon à Spíritu ſancto non viſûrum ſe
mortem niſi vidêret Chriſtum Dó-
mini. Poſt communionem.

Q Væſumus Dñe Deus no
ſter: vt ſacroſáncta my-
ſtéria : quæ pro reparatiônis
noſtræ munímine cõtulíſti:
intercedẽte beáta ſemper vír
gine María: & præſens nobis
remédium eſſe fácias & fu-
tûrum. Per Dóminum.

3 S. BLASII EPISC.
& mart. Miſſa. Lætabitur. vt
in communi vnius martyris.
fol. 1. Collect. Deus qui nos
beati. ibidem.

5 S. AGATHÆ VIRG.
& mart. Introitus.

G Audeâmus omnes
in Dómino diem fe
ſtũ celebrántes ſub
honôre Agathæ mártyris, de
cuius paſsiône gáudent An-
geli, & colláudant filiũ Dei.
Pſal. 44. Pſal. E ructâuit cor meũ verbũ bonũ:
dico ego ópera mea regi. Collecta.

D Eus qui inter cætera po
têtiæ tuæ mirácula, étiã
in ſexu frágili victóriam mar
tyrij contulíſti: concêde pro
pícius: vt cuius natalítia cóli-
mus: per eius ad te exémpla
gradiâmur. Per Dóminum.

Epiſto. Confitebor tibi Dó-
mine rex. vt in cõmu. vnius
virg & mart. fol 9.

℟. Adiuuâbit eam Deus vultu ſuo: Pſal. 45.
Deus in médio eius non commouébi-
tur. ℣. Flúminis ímpetus lætíficat ci-
uitâtem Dei, ſanctificâuit tabernácu-
lum ſuum Altíſsimus.

A lleluia. ℣. Æmulor enim vos Dei 2. Corint. 11.
æmulatiône, deſpóndi vos vni viro vír-
ginem caſtam exhibêre Chriſto. Allel.

Si in Septuageſima Tractus.

Q Vi ſéminant in láchrymis: in gáu Pſal 125.
dio metent. ℣. Eúntes ibant
& flebant mitténtes ſémina ſua.
℣. Veniéntes autem vénient in exulta
tiône: portántes manípulos ſuos.

Euang. S imile eſt regnũ cœ-
lôrum decem virg. vt in eo-
dem communi. fol. 10.

Offerto. O fferéntur regi vírgines, Pſal 44.
próximæ eius offeréntur tibi in lætítia
& exultatiône adducéntur in templum
regi Dómino. Secreta.

S Vſcipe múnera Dñe: quæ
in beátæ Agathę mártyris
tuæ ſolénnitâte deférimus,
cuius nos confidimus patro-

cinio

cinio liberári. Per Dóminum.
Cõmunio. Qui me dignâtus eſt ab omni plaga curâre: & mammillam meã meo péctori reſtitúere: ipſum inuoco Deum viuum. Poſt commu.

AVxiliéntur nobis Dómine ſumpta myſteria ⁊ & intercedénte beáta Agatha mártyre tua ſempitérna protectiône confírment. Per Dóminum noſtrum.

6 VEDASTI ET Amandi epiſcop. Collecta.

COncêde quæſumus omnípotens Deus ⁊ vt ad meliôrem vitam ſanctôrũ tuôrum exémpla nos prôuocét: quátenus quorum ſolénnia ágimus ⁊ étiam actus imitêmur. Secreta.

SVſcipe Dómine preces & múnera: quæ vt tuo digna ſint conſpéctu ſanctôrũ tuôrum précibus adiuuêmur.

Poſt communionem.

COrporis ſacri & pretióſi ſánguinis repléti libámine, quęſumus Dómine Deus noſter: vt quod pia deuotiône gérimus ⁊ certa redemptiône capiâmus. Per Dóminum noſtrum Ieſum Chriſtum.

IN OCTAVA Purificatio. Miſſa vt in die. 9

S. SCHOLASTICÆ virg. Miſſa Dilexiſti iuſtitiã. vt in communi vnius virginis. Epiſtola. Qui gloriatur. &c. fol. 10. 10

Eodem die S. Sotheris virg & mart. com. Collecta. Omnipotens qui infirma. vt in communi com. fol. 15.

S. VALENTINI mart. Introitus. 14

IN virtûte tua Dómine lætábitur iuſtus: & ſuper ſalutâre tuũ exultâbit veheménter, deſidérium ánimæ eius tribuiſti ei. Pſal. 20.
Pſal. Quóniam præueníſti eum in benedictiônibus dulcédinis, poſuiſti in cápite eius: corônam de lápide pretióſo. Ibi. Collecta.

PRæſta quæſumus omnípotens Deus: vt qui beáti Valentíni mártyris tui natalítia cólimus ⁊ à cunctis malis imminéntibus: eius interceſſiône liberêmur. Per Dñm.
Epiſto. Beatus vir qui inuentus eſt ſine macula. vt in cõi vnius mart. non pontif. fol. 8.
℟. Beâtus vir qui timet Dóminum: Pſal. 111.

in mandátis eius cupit nimis. ℣. Potens in terra erit ſemen eius, generátio rectórum benedicétur.

Pſal. 20. Alleluia. ℣. Poſuíſti Dómine ſuper caput eius: corónā de lápide pretióſo.

Sequentia ſancti Euangélij ſecúndum Matthæum.

c. 10. IN illo témpore: Dixit Ieſus diſcípulis ſuis. Nolíte arbitrári: quia vénerim pacem míttere in terrā. Non veni pacem míttere: ſed gládium. Veni enim ſeparâre hóminem aduérſus patrem ſuum, & filiam aduérſus matrem ſuam: & nurum aduérſus ſocrum ſuam: & inimíci hóminis doméſtici eius. Qui amat patrem aut matrem pluſquam me: non eſt me dignus. Et qui amat fílium aut fíliam ſuper me: non eſt me dignus. Et qui non áccipit crucem ſuam & ſéquitur me non eſt me dignus. Qui ínuenit ánimam ſuam perdet illam. Et qui perdíderit ánimam ſuam propter me: inuéniet eam. Qui récipit vos: me récipit. Et qui me récipit: récipit eum qui me miſit. Qui récipit prophêtam in nómine prophétæ: mercêdem prophétæ accípiet. Et qui récipit iuſtum in nómine iuſti: mercêdem iuſti accípiet. Et quicúnque potum déderit vni ex mínimis iſtis cálicem aquæ frígidæ tantum in nómine diſcípuli: amen dico vobis non perdet mercêdem ſuam.

Offerto. In virtûte tua Dómine lætábitur iuſtus & ſuper ſalutâre tuum exultâbit veheménter: deſidérium ánimæ eius tribuíſti ei. Pſal. 20.

Secreta.

OBlátis quæſumus Dómine placâre munéribus, & intercedénte beáto Valentíno mártyre tuo, à cunctis nos defénde perículis. Per Dóminum noſtrum.

Communio. Magna eſt glória eius in ſalutári tuo: glóriam & magnum decôrem impónes ſuper eum Dómine. Ibi.

Poſt communio.

SIt nobis Dómine reparátio mētis & córporis cœléſte myſtérium: vt cuius exéquimur actiônem ? ſentiâmus effécttum. Per Dóminū noſtrum Ieſum Chriſtum.

Eodem die ſanctorum Vitalis, Felicis, & Zenonis

mar-

mart.commemoratio. Colle-ɛ̃ta. Da quæſumus. vt in cõmuni. fol. 13.

16 S. IVLIANÆ virg. & mart. commemora. Collecta. Indulgentiam. vt in communi. commemoratio. fol. 15.

22 IN FESTO CAthedræ S. Petri, qua Romæ primum ſedit.

Introitus.

Eccl. 45. STátuit ei Dóminus teſtamétum pacis, & príncipem fecit eum: vt ſit illi ſacerdótij dígnitas in ætérnum.

Pſal. 88. Pſal. Miſericórdias Dómini in ætérnum cantábo. Collecta.

DEus, qui beáto Petro Apóſtolo tuo collátis cláuibus regni cœléſtis, ánimas ligándi, atque ſoluéndi, póntificium tradidíſti: concêde; vt interceſſiônis eius auxílio, à peccatôrum noſtrôrum néxibus liberêmur. Qui viuis.

Léctio Epíſtolæ beáti Petri Apóſtoli.

1.c.1. PEtrus Apóſtolus Ieſu Chriſti, eléctis áduenis diſperſiônis Ponti, Galátiæ, Cappadóciæ, Aſiæ, & Bithyniæ: ſecúndum præſciéntiam Dei patris, in ſanctificatiônem ſpíritus, in obediéntiam & aſperſiônem ſánguinis Ieſu Chriſti: grátia vobis, & pax multiplicêtur. Benedíctus Deus & pater Dómini noſtri Ieſu Chriſti, qui ſecúndũ miſericórdiam ſuam magnam regenerâuit nos in ſpem vitæ per reſurrectiônem Ieſu Chriſti ex mórtuis, in hæreditâtem incorruptíbilem, & incontaminâtam, & immarceſcíbilem, conſeruâtam in cœlis in vobis, qui in virtûte Dei cuſtodímini per fidem, in ſalûtem parâtam reuelári in témpore nouíſsimo, in quo exultábitis: módicum nunc, ſi opórtet, contriſtári in várijs tentatiónibus: vt probátio veſtræ fidei, multò pretióſior auro (quod per ignem probâtur) inueniâtur in laudem, & glóriam, & honôrem, in reuelatiônẽ Ieſu Chriſti Dómini noſtri.

℟. Exáltent eum in ecc[illegible]

& in cáthedra ſen[illegible]

℣. Confiteántur Dómino misericórdię eius, & mirabília eius filijs hóminũ.

Ante Septuageſimam. Alleluia. ℣. Tu es Petrus, & ſuper hanc
Mat. 16. petram ædificâbo ecclésiam meam. Alleluia.

Poſt Septuageſimã. Tractus.

Pſal. 111. Beátus vir qui timet Dóminum in mandátis eius cupit nimis. ℣. Potens in terra erit ſemen eius: generátio rectôrum benedicêtur. ℣. Glória & diuítiæ in domo eius & iuſtítia eius manet in ſæculum ſæculi.

Sequéntia ſancti Euangélij ſecúndum Matthæum.

c. 16 In illo témpore: Venit Ieſus in partes Cęſareæ Philippi: & interrogâbat diſcípulos ſuos, dicens. Quem dicunt hómines eſſe filium hóminis? At illi dixérunt. Alij Ioánnẽ Baptíſtam: álij autem Helîam: álij verò Hieremîam, aut vnũ ex prophétis. Dicit illis Ieſus. Vos autem quem me eſſe dícitis? Reſpóndens Simon Petrus, dixit. Tu es Chriſtus filius Dei viui. Reſpóndens autem Ieſus, dixit ei. Beâtus es Simon Bar-Iona: quia caro & ſanguis non reuelâuit tibi, ſed Pater meus, qui in cœlis eſt. Et ego dico tibi, quia tu es Petrus: & ſuper hanc petram ædificâbo ecclésiã meã: & portæ ínferi non præualébunt aduérſus eam. Et tibi dabo claues regni cœlôrum. Et quodcúnque ligáueris ſuper terram, erit ligâtum & in cœlis. Et quodcúnque ſólueris ſuper terram, erit ſolûtum & in cœlis. Credo.

Offerto. Véritas mea & misericórdia mea cum ipſo & in nómine meo exaltábitur cornu eius. Pſal. 88.

Secreta.

Eccléſiæ tuæ quæſumus Dómine, preces & hóſtias beáti apóſtoli tui Petri comméndet orátio: vt quod pro illîus glória celebrâmus, nobis proſit ad véniam. Per Dóminum noſtrum.

Præfatio de Apoſtolis. Te Dómine. fol. 141.

Communio. Tu es Petrus & ſuper hanc petram ædificâbo ecclésiam meam. Mat. 16.

Poſt communionem.

Lætíficet nos Dñe munus oblâtum: vt ſicut in apóſtolo tuo Petro te mirábilem prædicâmus, ſic per illum tuæ ſumâmus indulgéntiæ largitâtem. Per Dóminũ noſtrum Ieſum Chriſtum.

24 S. MATHIÆ APOSTOLI. Introitus.

Pſal. 138. MIhi autem nimis honoráti ſunt amíci tui Deus nimis confortâtus eſt principâtus eôrum.

Ibi. Pſal. Dómine probáſti me & cognouíſti me: tu cognouiſti ſeſsiônẽ meã, & reſurrectiônem meã. Collecta.

QVæſumus omnípotens Deus: vt beâtus Mathías Apóſtolus tuũ pro nobis implôret auxílium vt à noſtris reátibus abſolúti à cũctis etiã perículis exuâmur. Per Dñm.

Léctio actuum Apoſtolorũ.

ca. 1. IN diêbus illis. Exúrgens Petrus in médio fratrum dixit. Erat autem turba hóminum ſimul: fere centum vigínti. Viri fratres: opórtet impléri ſcriptûram, quam prædíxit Spíritus ſanctus per os Dauid de Iuda, qui fuit dux eôrum qui comprehendérũt Ieſum, qui cõnumerâtus erat in nobis, & ſortîtus eſt ſortẽ miniſtérij huius. Et hic quidem poſſêdit agrum de mercêde iniquitâtis: & ſuſpénſus crépuit médius: & diffûſa ſunt ómnia víſcera eius. Et notum factum eſt ómnibus habitántibus in Hieruſalém: ita vt appellarêtur ager ille lingua eôrum Acheldemách hoc eſt ager ſánguinis. Scriptum eſt enim in libro pſalmórum. Fiat commorátio eius deſérta: & non ſit qui inhábitet in ea: & epiſcopâtum eius accípiat alter. Opórtet ergo ex his viris qui nobíſcum cõgregáti ſunt in omni témpore, quo intrâuit & exîuit inter nos Dóminus Ieſus: incípiens à baptíſmate Ioánnis: vſq; in diem qua aſſúmptus eſt à nobis: teſtẽ reſurrectiônis eius nobíſcum fíeri vnũ ex iſtis. Et ſtatuérunt duos: Ioſeph qui vocabâtur Bárſabas: qui cognominâtus eſt iuſtus: & Mathîam. Et orántes dixérunt. Tu Dómine qui corda noſti ómnium: oſténde quẽ elégeris ex his duôbus vnum accípere locum miniſtérij huius: & apoſtolâtus, de quo prę uaricâtus eſt Iudas: vt abîret in locum ſuum. Et dedérunt ſortes eis. Et cécidit ſors ſuper Mathîam: & annumerâtus eſt: cum vndecim apóſtolis.

℟. Nimis honoráti ſunt amíci tui Deus: nimis confortâtus eſt principâtus eôrum. ℣. Dinumerâbo eos & ſuper arênâ multiplicabûtur. Tractus.

Pſal. 20. DEſidérium ánimæ eius tribuíſti ei: & volûtâte labiôrum eius non fraudáſti eum. ℣. Quóniam præueníſti eum in benedictiônibus dulcédinis. ℣. Poſuiſti ſuper caput eius corônam de lápide pretióſo.

Sequéntia ſancti Euangélij ſecúndum Ioánnem.

c. 15 IN illo tẽpore. Dixit Ieſus diſcípulis ſuis. Hoc eſt præcéptum meum vt diligâtis ínuicem: ſicut diléxi vos. Maiôrẽ hac dilectiônem nemo habet: vt ánimam ſuã quis ponat pro amícis ſuis. Vos amíci mei eſtis: ſi fecerîtis quæ ego prę cípio vobis. Iam non dicam vos ſeruos: quia ſeruus neſcit quid fáciat Dñs eius. Vos autem dixi amícos: quia ómnia quæcunq; audíui à patre meo: nota feci vobis. Nõ vos me elegíſtis: ſed ego elégi vos, & póſui vos vt eâtis & fructum afferâtis: & fructus veſter máneat: vt quodcúnque petierîtis patrem in nómine meo: det vobis. Credo.

Offert. In omnem terram exíuit ſonus eôrum: & in fines orbis terræ verba eôrum. Pſal. 18. Secreta.

SAcrándum tibi Dómine munus offérimus: quo beáti Matthíæ ſolénnia recoléntes purificatiônem quoq; noſtris méntibus implorâmus. Per Dóminum noſtrum.

Præfatio. Te Dómine ſupplici. fol. 141.

Communio. Vos qui ſecúti eſtis me: ſedébitis ſuper ſedes iudicantes duódecim tribus Iſraël. Math. 19

Poſt communionem.

PErcéptis Dómine ſacraméntis: ſupplíciter exorâmus: vt intercedénte beáto Mathía Apóſtolo tuo quæ pro illîus venerãda gérimus paſſiône: nobis profíciant ad medêlam. Per Dóminum.

****

FESTA MARTII. I

IN FESTO S. Angeli cuſtodis.

Introitus.

BEnedícite Dóminum omnes ángeli eius, poténtes virtûte, qui fá- Pſal. 102.

citis verbum eius, ad audiéndam vocem ſermônum eius.
Ibi: ℣. Benedíc ánima mea Dómino, & ómnia quæ intra me ſunt nómini ſancto eius. Glória Patri, & Filio, & Spirítui ſancto. Collecta.

DEus, qui ineffábili prouidéntia ſanctos Angelos tuos ad noſtram cuſtódiam míttere dignâris: largîre ſupplícibus tuis, & eôrum ſemper protectiône defendi, & ætérna ſocietâte gaudêre. Per Dóminum noſtrum.

Léctio libri Exodi.

23 HÆc dicit Dóminus Deus: Ecce, ego mittam Angelum meum, qui præcêdat te, & cuſtódiat in via: & introdûcat ad locum, quem præparáui. Obſérua eum, & audi vocem eius: nec contemnéndum putes, quia non dimíttet cùm peccáueris: & eſt nomen meum in illo. Quod ſi audíeris vocem eius, & féceris ómnia quæ loquor, inimîcus ero inimícis tuis, & afflîgam affligéntes te. Prçcêdetque te Angelus meus, dicit Dóminus omnípotens.

Pſal. 102. ℞ Benedícite Dóminum omnes Angeli eius, poténtes virtúte, qui fácitis verbum eius. ℣. Benedíc ánima mea Dóminum, & ómnia interiôra mea nomen ſanctum eius.

Alleluia. ℣. Sancti Angeli cuſtódes noſtri, deféndite nos in prælio, vt non pereâmus in treméndo iudício.

Poſt Septuageſimã Tractus

Ibi. Benedícite Dóminum omnes Angeli eius: poténtes virtûte, qui fácitis verbum eius. ℣. Benedícite Dómino omnes virtútes eius, miniſtri eius, qui fácitis volũtâtem eius. ℣. Benedícite Dómino ómnia ópera eius, in omni loco dominatiônis eius: benedíc ánima mea Dómino.

Euangelium ſecúndum Matthæum. Acceſſerunt diſcípuli ad Ieſum, dicéntes. Quis putas maior eſt in regno cœlôrum. fol. 243.

Offerto. Adoráte Dóminum omnes Angeli eius miniſtri eius faciéntes verbum illîus ad audiéndam vocẽ ſermônum eius, alleluia. Ibi. Secreta.

SVſcipe Dómine, múnera, quæ pro ſanctôrum Angelôrum tuôrum veneratiône deférimus, & concêde propſcius: vt perpétuis eôrum præſídijs, à præſéntibus perículis liberêmur, & ad vitam perueniâmus ætérnam. Per Dóminum noſtrum.

Ibi. Communio. Benedícite omnes ángeli Dómini Dóminum, hymnum dícite, & ſuperexaltáte eum in ſæcula. Poſt communio.

SVmpſimus Dómine diuîna myſtéria ſanctôrum Angelôrum tuôrum feſtiuitâte lætántes: quæſumus, vt eôrum patrocínijs, ab hóſtiũ iúgiter liberêmur inſídijs, & contra ómnia aduérſa, ſua ſemper protectiône muniâmur. Per Dóminum.

Eodem die S. Albini Epiſc. & confeſſo. comm. Collect. Da quæſumus veneranda· vt in commu. folio 14.

7 SANCTI THOMÆ Aquinatis Confeſſo. & Doctoris. Miſſa. Os iuſti. vt in Commun. fol 8.

12 GREGORII PAPÆ Confeſſ. & Doctoris, Miſſa. In medio Eccleſię. vt in Cõmuni Doctoris fol 6.

19 Ioſeph. Confeſſ. Miſſa. Os iuſti. vt in communi vnius Confeſſoris non Pont. fol. 8. Epiſtola. Dilectus à Deo.

IN FESTO SANctiſsimi patris noſtri Benedicti Abbatis. 21



INTROITVS.

OS iuſti meditábitur ſapiéntiam: & lingua eius loquêtur iudícium, lex Dei eius in corde ipſius, alleluia, alleluia, alleluia. Pſal. 36.

Pſal. Noli ęmulári in malignãtibus: neq; zeláueris faciẽtes iniquitatẽ. Coll. Ibid.

INtercéſsio nos quæſumus Dómine Beati Benedícti Abbâtis commẽdet: vt quod noſtris méritis nõ valêmus, eius patrocínio aſſequâmur. Per Dóminum.

¶ Lectio libri ſapientiæ.

Ec-cleſ. 45. Dilectus à Deo & homínibus: cuius memória in benedictiône eſt. Símilem illum fecit in glória ſanctôrũ: & magnificâuit eũ in timôre inimicôrum: & in verbis ſuis monſtra placâuit. Glorificâuit illum in conſpéctu regum: & iuſsit illi coram pópulo ſuo: & oſténdit illi glóriam ſuam. In fide & lenitâte ipſius ſanctum fecit illũ: & elêgit eũ ex omni carne. Audîuit enim vocem ipſius & indúxit illum in nubẽ. Et dedit illi cor ad præcépta & legem vitæ: & diſciplínæ.

℟. Dómine præueníſti eum in benedictiónibus dulcédinis: poſuíſti in cápite eius, corônã de lápide pretióſo. ℣. Vitam pétijt, & tribuíſti ei longitúdinẽ diêrum in ſæculum ſæculi.

¶ Sed in Quadrag. Tractus.

Pſal. 111. Beâtus vir qui timet Dóminum: in mandátis eius cupit nimis. ℣. Potens in terra erit ſemen eius: generátio rectôrũ benedicêtur. ℣. Glória & diuítiæ in domo eius: & iuſtítia eius manet in ſæculum ſæculi.

Pſal. 91. Si poſt Paſcha. Alleluia. ℣. Iuſtus germinâbit ſicut lílium: & florêbit in ætérnũ ante Dóminum. Alleluia.

Sequéntia ſancti Euangélij Secúndum Matthæum.

capi. 19. In illo témpore: Dixit Simon Petrus ad Ieſum. Ecce nos relíquimus ómnia: & ſecúti ſumus te. Quid ergo erit nobis? Ieſus autem dixit illis. Amén dico vobis: quod vos qui ſecúti eſtis me in regeneratiône cum ſéderit fílius hóminis in ſede maieſtâtis ſuæ: ſedébitis & vos ſuper ſedes duódecim iudicántes duódecim tribus Iſraél. Et omnis qui relíquerit domum, vel fratres, aut ſorôres, aut patrem, aut matrẽ, aut vxôrem: aut fílios, aut agros, propter nomẽ meum: céntuplum accípiet: & vitã ætérnam poſsidêbit. Credo.

Offert. Deſidérium ánimæ eius tribuíſti ei Dómine & voluntâte labiórum eius non fraudáſti eum, poſuíſti in cápite eius: corônam de lápide pretióſo, alleluia. Pſal. 20.

Secreta.

Sacris altáribus Dómine hóſtias ſuperpóſitas: ſanctus Benedíctus quæſumus in ſalûtem nobis prouenîre depóſcat. Per Dóminum.

Communio. Amén dico vobis: quod vos qui reliquíſtis ómnia, & ſe- Mat. 19.

cúti eſtis me, céntuplum accipiêtis: & vitã ætérnã poſsidébitis, alleluia.

Poſt communio.

PRótegat nos Dómine cũ tui perceptiône ſacraménti, Beâtus Benedíctus Abbas pro nobis intercedéndo ⁊ vt conuerſatiônis eius experiâmur inſígnia. Per Dominũ.

25 IN ANNVNCIAtione Beatiſsimæ Virginis Mariæ. Introitus.

Eſa. 45. ROrâte cœli déſuper; & nubes pluãt iuſtum: aperiâtur terra, & gérminet Saluatôrẽ, alleluia alleluia.

Ibi. Pſalm. Et iuſtítia oriâtur ſimul: ego Dóminus creâui eum. Collecta.

DEus qui hodiérna die verbum tuũ Beátæ vírginis aluo coadunâre voluíſti: fac nos ita perágere ⁊ vt tibi placêre valeâmus. Per eúndem.

Si hoc feſtum celebretur poſt Kalendas Aprilis, non dicatur in Collecta. Hodierna die. Lectio Iſaiæ Prophétæ.

ſai. 11. HÆc dicit Dóminus Deus. Egrediêtur vírga de radîce Ieſſe, & flos de radîce eius aſcéndet. Et requiéſcet ſuper eum ſpíritus Dómini; ſpíritus ſapiéntiæ & intelléctus; ſpíritus conſílij & fortitúdinis; ſpíritus ſciéntiæ & pietâtis: & replêbit eum ſpíritus timôris Dómini. Non ſecúndum viſiônem oculôrũ iudicâbit: neq; ſecundum audîtum áuriũ árguet: ſed iudicâbit in iuſtítia páuperes: & árguet in æquitâte pro manſuétis terræ. Et percútiet terram virga oris ſui: & ſpíritu labiôrum ſuôrum interfíciet ímpium. Et erit iuſtítia cíngulum lumbôrum eius: & fides cinctórium renum eius.

℟. Tóllite portas príncipes veſtras, & eleuámini portæ æternáles: & introîbit Rex gloriæ. ℣. Quis aſcẽdet in montẽ Dómini: aut quis ſtabit in loco ſancto eius? Innocẽs manibus & mũdo corde. Pſal. 23.

Sed in Septuageſi. Tractus.

AVe María grátia plena Dñs tecũ. ℣. Benedícta tu in mulíeribus: & benedíctus fructus ventris tui. Luc. 1.

℣. Spiritus ſanctus ſuperuéniet in te: & virtus altíſsimi obumbrábit tibi.

℣. Ideoque quod naſcêtur ex te ſanctum, vocábitur filius Dei.

Si celebretur feria. v. aut. vj. poſt Paſcha, vnũ Alleluia ſci

licet

licet Virga Ieſſe flóruit:virgo Deum & hóminem génuit:pacem Deus réddidit in ſe reconcílians ima ſummis. Nam tunc dicitur prædictũ ℟. Tollite. Si vero Sabbatho poſt Paſcha celebretur: non dicitur. ℟. Tollite. Sed loco huius primum Alleluia erit. Poſt partum virgo inuioláta permanſiſti, Dei génitrix intercéde pro nobis. Et ſecundũ Alleluia erit Virga Ieſſe flóruit. Vt ſupra.

Sequéntia ſancti Euangélij ſecúndum Lucam.

capi. 1. IN illo témpore Miſſus eſt ángelus Gábriel à Deo in ciuitâtem Galilææ cui nomen Nazaréth: ad vírginem deſpõſâtam viro, cui nomen erat Ioſeph de domo Dauid: & nomẽ vírginis Marîa. Et ingréſſus ángelus ad eã: dixit. Aue grátia plena: Dñs tecũ. Benedícta tu in muliéribus. Quæ cũ audíſſet, turbâta eſt in ſermône eius: & cogitâbat qualis eſſet iſta ſalutátio. Et ait ángelus ei. Ne tímeas Marîa: inueníſti enim grátiam apud Deum. Ecce concípies in vtero & páries fílium: & vocâbis nomen eius Ieſum. Hic erit magnus: & fílius altíſſimi vocábitur. Et dabit illi Dóminus Deus ſedẽ Dauid patris eius: & regnâbit in domo Iacob in ætérnum: & regni eius non erit finis. Dixit autem Marîa ad Angelum. Quómodo fiet iſtud: quóniam virum non cognoſco? Et reſpóndens ángelus: dixit ei: Spiritus ſanctus ſuperuéniet in te: & virtus altíſſimi obũbrâbit tibi. Ideóque & quod naſcêtur ex te ſanctum: vocábitur fílius Dei. Et ecce Elizabéth cognâta tua: & ípſa concêpit fílium in ſenectûte ſua. Et hic menſis eſt ſextus illi quę vocâtur ſtérilis: quia non erit impoſſíbile apud Deum omne verbum. Dixit autem Marîa. Ecce ancílla Dómini. Fiat mihi, ſecúndum verbum tuum. Credo.

Offertorium. Aue Maria grátia plena Dóminus tecum: benedícta tu in muliéribus & benedíctus fructus ventris tui, alleluia. Ibid.

Secreta.

IN méntibus noſtris Dómine veræ fídei ſacramenta confírma: vt qui concéptũ de vírgine Deũ verũ & hóminẽ

confitêmur: per eius ſalutíferæ reſurrectiônis poténtiam ad æternã mereâmur peruenîre lætítiam. Per eundem.

Præfa. Et te in annuntia. fol. 141.

Eſai. 7. Communio. Ecce virgo concípiet & páriet fílium: & vocábitur nomen eius Emmánuel, alleluia alleluia.

Poſt communio.

GRatiã tuã Dómine méntibus noſtris infúnde: vt qui Angelo nunciánte, Chriſti fílij tui incarnatiônẽ cognóuimus: per paſsiônẽ eius & crucẽ: ad reſurrectiônis glóriã perducâmur. Per eundẽ.

****

FESTA APRILIS.

2 S. FRANCISCI DE Paula confeſſ. Miſſa Os iuſti Vt in communi vnius confeſſ. non pontificis. fol. 8. Epiſtol. Beatus vir. Euangel. Nolite timere.

4 S. AMBROSII Epiſcopi confeſſ. & Doctoris Miſſa In medio Eccleſiæ. Vt in cõmu. Doctorũ. fol. 6.

5 S. ISIDORI Archiepiſcopi confeſſ. & Doct. Miſſa In medio Eccleſiæ Vt in communi Doct. fol. 6.

S. HERMENEGILDI Martyris Miſſa, Protexiſti me Deus. 13

Collecta.

Præſta quæſumus omnípotens Deus &c. Vt in communi vnius Martyr. fol. 2.

Vel dicatur pro prima ſequens Collecta.

DEus, pro cuius nomine Beatus Hermenegildus Rex & Martyr, mánibus impiôrum occúbuit: prçſta quæſumus, vt eius interceſsiónibus ab omnibus perículis liberêmur. Per Dñm noſtrũ.

SS. MARTYR. TIburtij. Valeri. & Maximi. 14

Introitus.

SAncti tui Dómine benedícent te: glóriã regni tui dicent alleluia. Pſal. 144

Pſal. Exaltâbo te Deus meus Rex & benedícam nómini tuo in ſæculum, & in ſæculum ſæculi. Ibi.

Collecta.

PRæſta quæſumus omnípotens Deus: vt qui ſanctôrum tuôrum Tibúrtij Valeriáni, & Máximi, ſolénnia

cóli-

cólimus, eôrum étiam virtútes imitêmur. Per.

Epiſtola. Iuſti in perpétuum viuent Vt in communi pluri morum martyrum. fol 4.

Sap. 5. ℞. Iuſtórum ánimæ in manu Dei ſunt & non tanget illos torméntum malítiæ. ℣. Viſi ſunt óculis inſipiéntium mori: illi autẽ ſunt in pace. Alleluia. ℣. Mirábilis Dñs noſter in ſanctis ſuis.

Sequéntia ſancti Euangélij ſecúndum Matthæum.

capi. 10. IN illo témpore: Dixit Ieſus diſcípulis ſuis. Ecce ego mitto vos, ſicut oues in médio lupôrum. Eſtôte ergo prudéntes ſicut ſerpéntes; & ſimplices ſicut colúmbæ. Cauête autem ab homínibus. Tradent enim vos in concílijs: & in Synagógis flagellábunt vos. Et ad Præſides & ad Reges ducémini propter me; in teſtimónium illis & géntibus. Cũ autẽ tradent vos; nolîte cogitâre quómodo aut quid loquámini. Dábitur enim vobis in illa hora quid loquámini. Non enim vos eſtis qui loquímini; ſed ſpiritus patris veſtri qui lóquitur in vobis. Tradet autẽ frater fratrẽ in mortẽ; & pater filiũ. Et inſúrgẽt filij in paréntes; & morte eos afficient. Et éritis ódio ómnibus propter nomẽ meũ. Qui autẽ perſeueráuerit vſq; in finem; hic ſaluus erit.

Offer. Lætámini in Dño & exultâte iuſti: & gloriámini omnes recti corde, alleluia. Pſal. 31.

Secreta.

HOſtia quæſumus Dñe, quã in ſanctôrũ tuôrũ natalítijs recenſéntes offérimus: & víncula noſtræ prauitâtis abſóluat, & tuę nobis miſericórdiæ dona cõcíliet. Per.

Commu. Gaudête iuſti in Dómino, alleluia, rectos decet collaudátio, alleluia. Pſal 32.

Poſt communio.

SAcro múnere ſatiáti: ſúpplices te Dómine deprecâmur: vt quod débitæ ſeruitûtis celebrâmus offício, ſaluatiônis tuæ ſentiâmus augméntum. Per Dóminum.

S. GEORGII 23

Martyris. Introitus.

PRotexíſti me Deus à conuéntu malignántium alleluia: à multitúdine operántium iniquitâtem alleluia alleluia. Pſal. 63.

Pſal. Exáudi Deus oratiônẽ meã cũ Ps.

déprecor: à timóre inimíci éripe ánimam meam. Collecta.

DEus qui nos beáti Geórgij mártyris tui méritis & interceſſiône lætíficas: cõcêde propícius: vt qui eius benefícia póſcimus: dona tuæ grátiæ conſequâmur. Per.

Epiſtola Beâtus vir qui inuẽtus. Vt in communi vnius Martyr. fol 2.

Pſal. 91. Alleluia. ℣. Iuſtus vt palma florêbit: & ſicut cedrus multiplicábitur. Allel.

Euangeliũ Si quis vult poſt me venire abneget. Vt in cõmuni vnius Martyr. fol. 2.

Pſal. 88. Offert. Confitebúntur cœli mirabília tua Dñe, & veritâtem tuam in eccléſia ſanctórũ alleluia alleluia. Secreta

MVnera Dómine oblâta ſanctífica & intercedénte beáto Geórgio mártyre tuo nos à peccatôrum noſtrôrũ máculis emúnda. Per.

Pſal. 63. Commu. Lætábitur iuſtus in Dómino, & ſperâbit in eo: & laudabúntur omnes recti corde alleluia alleluia.

Poſt communio.

SVpplices te rogâmus omnípotens Deus: vt quos tuis réficis ſacraméntis: intercedéte beáto Geórgio mártyre tuo: tibi étiam plácitis móribus dignánter tríbuas deſeruîre. Per Dóminum.

S. MARCI EVANgeliſtæ. Introitus.

Eccleſ. 15. IN médio Eccléſiæ apéruit os eius & implêuit eum Dóminus ſpíritu ſapiéntiæ & intelléctus: ſtola glóriæ índuit eũ, alleluia alleluia alleluia.

Ibid. Pſal. Iucunditâtem & exultatiônem: theſaurizâuit ſuper eum. Collecta.

ECcléſiam tuam Dómine benígnus illúſtra: vt beáti Marci Euangeliſtæ illuminâta doctrínis: ad dona peruéniat ſempitérna. Per.

Epiſtola. Qui timet Deũ. Vt ſupra. fol. 2.

Pſal. 36. ℟. Os iuſti meditábitur ſapiéntiam: & lingua eius loquêtur iudícium. ℣. Lex Dei eius in corde ipſius, & non ſupplantabúntur greſſus eius. Alleluia.

Iſai. 9. ℣. Primus ad Siõ dicet: ecce adſum Hieruſalẽ euangeliſtã dabo. Alleluia.

Ioã. 15. ℣. Non vos me elegíſtis: ſed ego vos elégi & poſui vos vt eâtis & fructũ afferâtis: & fructus veſter máneat. all.

Si. v. vel. vj. feria Paſchæ euenerit dicetur. ℟. cum primo Alleluia tantum. Si deinceps; omittitur ℟. & dicuntur

duo

duo Alleluia cum verſiculis poſtremis.

Sequéntia ſancti Euangélij ſecúndum Ioánnem.

capi. 15. IN illo témpore: Dixit Ieſus diſcípulis ſuis. Ego ſum vitis vera: & pater meus agrícola eſt. Omnem pálmitem in me non feréntem fructũ tollet eum: & omnem qui fert fructum purgâbit eum: vt fructũ plus áfferat. Iam vos mũdi eſtis: propter ſermônem quem locûtus ſum vobis. Manête in me: & ego in vobis. Sicut palmes nõ poteſt ferre fructũ à ſemetípſo, niſi mánſerit in vite: ſic nec vos niſi in me manſerîtis. Ego ſum vitis: & vos pálmites. Qui manet in me: & ego in eo, hic fert fructũ multum: quia ſine me nihil potéſtis fácere. Si quis in me nõ mánſerit: mittêtur foras, ſicut palmes & aréſcet, & cólligent eum: & in ignem mittent, & ardet. Si mãſerîtis in me, & verba mea in vobis mánſerint: quodcúnq; voluerîtis petêtis: & fiet vobis. In hoc clarificâtus eſt pater meus: vt fructum plúrimum afferâtis: & efficiámini mei diſcípuli. Sicut diléxit me pater: & ego diléxi vos Manête in dilectiône mea. Si præcépta mea ſeruauerîtis: manébitis in dilectiône mea: ſicut & ego patris mei præcépta ſeruáui: & máneo in eius dilectiône. Hæc locûtus ſum vobis: vt gáudium meum in vobis ſit: & gáudiũ veſtrum impleâtur. Credo.

Offertorium. Repléti ſumus mane miſericórdia tua: & exultáuimus & delectáti ſumus alleluia. Pſal. 89.

Secreta.

SVſcipe múnera Dómine: quæ in eius tibi ſolennitâte deférimus: cuius nos confídimus patrocínio liberári. Per Dóminum noſtrum.

Non dicitur Præfatio de Apoſtolis.

Commu. Ego ſum vitis vera & vos pálmites: qui manet in me, & ego in eo, hic fert fructum multum, alleluia. Ioã. 15.

Poſt communio.

REfecti cibo potuque cœléſti Deus noſter, te ſúpplices deprecâmur: vt in cuius hæc cõmemoratiône percépimus: eius muniâmur & précibus. Per Dóminum.

28 S. PRVDENTII Epiſc.& cõfeſſ. Miſſa Statuit &c. Vt in communi confeſ. Pontifi. folio. 4. Vel proprium officium vt infra in miſsis votiuis. fol. 49.

EODEM DIE S. VItalis marty. Introitus.

Pſal. 63. PRotexíſti me Deus à conuéntu malignántium alleluia: à multitúdine operántium iniquitâtem, alleluia alleluia.

Ibi. Pſal Exáudi Deus oratiônem meã cum déprecor: à timôre inimíci éripe ánimam meam. Collecta.

PRæſta quæſumus omnípotens Deus: vt intercedénte beáto Vitâle mártyre tuo: & à cunctis aduerſitátibus liberêmur in córpore: & à prauis cogitatiónibus mundêmur in mente. Per Dóminum noſtrum.

¶ Léctio libri Sapiéntiæ.

Eccleſ. 15. BEâtus vir qui in ſapiéntia morábitur: & qui in iuſtítia meditábitur: & in ſenſu cogitâbit circunſpectiônẽ Dei. Cibâbit illum pane vitæ & intelléctus: & aqua ſapientiæ ſalutâris potâbit illum. Et firmábitur in illo & non flectêtur: & continêbit illum & non confundêtur: & exaltâbit illum apud próximos ſuos. Et nómine ætérno hæreditâbit illũ Dóminus Deus noſter.

Alleluia. ℣. Iuſtus non conturbábitur: quia Dóminus firmat manum eius. Alleluia. Pſal 36.

Euangelium. Ego ſum vitis vera Vt ſupra in Miſſa præcedenti.

Offer. Repléti ſumus mane miſericórdia tua: & exultáuimus & delectáti ſumus alleluia. Pſal. 89. Secreta.

ACcépta ſit in conſpéctu tuo Dómine noſtra deuótio: & eius nobis fiat ſupplicatiône ſalutâris pro cuius ſolennitâte deféertur. Per Dóminum noſtrum.

Communio. Ego ſum vitis vera & vos pálmites: qui manet in me, & ego in eo, hic fert fructum multum alleluia. Ioã. 15. Poſt communio.

REfécti participatiône múneris ſacri: quæſumus Dómine Deus noſter: vt cuius exéquimur cultum: ſentiâmus effé́ctum. Per Dóminum noſtrum.

29 S. PATRIS NOSTRI Roberti Abbatis Miſſa Os iuſti. Vt in communi vnius Abbatis. fol. 8.

Eodem die. Hugonis Abbatis. Miſſa Os iuſti. Vt in communi vnius Abbatis. fol. 8.

30 S. PETRI MARTYris, Miſſa Lætabitur iuſtus.

Collecta.

Adeſto Domine. Sine atque Pōtificis vt in cōmuni vnius Martyr. fol. 1.

****

FESTA MAII.

1 SS. APOSTOLOrum Philippi & Iacobi.

Introitus.

Pſal. 33. EXclamauérūt ad te Dómine in tēpore afflictiônis ſuæ & tu de cœlo exaudíſti eos, alleluia alleluia.

Pſal. 32. Pſal. Exultâte iuſti in Dño: rectos decet collaudátio.

Collecta.

DEus qui nos ánnua apoſtolôrum tuôrū Philíppi & Iacóbi ſolennitâte lætíficas? præſta quæſumus: vt quorum gaudêmus méritis? inſtruâmur exémplis. Per.

¶ Léctio Actuū Apoſtolôrū.

IN diêbus illis. Exúrgens princeps ſacerdôtum Annas, & omnes qui cum illo erāt, quæ eſt hæreſis Sadducæôrum, repléti ſunt zelo: & iniecérunt manus in Apóſtolos: & poſuérunt eos in cuſtódia pública. Angelus autem Dómini per noctem apériēs iánuas cárceris, & edúcens eos dixit. Ite: & ſtantes loquímini in templo plebi, ómnia verba vitæ huius. Qui cū audíſſent: intrauérūt dilúculo in templum & docêbant. capi. 5.

Alleluia. ℣. Stabunt iuſti in magna cōſtātia aduérſus eos qui ſe anguſtiauérūt. Alleluia. ℣. Iſti ſunt duæ oliuæ, & duo candelâbra lucéntia ante Dóminum: habent poteſtâtem cláudere cœlum núbibus, & aperîre portas eius, quia linguæ eôrum claues cœli factæ ſunt. Alleluia. Sap. 5. Apocal. 11.

Sequéntia ſancti Euangélij ſecúndum Ioánnem.

IN illo tēpore: Dixit Ieſus diſcípulis. Non turbêtur cor veſtrū. Créditis in Deum: & in me crédite. In domo patris mei māſiónes multę ſunt. Si quó- capi. 14.

minus dixiſſem vobis quia vado parâre vobis locum. Et ſi abíero & præparáuero vobis locum: íterum vénio, & accípiam vos ad me ipſum: vt vbi ſum ego & vos ſitis. Et quo ego vado ſcitis: & viã ſcitis. Dicit ei Thomas. Dómine: neſcîmus quo vadis. Et quómodo póſſumus viã ſcire? Dicit ei Ieſus. Ego ſum via & véritas & vita. Nemo venit ad patrem: niſi per me. Si cognouiſſêtis me, & patrem meum vtiq; cognouiſſêtis: & ámodo cognoſcêtis eum, & vidíſtis eum. Dicit ei Philíppus. Dómine, oſténde nobis patrem: & ſúfficit nobis. Dicit ei Ieſus. Tanto témpore vobíſcum ſum, & non cognouíſtis me? Philíppe: qui videt me: videt & patrem: Quómodo tu dicis: oſténde nobis patrem? Nõ credis: quia ego in patre: & pater in me eſt? Verba quæ ego loquor vobis: à me ipſo non loquor. Pater autem in me manens: ipſe facit ópera. Non créditis quia ego in patre & pater in me eſt? Aliôquin: propter opera ipſa crédite. Amén amén dico vobis: qui credit in me, ópera quæ ego fácio, & ipſe fáciet. Et maiôra horum fáciet: quia ego ad patrem vado. Et quodcunq; petierîtis in nómine meo hoc fáciã: vt glorificêtur pater in fílio. Siquid petierîtis in nómine meo: hoc fáciam. Credo.

Offertorium. Confitebúntur cœli mirabília tua Dómine: & veritâtem tuam in Eccléſia ſanctôrum, alleluia, alleluia. Pſal. 88.

Secreta.

Mvnera Dómine quæ pro Apoſtolôrum tuôrum Philíppi & Iacóbi ſolennitâte deférimus: propícius ſúſcipe, & mala ómnia quæ merêmur auérte. Per.

Præfa. Te Dómine ſupplíciter. fol. 141.

Communio. Tanto témpore vobíſcũ ſum & non cognouíſtis me? Philíppe, qui videt me, videt & patrẽ, alleluia. Non credis quia ego in patre & pater in me eſt? alleluia alleluia. Ioã. 14.

Poſt communio.

Qvæſumus Dómine ſalutáribus repléti myſtérijs: vt quorum ſoléńnia celebrâmus: eôrum oratiónibus adiuuêmur. Per Dóminũ.

3 ## IN INVENTIONE ſanctæ Crucis. Introitus.

Ad Gal. ca. 6. NOs autem gloriári opórtet in Cruce Dómini noſtri Ieſu Chriſti, in quo eſt ſalus, vita & reſurréctio noſtra, per quē ſaluáti & liberáti ſumus, alleluia alleluia.

Pſal. 66. Pſal. Deus miſereâtur noſtri & bene dîcat nobis, illúminet vultū ſuū ſuper nos & miſereâtur noſtri. Collecta.

DEus qui in præclára ſalutíferæ crucis inuentiône paſsiônis tuæ mirácula ſuſcitáſti: concêde: vt vitâlis ligni prétio: ętérnæ vitæ ſuffrágia conſequâmur. Qui viuis & regnas.

Léctio Epiſto. B. Pauli Apoſtoli ad Galathas.

ca. 5. FRatres. Confído de vobis in Dómino: quod nihil áliud ſapiêtis. Qui autem contúrbat vos: portâbit iudícium quicúnque eſt ille. Ego autem fratres ſi circunciſiônem adhuc prædico: quid adhuc perſecutiônem pátior? Ergo euacuâtum eſt ſcándalum crucis. Vtinam & abſcindántur qui vos contúrbant. Vos enim in libertâtem vocáti eſtis fratres: tantum ne libertâtem in occaſiônem detis carnis: ſed per charitâtem ſeruîte ínuicem. Omnis enim lex in vno ſermône implêtur: díliges próximum tuū ſicut teipſum. Quod ſi ínuicem mordêtis & comédítis, vidête ne ab ínuicem conſummámini. Quicúnq; enim volunt placêre in carne: hi cogunt vos circuncídi: tantum vt crucis Chriſti perſecutiônem non patiántur. Neque enim qui circuncidúntur legem cuſtódiunt: ſed volunt vos circuncídi: vt in carne veſtra gloriéntur. Mihi autem abſit gloriári, niſi in cruce Dómini noſtri Ieſu Chriſti: per quem mihi mundus crucifíxus eſt: & ego mundo.

Alleluia. ℣. Dícite in géntibus quia Dóminus regnâuit à ligno. Alleluia. ℣. Dulce lignum, dulces clauos, dúlcia ferens pōdera, quæ ſola fuiſti digna ſuſtinêre regem cœlôrum & Dominū.

Sequéntia ſancti Euangélij ſecúndum Ioánnem.

IN illo témpore. Erat homo ex phariſęis Nicodê- ca. 3.

codêmus nómine: princeps Iudæôrum. Hic venit ad Ieſum noƈte. & dixit ei. Rabbi, ſcimus quia à Deo veniſti magíſter. Nemo enim poteſt hęc ſigna fácere quæ tu facis: niſi fúerit Deus cum eo. Reſpóndit Ieſus: & dixit ei. Amén amén dico tibi: niſi quis natus fúerit dénuo: non poteſt vidêre regnum Dei. Dicit ad eum Nicodêmus. Quómodo poteſt homo naſci cum ſit ſenex? Nunquid poteſt in vẽtrem matris ſuæ iteráto introîre & naſci? Reſpóndit Ieſus. Amén amén dico tibi: niſi quis renâtus fúerit ex aqua & ſpíritu: non poteſt introîre in regnum Dei. Quod natum eſt ex carne: caro eſt. Et quod natum eſt ex ſpíritu: ſpiritus eſt. Non mirêris quia dixi tibi: opórtet vos naſci dénuo. Spíritus vbi vult ſpirat: & vocem eius audis: ſed non ſcis vnde véniat: aut quo vadat. Sic eſt omnis: qui natus eſt ex ſpíritu. Reſpóndit Nicodêmus & dixit ei. Quómodo poſſunt hæc fíeri? Reſpõdit Ieſus & dixit ei. Tu es magíſter in Iſraél, & hæc ignóras? Amén amén dico tibi: quia quod ſcimus lóquimur: & quod vídimus teſtâmur: & teſtimónium noſtrum non accípitis. Si terrêna dixi vobis & non créditis: quómodo ſi díxero vobis cœléſtia credêtis? Et nemo aſcéndit in cœlum: niſi qui deſcéndit de cœlo: fílius hóminis qui eſt in cœlo. Et ſicut Móyſes exaltâuit ſerpéntem in deſérto ita exaltári opórtet fílium hóminis: vt omnis qui credit in ipſum non péreat, ſed hábeat vitam ætérnam. Credo.

Offertorium. Verbũ crucis pereúntibus ſtultítia eſt: his autem qui ſalui fiunt, id eſt nobis virtus Dei eſt alleluia. 1. Corint. 1.

Secreta.

SAcrifíciũ Dómine, quod immolâmus placâtus inténde: vt ab ómnium nos éxuat bellôrum nequítia, & per vexíllum ſanƈtæ crucis fílij tui, ad conteréndas poteſtâtum aduerſârum inſídias: nos in tuæ proteƈtiônis ſecuritâte conſtítuat. Per eundem.

Prępfat. Qui ſalutẽ. fol. 141.

Cõmu. Per ſignũ crucis de inimicis

noſtris libera nos Deus noſter, alleluia alleluia. Poſt communio

INeffábilem cleméntiā tuā quæſumus omnípotens Deus: vt ab his quos per lignū ſanctæ crucis, pio cruôre fílij tui redemíſti: dira ſerpéntis antíqui venêna depéllas? & eis per grátiā Sācti ſpíritus pócula ſalûtis infúndas. Per eundem. in vnitate eiuſdem.

EODEM DIE ALEXANDRI, Euentij & Theodoli Martyrum. Introitus.

Pſal. 33. CLamauérūt iuſti & Dn̄s exaudîuit eos: & ex ómnibus tribulatiónibus eôrum liberâuit eos, alleluia.

Ibi. Pſal. Benedîcam Dóminum in omni tépore: ſemper laus eius in ore meo. Glória in excélſis. Collecta.

PRæſta quæſumus omnípotens Deus: vt qui ſanctôrum tuôrum Alexándri, Euéntij, & Theodóli, natalítia cólimus? à cunctis malis imminéntibus eôrum interceſsiónibus liberêmur. Per.

¶ Léctio libri ſapientiæ.

ca. 5. STabunt iuſti in magna cōſtātia aduérſus eos qui ſe anguſtiauérunt: & quí abſtulérunt labóres eôrum. Vidéntes turbabúntur timôre horríbili: & mirabúntur in ſubitatiône inſperátę ſalûtis, dicē tes intra ſe, pœniténtiam agē tes: & præ angúſtia ſpíritus geméntes. Hi ſunt quos aliquándo habúimus in derîſum: & in ſimilitúdinem impropérij. Nos inſenſáti vitā illôrum æſtimabâmus inſániam: & finem illôrum ſine honôre. Ecce quómodo computáti ſunt inter fílios Dei: & inter ſanctos ſors illôrum eſt. Alleluia.

℣ Exultâbunt ſancti in glória: lætabūtur in cubílibus ſuis. Alleluia. Pſal. 149.

Sequéntia ſancti Euangélij ſecúndum Lucam:

IN illo témpore. Dixit Ieſus diſcípulis ſuis. Cum audierîtis prælia & ſeditiónes: nolîte terréri. Opórtet primum hęc fíeri: ſed nondum ſtatim finis. Tunc dicêbat illis. Surget gens contra gentem: & regnum aduérſus regnum: & terræmôtus magni erunt per loca: & peſtiléntiæ & fames, terróreſq; de cœlo, & ſigna capi. 21.

magna erunt. Sed ante hæc ómnia iniíciēt vobis manus ſuas & perſequéntur, tradéntes in Synagógas & cuſtódias trahētes ad reges & præſides, propter nomen meum. Contínget autem vobis in teſtimónium. Pónite ergo in córdibus veſtris: non præmeditári quemádmodum reſpōdeâtis. Ego enim dabo vobis os & ſapiéntiam: cui non póterunt reſíſtere & contradícere omnes aduerſárij veſtri. Tradémini autem à paréntibus & frátribus, & cognátis, & amícis: & morte affícient ex vobis. Et éritis ódio ómnibus propter nomē meum. Et capíllus de cápite veſtro non períbit. In patiéntia veſtra: poſsidébitis ánimas veſtras.

Offert. Repléti ſumus mane miſericórdia tua: & exultáuimus & delectáti ſumus, alleluia. Pſal. 89. Secreta.

SVper has quæſumus hóſtias Dómine benedíctio copióſa deſcéndat: quæ & ſanctificatiónem nobis cleménter operêtur: & de mártyrum nos ſolennitâte lætíficet. Per Dóminum noſtrum.

Commu. Iuſtórum ánimæ in manu Dei ſunt: & non tanget illos torméntum malítiæ, viſi ſunt óculis inſipiéntiū mori: illi autem ſunt in pace, alleluia alleluia. Sap. 3. Poſt communio.

REféćti participatiône múneris ſacri: quæſumus Dn̄e Deus noſter: vt cuius exéquimur cultum ꝫ ſentiâmus effécłum. Per Dóminū.

S. IOANNIS ANTE portam Latinam. Introitus. 6

IN médio Eccléſiæ apéruit os eius: & implêuit eum Dóminus ſpíritu ſapiéntiæ & intelléctus: ſtola gloriæ índuit eū, alleluia alleluia alleluia. Eccl. 15

Pſalm. Iucunditâtem & exultatiónem theſaurizâuit ſuper eum. Ibi.

Gloria in excel. Collecta.

DEus qui cónſpicis: quia nos vndiq; mala noſtra pertúrbāt ꝫ præſta quæſumus, vt beáti Ioánnis apóſtoli tui intercéſsio glorióſa nos prótegat. Per Dóminum.

¶ Lectio libri Sapiéntiæ.

QVi timet Deū: fáciet bona. Et qui cóntinens eſt iuſtitiæ apprehéndet illā: & obuiâbit illi quaſi mater capi. 15.

honorificâta. Cibâbit illum pane vitæ & intelléctus: & aqua ſapiéntiæ ſalutâris potâbit illum. Et firmábitur in illo & non flectêtur: & continêbit illũ & nõ confundêtur: & exaltâbit illum apud próximos ſuos. In médio eccléſiæ apéruit os eius: & implêuit eum Dóminus ſpíritu ſapiéntiæ & intelléctus: & ſtola glóriæ índuit eum. Iucunditâtem & exultatiônem, theſaurizâuit ſuper eũ. Et nómine ætérno hæreditâuit illum Dóminus Deus

Eſai. 9. noſter. Alleluia. ℣. Primus ad Siõ dicet, Ecce adſum: & Hieruſalém Euangeliſtam dabo. Alleluia. ℣.

Ioã. 21. Hic eſt diſcípulus ille qui teſtimóniũ pérhibet de his: & ſcimus quia verum eſt teſtimónium eius. Alleluia.

Sequéntia ſancti Euangélij ſecúndum Ioánnem.

Ibi. IN illo témpore: Dixit Ieſus Petro. Séquere me. Cõuérſus Petrus, vidit illum diſcípulũ quem diligêbat Ieſus ſequéntem: qui & recúbuit in cœna ſuper pectus eius: & dixit, Dómine, quis eſt qui tradet te. Hunc ergo cum vidíſſet Petrus: dixit Ieſu. Dómine: hic autem quid? Dixit ei Ieſus. Sic eum volo manêre donec véniã. Quid ad te? Tu me ſéquere. Exîuit ergo ſermo iſte inter fratres: quia diſcípulus ille non móritur. Et non dixit ei Ieſus: quia non móritur, ſed ſic eum volo manêre donec véniã: quid ad te. Hic eſt diſcípulus qui teſtimónium pérhibet de his: & ſcripſit hæc. Et ſcimus quia verum eſt teſtimónium eius. Credo.

Offer. Repléti ſumus mane miſericórdia tua: & exultáuimus & delectáti ſumus, alleluia. Pſal. 89.

Secreta.

MVnéribus noſtris quæſumus Dómine precibuſq; ſuſcéptis, & cœléſtibus nos munda myſtérijs & cleménter exáudi Per Dóminũ.

Præfatio de Apoſtolis Te Dómine ſupplíciter. fol. 141.

Communio. Ego ſum vitis vera & vos pálmites: qui manet in me, & ego in eo, hic fert fructum multũ, alleluia. Ioã. 15.

Poſt communio.

REfecti Dómine pane cœléſti, ad vitam quæſumus nutriâmur ætérnam. Per Dóminum noſtrum.

8 S. PETRI EPISCOPI & cōfeſſ. Miſſa Statuit Vt in cōmuni vnius confeſſ. pōti. fol. 4.

Eodem die Reuelationis. S. Michaelis Miſſa vt in eius Dedicatione. fol. 242.

10 SS. GORDIANI ET Epimachi. Introitus.

Pſal. 144. SAnĉti tui Dñe benedícēt te: glóriā regni tui dicent, alleluia.

Ibi. Pſalm. Exaltâbo te Deus meus rex, & benedîcam nómini tuo in ſæculum: & in ſæculum ſæculi. Collecta.

DA quæſumus omnípotens Deus: vt qui beatôrū Martyrū tuorū Gordiáni, atq; Epímachi ſolénnia cólimus: eôrū apud te interceſsiónibus adiuuêmur. Per Dñm.

Epiſt. Sâĉti per fidē. Vt in cōmuni plurimorū mart. fol. 3.

Pſal. 32. Alleluia. ℣. Sanĉti & iuſti in Dómino gaudête: vos elêgit Deus in hæreditâtem ſibi. Alleluia.

Sequéntia ſanĉti Euangélij ſecúndum Matthæum.

Capi. 24. IN illo témpore. Sedēte Ieſu ſuper mōtem Oliuéti: acceſſérunt ad eum diſcípuli ſecretò, dicéntes. Dic nobis quando hæc erunt: & quod ſignū aduéntus tui & conſummatiônis ſæculi. Et reſpóndens Ieſus, dixit eis. Vidête: ne quis vos ſedûcat. Multi enim vénient in nómine meo dicéntes, ego ſum Chriſtus: & multos ſedúcent. Auditúri enim eſtis pręlia & opiniónes pręliôrum. Vidête, ne turbémini. Opórtet enim hæc fíeri: ſed nondum eſt finis. Conſúrget enim gens in gētem, & regnum in regnum: & erunt peſtiléntiæ & fames, & terręmôtus per loca. Hæc autē ómnia inítia ſunt dolôrum. Tunc tradent vos in tribulatiône: & occídent vos. Et éritis ódio ómnibus gētibus propter nomē meū. Et tunc ſcandalizabúntur multi & ínuicem tradent: & ódio habébunt ínuicem. Et multi pſeudoprophétæ ſurgent: & ſedúcent multos. Et quóniam abundâbit iníquitas: refrigéſcet cháritas multôrum. Qui autem perſeueráuerit vſque in finem: hic ſaluus erit.

Offer.

Pſal. 67. Offert. Mirábilis Deus in ſanctis ſuis Deus Iſraël: ipſe dabit virtútem & fortitúdinem plebi ſuæ: benedíctus Deus, alleluia.

Secreta.

HOſtias tibi Dómine beatôrum Mártyrum Gordiáni atque Epímachi dicátas méritis benígnus aſſûme: & ad perpétuum nobis tríbue prouenîre ſubſídium. Per Dóminum noſtrum Ieſum Chriſtum filium tuum.

Sap. 3. Communio. Iuſtôrum ánimæ in manu Dei ſunt: & non tanget illos torméntum malítiæ: viſi ſunt óculis inſipiéntium mori, illi autem ſunt in pace, alleluia, alleluia.

Poſt communionem.

QVæſumus omnípotens Deus: vt qui cœléſtia aliménta percépimus: inter cedéntibus ſanctis tuis Gordiáno atq; Epímacho, perhęc contra ómnia aduérſa muniâmur. Per Dóminum noſtrum Ieſum Chriſtum.

11 SANCTI MAMmerti Epiſcopi & confeſſo.

Commu. Deus qui animæ famuli tui. vt in commun. folio. 14.

SS. NEREI ACHILlei atque Pancratij marty. 12

Introitus.

Pſal. 32. ECce óculi Dómini ſuper timéntes eum: ſperántes in miſericórdia eius, alleluia, vt erípiat à morte ánimas eôrum, quóniam adiûtor & protéctor noſter eſt, alleluia, alleluia.

Ibi. Pſalm. Exultâte iuſti in Dómino: rectos decet collaudátio. Collecta.

PRæſta quæſumus omnípotens Deus: vt qui beatôrum mártyrum tuôrũ Nérei, Achíllei, atque Pancrátij natalítia cólimus: à cunctis malis imminéntibus eôrum interceſsiónibus liberêmur. Per Dóminum noſtrum.

Epiſtola. Iuſti in perpétuum. vt in communi plurimôrum Martyrum folio. 4.

Pſal. 67. Alleluia. ℣. Iuſti epuléntur & exúltent, in conſpéctu Dei delectêntur in lætítia, Alleluia.

Sequentia ſancti Euangélij ſecúndum Matthæum.

Cap. 19. IN illo témpore: Acceſſérunt ad Ieſum Phariſæi: tentántes eum & dicéntes. Si licet hó-

mini dimíttere vxôrem ſuã, quacúnque ex cauſa? Qui reſpóndens, ait eis. Non legíſtis quia qui fecit ab inítio máſculũ & fœminã fecit eos, & dixit: Propter hoc dimíttet homo patrẽ & matrẽ: & adhærêbit vxóri ſuæ, & erunt duo in carne vna? Itaq; iã nõ ſunt duo: ſed vna caro. Quod ergo Deus coniúnxit: homo nõ ſéparet. Dicunt illi. Quid ergo Móyſes mandâuit dari libéllum repúdij, & dimíttere? Ait illis. Quóniã Móyſes ad durítiã cordis veſtri permîſit vobis dimíttere vxóres veſtras. Ab inítio aũt nõ fuit ſic. Dico autẽ vobis, quia quicúnq; dimíſerit vxôrẽ ſuã niſi ob fornicatiônẽ, & aliã dúxerit, mœchâtur. Et qui dimíſſam dúxerit, mœchâtur. Dicũt ei diſcípuli eius. Si ita eſt cauſa hóminis cum vxôre: nõ éxpedit núbere. Qui dixit. Nõ omnes cápiũt verbũ iſtud: ſed quibus datũ eſt. Sunt enim eunúchi, qui de matris vtero ſic nati ſunt. Et ſunt eunúchi, qui facti ſunt ab hóminibus. Et ſunt eunúchi, qui ſeipſos caſtrauérunt propter regnum cœlôrum. Qui poteſt cápere cápiat.

Offertorium. Confitebúntur cœli mirabília tua Dómine, & veritâtem tuam in ecclẽſia ſanctôrum, alleluia, alleluia. Pſal. 88.

Secreta.

Mvnera quæſumus Dómine tibi dicâta ſanctífica, & intercedéntibus beátis mártyribus tuis Néreo, Achílleo, atq; Pancrátio, per éadem nos placâtus inténde. Per.

Commun. Gaudête iuſti in Dómino alleluia, rectos decet collaudátio alleluia. Pſal. 32.

Poſt communio.

Beatôrum mártyrum tuõrum Nérei, Achíllei atq; Pãcrátij Dómine interceſsiónibus placâtus præſta quæſumus, vt quæ temporáli celebrâmus actiône: perpétua ſaluatiône capiâmus. Per Dóminum noſtrum.

S. SERVATII Epiſcopi & confeſſ. comm. 13

Collecta. Deus qui cõſpicis. vt in commu. fol. 14.

S. IVONIS CONfeſſor. Miſſa. Os iuſti. vt in communi vnius confeſſoris non Pont. folio. 8. 19

Eo-

Eodem die S. Potentianæ virgi. comm. Collecta. Exaudi nos Deus. vt in commun. folio. 15.

23 S. DESIDERII Epiſco. Marty. Collecta.

DEus qui nos B. Deſidérij mártyris tui atque Pontíficis ánnua ſolennitâte lætíficas: concêde propícius: vt cuius natalítia cólimus: de eiúſdem etiam protectiône gaudeâmus. Secreta.

MVnera tibi Dómine dicâta ſanctífica, & intercedénte beáto Deſidério mártyre tuo atq; Pontífice, per éadem nos placâtus inténde.

Poſt communionem.

HÆc nos commúnio Dómine purget à crímine: & intercedénte beáto Deſidério mártyre tuo atque Pōtífice cœléſtis remédij fáciat eſſe conſórtes.

24 SS. DONATI ET Rogatiani Martyr. Comm. Collecta. Præſta quæſumus vt qui fortes. vt in Communi. folio 13.

S. VRBANI PAPÆ 25 Marty. Introitus.

SAcerdótes tui Dómine índuant iuſtítiam: & ſancti tui exúltent, propter Dauid ſeruum tuum, non auértas fáciē Chriſti tui, alleluia, alleluia. Pſal. 131.

Pſal. Meménto Dómine Dauid, & omnis manſuetúdinis eius. Colle. Ibi.

DA quæſumus omnípotēs Deus, vt qui B. Vrbáni mártyris tui atq; Pontíficis ſolénnia cólimus: eius apud te intercesſiónibus adiuuêmur. Per Dóminum noſtrum.

Lectio libri Sapientiæ.

BEâtus homo qui ínuenit ſapiéntiam, & qui áffluit prudéntia. Mélior eſt acquiſítio eius negotiatiône argénti & auri, primi & puríſsimi fructus eius. Pretióſior eſt cū́ctis ópibus, & ómnia quę deſiderántur, huic nō vâlēt cōparári. Lōgitûdo diērū in déxtera eius, & in ſiniſtra illius diuítiæ & glória. Viæ eius, viæ pulchræ, & omnes ſémitæ illîus pacíficæ. Lignum vitæ eſt his, qui apprehénderint eā, & qui tenúerit eā beâtus. Cap. 3.

Dóminus ſapiéntia fundâuit terram: ſtabilîuit cœlos prudéntia. Sapiéntia illius erupé runt abyſſi: & nubes rore cócréſcunt.

Pſal 88. ℟. Inuéni Dauid ſeruum meum: óleo ſancto vnxi eum, manus enim mea auxiliábitur ei: & bráchium meum confortábit eum. ℣. Nihil profíciet inimícus in eo: & filius iniquitâtis non nocébit eum. Alleluia. ℣. Poſuiſti

Pſal. 20. Dómine ſuper caput eius: corônã de lápide pretióſo. Alleluia.

Euange. Homo quidam peregrè. vt in Communi confeſſo. Pontifi. folio. 6.

Pſal. 88. Offertorium. Véritas mea & miſericórdia mea cum ipſo: & in nómine meo exaltábitur cornu eius, alleluia.

Secreta.

HÆc hóſtia, quæſumus Dómine emúndet noſtra delícta, & ſacrifícium celebrándum ſubditôrum tibi córpora menteſque ſanctífi cet. Per Dóminum noſtrum.

Luc. 12. Commun. Fidélis ſeruus & prudens quem conſtítuit Dóminus ſuper famíliam ſuam: vt det illis in témpore trítici menſûram, alleluia alleluia.

Poſt communionem.

REfécti participatiône múneris ſacri: quæſumus Dómine Deus noſter: vt cuius exéquimur cultum, ſentiâmus effèctum. Per Dñm.

S. PETRONILLÆ 31
Virginis Comme. Collecta.

Exaudi nos Deus. vt in communi comme. fol. 15.

****

FESTA IVNII.

NICOMEDIS 1
martyris. Introitus.

IVſtus non conturbábitur: quia Dóminus firmat manum eius tota die miſerêtur & cómmodat: & ſemen eius in benedictiône erit: in ætérnum conſeruábitur, alleluia. Pſal. 36.

Pſal. Noli æmulári in malignántibus neq; zeláueris faciéntes iniquitâtem. Ibi.

Collecta.

DEus qui nos B. Nicomêdis mártyris tui méritis & interceſsiône lætíficas: cócêde propícius: vt qui eius benefícia póſcimus dona tuę grátiæ conſequâmur. Per.

Léctio libri Sapiéntiæ.

IVſtus cor ſuum tradet ad vigilándum dilúculo: ad Ecc. 39.

Dóminum qui fecit illú: & in conſpéctu altíſsimi deprecábitur. Apériet os ſuum in oratiône: & pro delíctis ſuis deprecábitur. Si enim Dñs magnus voluérit: ſpíritu intelligẽtię replêbit illum. Et ipſe tanquam imbres mittet elóquia ſapiéntiæ ſuæ: & in oratiône confitébitur Dómino. Et ipſe diriget conſilium eius & diſciplînam: & in abſcónditis ſuis conſiliábitur. Et ipſe palam fáciet diſciplînam doctrinæ ſuæ: & in lege teſtaménti Dómini gloriábitur. Collaudábunt multi ſapiéntiam eius: & vſque in ſæculum non delébitur. Non recêdet memória eius: & nomẽ eius requirêtur à generatiône in generatiônem.

Pſal. 20. ℟. Dómine præueniſti eum in benedictiónibus dulcédinis, poſuíſti in cápite eius, corônam de lápide pretióſo. ℣. Vitam pétijt & tribuíſti ei longitúdinem diêrum in ſæculum ſæculi. Alleluia. Iac. 1 ℣. Beâtus vir qui ſuffert tentatiônem: quóniam cum probâtus fúerit accípiet corônam vitæ. Alleluia.

Si tempore paſchali venerit: dicitur tantum. Alleluia. cum. ℣. Beatus vir qui.

Sequéntia ſancti Euangélij ſecúndum Marcum.

IN illo témpore: Dixit Ieſus diſcípulis ſuis. Si quis vult me ſequi, deneget ſemetípſum, & tollat crucem ſuam: & ſequâtur me. Qui enim volúęrit ánimam ſuam ſaluam fácere, perdet eam. Qui autem perdíderit ánimam ſuam propter me & propter Euangélium: ſaluã eam fáciet. Quid enim próderit hómini ſi lucrêtur mundum totum: & detriméntũ fáciat ánimæ ſuæ? Aut quid dabit homo commutatiônis pro ánima ſua? Qui enim me confeſſus fúerit & mea verba, in generatiône iſta adúltera & peccatrîce: & fílius hóminis confitébitur eum: cum vénerit in glória patris ſui cum ángelis ſanctis. Et dicêbat illis. Amẽ dico vobis: quia ſunt quidã de hic ſtántibus qui non guſtábunt mortem: donec vídeant regnum Dei véniens in virtûte. cap. 8.

Pſal. 8. Offertor. Glória & honôre coronáſti eum: & conſtituíſti eũ ſuper ópera mánuum tuarum Dómine.

Secreta.

MVnera Dómine oblâta ſanctífica, & intercedẽte B. Nicomêde Mártyre tuo, nos per hæc à peccatôrum noſtrôrum máculis emúnda. Per Dóminum noſtrum.

Luc. 9. Communio. Qui vult venîre poſt me ábneget ſemetípſum, & tollat crucem ſuam, & ſequâtur me.

Poſt communionem.

SVpplices te rogâmus omnípotens Deus, Vt quos tuis réficis ſacraméntis, intercedénte B. Nicomêde mártyre tuo, tibi étiam plácitis móribus dignánter tribuas deſeruîre. Per Dóminum.

2 SS. MARCELLINI & Petri mart. Introitus.

Pſal. 33. CLamauérunt iuſti & Dóminus exaudîuit eos, & ex ómnibus tribulatiónibus eôrum liberâuit eos, alleluia.

Ibi. Pſal. Benedîcam Dóminum in omni tẽpore, ſemper laus eius in ore meo.

Collecta.

DEus qui nos ánnua beatôrũ mártyrum tuôrum Marcellíni & Petri ſolennitâte lætíficas, præſta quæſumus, vt quorũ gaudêmus méritis prouocêmur exémplis. Per.

Léctio libri Apocalyſis Ioánnis Apóſtoli.

IN diêbus illis: Reſpóndens vnus de ſenióribus, dixit mihi: Hi qui amícti ſunt ſtolis albis, qui ſunt & vnde venérunt? Et dixi illi. Dñe mi: tu ſcis. Et dixit mihi. Hi ſunt qui venérũt de tribulatiône magna, & lauérũt ſtolas ſuas, & dealbauérũt eas in ſánguine agni. Ideo ſunt ante thronũ Dei, & ſéruiunt ei die ac nocte in tẽplo eius. Et qui ſedet in throno, hábitat ſuper illos. Non eſúrient, neq; ſítient ámplius, & non cadet ſuper illos ſol, neq; vllus æſtus, quóniã agnus qui in médio throni eſt reget illos, & dedûcet illos ad vitæ fontes aquârũ. Et abſtérget Deus omnem láchrymam ab óculis eôrum. Cap. 7.

℟. Glorióſus Deus in ſanctis mirábilis in maieſtâte fáciens prodígia. Pſal. 67.

℣. Déxtera tua Dómine glorificâta eſt in virtûte, déxtera manus tua confrêgit inimîcum. Exo 15. Alleluia. ℣. Fulgébunt iuſti, & tanquam ſcintíllæ in arundinéto diſcúrrent & regnábunt in ætérnum. Sap. 3. Alleluia.

Sequéntia ſancti Euangélij ſecúndum Ioánnem.

c.16 IN illo témpore: Dixit Ieſus diſcípulis ſuis. Amē amē dico vobis, quia plorábitis & flébitis vos, mūdus autē gaudêbit. Vos autē cōtriſtabímini: ſed triſtítia veſtra vertêtur in gáudiū. Múlier cū parit triſtítiam habet, quia venit hora eius. Cū autē pepérerit púerū iā nō méminit preſſúrę propter gáudiū, quia natus eſt homo in mundū. Et vos ígitur, nunc quidē triſtítiā habêtis. Iterum autē vidêbo vos & gaudêbit cor veſtrum. Et gáudium veſtrum nemo tollet à vobis.

Pſal. 67. Offert. Mirábilis Deus in ſanctis ſuis: Deus Iſraél ipſe dabit virtútem & fortitúdinem plebi ſuæ: benedíctus Deus, alleluia. Secreta.

HOſtia hęc quęſumus Dn̄e quā in ſanctôrū tuôrū natalítijs recēſéntes offérimus, & víncula noſtræ prauitâtis abſóluat, & tuę miſericórdię nobis dona concíliet. Per.

Sap. 13. Cōm. Iuſtôrū ánimæ in manu Dei ſunt, & non tanget illos torméntum malítiæ, viſi ſunt óculis inſipiéntium mori, illi autem ſunt in pace, alleluia, alleluia. Poſt communio.

SAcro múnere ſatiáti: ſúpplices te Dn̄e deprecâmur, vt quod débitę ſeruitûtis celebrâmus officio: ſaluatiônis tuæ ſentiâmus augméntum. Per Dóminum.

S. MEDARDI EPIS. conf. cōme. Coll. Da quæſumus, vt veneranda. vt in cōmuni folio. 14. 8

SS. PRIMI ET FEliciani mart. Introitus. 9

Ecc. 44. SApiétiā ſanctôrū narrāt pópuli, & laudem eôrū nūtiat ecclésia, nómina autē eôrū viuēt in ſęculum ſæculi, alleluia.

Pſal. Exultâte iuſti in Dómino, rectos decet collaudátio. Collecta. Pſal. 32.

DA quęſumus omnípotēs Deus vt qui beatôrum Mártyrum ſolénia cólimus: eôrum apud te intercelſiónibus adiuuêmur. Per Dn̄m.

Léctio libri Sapiéntiæ.

EXpectátio iuſtôrū lætítia, ſpes autē impiôrū perîbit. Fortitûdo ſímplicis via Dn̄i, & pauor his, qui operántur malum. Iuſtus in ætérnū non cōmouébitur: ímpij autē non c.10

habitábunt in terra. Os iuſti párturit ſapiéntiã, lingua prauôrum perîbit. Lábia iuſti cõſíderant plácita, & os impiôrum peruérſa. Simplícitas iuſtôrum díriget eos, & ſupplãtátio peruerſôrum vaſtâbit illos. Iuſtítia rectôrum liberâbit eos: & in inſídijs ſuis capiéntur iníqui. Iuſtus de angúſtia ſua liberâtus eſt: & tradêtur ímpius pro eo. Simulâtor ore décipit amîcum ſuũ: iuſti autem liberabúntur ſciẽtia. In bonis iuſtôrum exaltábitur cíuitas: & in perditiône impiôrum erit laudátio. In benedictiône iuſtôrũ. exaltábitur cíuitas.

Pſal. 149. ℟. Exultábunt ſancti in glória, lætabũtur in cubílibus ſuis. Ibi. ℣. Cantâte Dño cánticum nouum: laus eius in Eccléſia ſanctôrũ. Alleluia.
Pſal. 67. ℣. Mirábilis Dñs noſter in ſanctis ſuis. Alleluia.

Euang. Videns turbas Ieſus. vt in cõm. plurim. mart. fol 3.

Pſal. 31. Offert. Lætámini in Dño & exultâte iuſti, & gloriámini omnes recti corde, alleluia. Secreta

HOſtias tibi Dñe beatôrũ Mártyrũ dicátas méritis benígnus aſſûme, & ad perpétuum nobis tríbue peruenîre ſubſidium. Per Dóminum.

Commu. Ego vos elégi de mundo vt eâtis & fructum afferâtis & fructus veſter máneat, alleluia. Ioã. 15. Poſt cõm.

QVæſumus omnípotens Deus: vt qui cœléſtia aliménta percépimus, intercedéntibus ſanctis tuis per hæc contra ómnia aduérſa muniâmur. Per Dóminum.

S. BARNABE Apoſtoli. Introitus. 11

MIhi autem nimis honoráti ſunt amíci tui Deus nimis confortâtus eſt principâtus eôrum, alleluia. Pſal. 138.

Pſal. Dómine probáſti me & cognouíſti me: tu cognouíſti ſeſsiônem meã & reſurrectiônem meam. Ibi. Collecta.

QVæſumus omnípotens Deus: vt B. Bárnabas Apóſtolus, tuum pro nobis implôret auxíliũ: vt à noſtris reátibus abſolúti, à cunctis etiã perículis eruâmur. Per.

Léctio epiſtolæ B. Pauli Apóſtoli ad Romános.

FRatres. Scimus quóniã diligẽtibus Deũ, ómnia cooperántur in bonũ: his qui ſecúndũ propóſitũ vocáti ſunt ca. 8.

ſancti.

ſancti. Nã quos præſcîuit & prædeſtinâuit confórmes fíeri imágini fílij ſui: vt ſit ipſe primogénitus in multis frátribus. Quos autẽ prædeſtinâuit: hos & vocâuit. Et quos vocâuit, hos & iuſtificâuit. Quos aũt iuſtificâuit, illos & magnificâuit. Quid ergo dicêmus ad hæc? Si Deus pro nobis quis contra nos? Qui étiã próprio fílio ſuo nõ pepércit: ſed pro nobis ómnibus trádidit illũ. Quómodo nõ etiã cũ illo ómnia nobis donâuit? Quis accuſâbit aduérſus eléctos Dei? Deus qui iuſtíficat: quis eſt qui condẽnet? Chriſtus Ieſus qui mórtuus eſt, imo qui & reſurréxit: qui eſt ad déxterã Dei, qui etiã interpéllat pro nobis. Quis nos ſeparâbit à charitâte Chriſti? Tribulatio, an angúſtia, an perſecútio, an fames, an núditas, an perículũ, an gládius? Sicut ſcriptum eſt. Quia propter te mortificâmur tota die: æſtimáti ſumus ſicut oues occiſiônis. Sed in his ómnib[9] ſuperâmus propter eũ qui diléxit nos. Certus ſum enim: quia neq; mors, neque vita, neq; ángeli, neq; principâtus, neq; poteſtátes, neq; virtútes, neq; inſtãtia, neq; futûra, neq; fortitûdo, neq; altitûdo, neq; profúndũ, neq; creatûra ália póterit nos ſeparâre à charitâte Dei, quæ eſt in Chriſto Ieſu Dño noſtro.

℟. In omnẽ terrã exîuit ſonus eórũ, & in fines orbis terræ verba eórũ. ℣. Cœli enárrãt glóriã Dei, & ópera mánuũ eius annũciat firmaméntũ. Alleluia. Nimis honoráti ſunt amíci tui Deus, nimis cõfortâtus eſt principâtus eórum. Allel. ℣. Nõ vos me elegíſtis: ſed ego vos elégi, & póſui vos vt eâtis, & fructũ afferâtis: & fructus veſter máneat, Alle. Pſal. 18. Ibi. Ioã. 15.

Sequéntia ſancti Euangélij ſecúndum Ioánnem.

IN illo tẽpore: Dixit Ieſus diſcípulis ſuis. Hoc eſt præcéptũ meũ vt diligâtis ínuicem: ſicut diléxi vos. Maiôrem hac dilectiônem nemo habet, vt ánimã ſuam quis ponat pro amícis ſuis. Vos amíci mei eſtis, ſi fecerîtis quæ ego præcípio vobis. Iã nõ dicã vos ſeruos, quia ſeruus neſcit quid fáciat Dñs eius. Vos aũt dixi amícos, quia ómnia quęcũq; audíui à patre meo, nota feci vobis. Nõ vos me elegíſtis, ſed ego elégi vos Ibi.

& póſui vos vt eâtis & fructũ afferâtis, & fructus veſter maneat, vt quodcúnq; petierîtis patrem in nómine meo, det vobis. Credo.

Pſal. 18. Offert. In omnem terram exíuit ſonus eôrum, & in fines orbis terræ verba eôrum, alleluia. Secreta.

SAcrándum tibi Dñe munus offérimus, quo B. Bárnabę ſolẽnia recolẽtes, purificatiônẽ quoq; noſtris mẽtibus implorâmus. Per. Præfatio. Te Dñe ſuppliciter. fol. 141.

Mat. 19. Cõmunio. Vos qui ſecúti eſtis me, ſedébitis ſuper ſedes iudicántes duódecim tribus Iſraël, alleluia, alleluia. Poſt communionem.

PErcéptis Dñe ſacramẽtis ſuppliciter exorâmus, vt intercedénte B. Bárnaba Apóſtolo tuo quę pro illîus venerãda gérimus paſsiône nobis profíciât ad medêlã. Per.

12 SS. BASILIDIS CIrini, Naboris, & Nazarij márty. Introitus.

Pſal. 78. INtret in conſpéctu tuo Dñe gémitus cõpeditôrũ redde vicínis noſtris ſéptuplũ in ſinu eôrũ, víndica ſánguinem ſanctôrum tuôrũ, qui effûſus eſt.

Pſal. Deus venérunt gentes in hæreditâtem tuã, polluérũt tẽplum ſanctum tuum, poſuérunt Hieruſalem in pomórum cuſtódiam. Collecta. Ibi.

PRæſta quæſumus omnípotens Deus, vt qui ſanctôrum tuôrum ſolénnia cólimus? eôrum étiam virtútes imitêmur. Per Dóminum.

Léctio libri Sapiéntiæ.

LIngua ſapiẽtiũ ornat ſciẽtiã; os fatuôrũ ebúllit ſtultítiã. In omni loco: óculi Dñi cõtẽplántur bonos & malos Lingua placábilis lignũ vitæ quæ autẽ immoderâta eſt, cõteret ſpíritũ. Domus iuſti, plúrima fortitûdo, & in frúctibus ímpij cõturbátio. Lábia ſapiẽtiũ diſſeminábũt ſciẽntiã: cor ſtultôrũ diſsímile erit. Víctimę impiôrũ abominábiles Dómino: vota iuſtôrum placabília. Qui ſéquitur iuſtítiã, diligitur à Dómino. Prouer. 15.

℟. Víndica Dñe ſánguinẽ ſanctôrum tuórũ qui effûſus eſt. ℣. Poſuérũt mortália ſeruôrũ tuórũ eſcas volatílibus cęli: carnes ſanctôrũ tuórũ béſtijs terræ. Pſal. 78.

Alleluia. ℣. Te mártyrũ candidâtus laudat exércitus Dñe. Alleluia. Ibi.

Euangeliũ. Ecce ego mitto

vos. vt ſupra folio. 195.

Offert Exultábunt ſancti in glória, lætabúntur in cubílibus ſuis: exultatiónes Dei in fáucibus eórũ. Secreta.

Pſal. 149.

HOſtia hæc quæſumus Dñe, quam ſanctôrum tuôrũ natalítia recéſéntes offérimus: & víncula noſtræ prauitâtis abſóluat: & tuę nobis miſericórdiæ dona concíliet. Per Dóminum.

Cõmu Poſuérunt mortália ſeruôrũ tuórũ Dñe eſcas volatílibus cœli, carnes ſanctôrum tuôrum béſtijs terræ, ſecúndum magnitúdinem bráchij tui, póſside fílios morte punitôrum.

Pſal. 78.

Poſt communionem.

SAcro múnere ſatiátj ſúpplices te Dñe deprecâmur, vt quod débitæ ſeruitûtis celebrâmus offício: ſaluatiônis tuæ ſentiâmus augmẽtũ. Per.

13 S. ANTONII DE PAdua cõf. Miſſa. Os iuſti. vt in cõmu. conf. nõ pontif. fol. 8.

15 S. VITI MARTY. cóme. Colle. Adeſto. vt in communi folio. 13.

16 S. CIRICI ET IVLItæ marty. cóme. Colle. Deus qui nos annua ſolẽnitate. vt in commu. fol 13.

SS. MARCI ET MARcélliani mart. Introitus.

SAlus autẽ iuſtôrũ à Dómino: & protéctor eôrum eſt in témpore tribulatiônis. Pſal. 36.

Pſal. Noli æmulári in malignãtibus neq; zeláueris faciẽntes iniquitâtem. Ibi.

Collecta.

PRęſta quęſumus omnípotens Deus, vt qui SS. Marci & Marcelliáni natalítia cólimus: à cunctis malis imminéntibus eôrum interceſſiône liberêmur. Per Dóminũ.

Epiſto. Sancti per fidẽ. vt in cómu. plur. marty. folio. 3.

℟. Anima noſtra ſicut paſſer erépta eſt, de láqueo venãtiũ. ℣. Láqueus cõtrîtus eſt, & nos liberáti ſumus, adiutóriũ noſtrum in nómine Dñi, qui fecit cœlum & terram. Alleluia. ℣. Sãcti & iuſti in Dómino gaudẽte, vos elẽgit Deus in hæreditâtem ſibi. Alleluia.

Pſal. 123. Ibi. Pſal. 32.

Sequéntia ſancti Euangélij ſecúndum Lucam.

IN illo tẽpore. Dixit Ieſus diſcípulis ſuis. Atténdite à ferménto Phariſęôrum, quod eſt hypócriſis. Nihil autem opértum eſt, quod non reuelẽtur c. 12.

neq; abſcóndituũ, quod non ſciâtur. Quóniã quæ in ténebris dixíſtis in lúmine dicéntur, & quod in aure locúti eſtis in cubículis, prædicábitur in tectis. Dico autem vobis amícis meis, ne terreámini ab his qui occídunt corpus, & poſt hæc non habẽt ámplius quid fáciant. Oſténdã autẽ vobis quẽ timeâtis. Timête eũ qui poſtquã occíderit, habet poteſtâtem míttere in gehénnã. Ita dico vobis, hunc timête. Nónne quinq; páſſeres véneunt dipóndio? & vnus ex illis non eſt in obliuiône coram Deo. Sed & capílli cápitis veſtri, omnes numeráti ſunt. Nolîte ergo timêre, multis paſſéribus pluris eſtis. Dico autem vobis. Omnis quicúnque confeſſus fúerit me coram homínibus, & fílius hóminis confitébitur illum coram ángelis Dei. Qui autem negáuerit me coram homínibus, denegábitur coram ángelis Dei.

Pſal. 149. Offertorium. Exultábunt ſancti in glória: lætabúntur in cubílibus ſuis, exultatiónes Dei in fáucibus eórum.

Secreta.

MVnera tibi Dñe dicâta ſanctífica, & intercedẽtibus beáto Marco & Marcelliáno, per éadem nos placâtus inténde. Per Dóminũ.

Commu. Amén dico vobis, quod vni ex mínimis meis feciſtis, mihi fecíſtis, venîte benedícti patris mei poſsidête præparâtum vobis regnum ab inítio ſæculi. Mat. 25.

Poſt communio.

SAlutâris tui Dómine múnere ſatiáti, ſúpplices exorâmus, vt cuius lætâmur guſtu, renouêmur effẽctu. Per.

SS. GERVASII & Protaſij Mart. Introitus. 19

LOquêtur Dóminus pacem in plebem ſuã & ſuper ſanctos ſuos, & in eos qui conuertúntur ad ipſum. Pſal. 84.

Pſal. Benedixíſti Dómine terram tuam: auertíſti captiuitâtem Iacob. Ibi.

Collecta.

DEus qui nos ánnua ſanctôrum tuôrum Geruáſij & Prothâſij ſolennitâte lætíficas, concêde propícius: vt quorum gaudêmus méritis, accendâmur exemplis. Per Dóminum noſtrum.

Lectio libri Sapiéntiæ.

Cap. 3. IVſtorum ánimæ in manu Dei ſunt: & non tanget illos torméntum mortis. Viſi ſunt óculis inſipiéntium mori: & æſtimâta eſt afflíctio exitus illôrum. Et quod à nobis eſt iter exterminij: illi autem ſunt in pace. Et ſi coram homínibus torméta paſsi ſunt: ſpes illôrum immortalitâte plena eſt. In paucis vexáti: in multis bene diſponētur: quóniā Deus tentâuit illos: & inuênit illos dignos ſe. Tanquā aurum in fornâce probâuit illos: & quaſi hólocáuſti hoſtiam accêpit illos: & in témpore erit reſpéctus illôrum. Fulgébunt iuſti, & tanquam ſcintíllæ in arundinéto diſcúrrent. Iudicábunt natiónes: & dominabúntur populis. Et regnâbit Dóminus illôrum in perpétuum.

Ibi. ℟. Iuſtôrum ánimæ in manu Dei ſunt: & non tanget illos torméntum malítiæ. ℣. Viſi ſunt óculis inſipiéntium mori: illi autem ſunt in pace.

Pſal. 67. Alleluia. ℣. Iuſti epuléntur, & exúltent in conſpéctu Dei: delectêntur in lætitia.

Sequéntia ſancti Euangélij ſecúndum Marcum.

IN illo témpore: Cū egrederêtur Ieſus de templo, ait illi vnus de diſcípulis ſuis. Magíſter, áſpice quales lápides, & quales ſtructúræ. Et reſpóndens Ieſus, ait illi. Vides has omnes magnas ædificatiónes. Non relinquêtur lapis ſuper lápidem, qui non deſtruâtur. Et cum ſedêret in monte Oliuârum contra templum, interrogábant eum ſeparâtim Petrus & Iacôbus, & Ioánnes, & Andréas. Dic nobis quando iſta fient, & quod ſignum erit, quando hæc ómnia incípient conſummári. Et reſpóndens Ieſus: cœpit dícere illis. Vidête, ne quis vos ſedûcat. Multi enim vénient in nómine meo dicéntes quia ego ſum, & multos ſedúcent. Cū audierîtis autem bella & opiniónes bellôrum ne timuerîtis. Opórtet enim hæc fíeri, ſed nondum finis. Exúrget autem gens ſuper gentem, & regnum ſuper regnū, & erūt terræmôtus per loca, & fames. Inítium dolôrum hæc. Cap. 13.

Vidête

Vidête autē voſmetípſos. Tradent enim vos in concílijs, & in ſynagógis vapulábitis. Et ante prȩſides & reges ſtábitis propter me, in teſtimónium illis. Et in omnes gentes, primum opórtet prȩdicári euangélium. Et cum dúxerint vos tradéntes: nolîte prȩcogitâre quid loquámini: ſed quod datũ fúerit vobis in illa hora id loquímini. Nō enim eſtis vos loquéntes, ſed Spíritus ſanctus. Tradet autem frater fratrē in mortē, & pater fílium. Et conſúrgent fílij in paréntes, & morte eos affícient. Et éritis ódio ómnibus propter nomen meum. Qui autem ſuſtinúerit in finem, hic ſaluus erit.

Pſal. 123. Offertor. Anima noſtra ſicut paſſer erépta eſt, de laqueo venántium, láqueus contrîtus eſt, & nos liberáti ſumus. Secreta.

OBlátis quȩſumus Dómine placâre munéribus & intercedētibus ſanctis tuis Geruáſio & Protháſio, à cunctis nos defēde perículis. Per.

Pſal. 78. Communio. Poſuérunt mortália ſeruórum tuórum Dñe, eſcas volatílibus cœli, carnes ſanctórum tuórum beſtijs terræ, ſecúndum magnitúdinem bráchij tui, póſside fílios morte punitórum. Poſt communionem.

HÆc nos cōmunio Dñe purget à crímine: & intercedētibus ſanctis tuis Geruáſio atq; Prothaſio: cȩléſtis remédij fáciat eſſe cōſortes. Per.

SANCTI ALBANI 22

marty. comm. Collecta. Præſta vt qui natalitia. vt in commu. folio. 13.

IN VIGILIA 23
ſancti Ioánnis Baptiſtæ.
Introitus.

NE tímeas Zacharîa: exaudîta eſt orátio tua, & Elizabéth vxor tua páriet tibi fílium, & vocâbis nomen eius Ioánnem, & erit magnus coram Dño, & ſpíritu ſancto replébitur adhuc ex vtero matris ſuȩ, & multi in natiuitâte eius gaudébunt. Luc. 1.

Pſal. Appáruit autem ángelus Dñi Zacharíæ ſtans á dextris altáris incēſi. Ibi.

Si fuerit Dominica. Gloria in excelſis. Collecta.

PRæſta quȩſumus omnípotens Deus: vt família tua

per

per viam ſalûtis incêdat ? & beáti Ioánnis prçcurſôris hortaménta ſectándo, ad eum quem prædíxit ſecûra peruéniat, Dóminum noſtrum Ieſum Chriſtum.

Léctio Hieremíæ prophétæ.

Cap. 1. IN diêbus illis: Factum eſt verbum Dómini ad me, dicens. Priuſquam te formârē in vtero noui te: & antequam exíres de vulua ſanctificáui te, & prophêtam in géntibus dedi te. Et dixi. A, a, a, Dñe Deus: ecce néſcio loqui, quia puer ego ſum. Et dixit Dóminus ad me. Noli dícere quia puer ſum: quóniam ad ómnia quæ mittam te ibis, & vniuérſa quęcúnque mandáuero tibi loquêris. Ne tímeas à facie eôrum, quia ego tecū ſum, vt éruam te, dicit Dóminus. Et miſit Dóminus manū ſuam, & tétigit os meum. Et dixit Dóminus ad me. Ecce dedi verba mea in ore tuo: ecce cōſtítui te hódie ſuper gentes, & ſuper regna, vt euéllas, & déſtruas, & diſpérdas, & diſſipes, & ædífices, & plantes: Ait Dóminus omnípotens.

℟. Fuit homo miſſus à Deó, cui nomen Ioánnes erat, hic venit. ℣. Vt teſtimónium perhibêret de lúmine, paráre Dómino plebem perfectā. Si fuerit Dominica, Alleluiá. ℣. Iuſtus vt palma florêbit: & ſicut cedrus multiplicábitur. Alleluia. Ioſ. 1. Pſal. 91.

Initium ſancti Euangélij ſecúndum Lucam.

FVit in diêbus Herôdis regis Iudææ, ſacérdos quidam nómine Zacharías de vice Abía, & vxor illi de filiâbus Aarō: & nomē eius Elizabéth. Erāt autem iuſti ambo ante Deū: incedéntes in ómnibus mandátis, & iuſtificatiónibus Dómini ſine queréla. Et non erat illis fílius, eo quod eſſet Elizabéth ſtérilis, & ambo proceſsíſſent in diêbus ſuis. Factum eſt autem cum ſacerdótio fungerêtur Zacharías, in órdine vicis ſuę ante Deū: ſecúndum conſuetúdinem ſacerdótij, ſorte éxijt vt incénſum póneret: ingréſſus in templum Dñi. Et omnis multitûdo erat pópuli orans foris, hora incénſi. Appáruit autem illi ángelus Dómini ſtans à dextris altâris íncénſi. Lucæ. 1.

Et

Et Zacharías turbâtus eſt vi dens, & timor írruit ſuper eum. Ait autem ad illum ángelus. Ne tímeas Zacharîa, quóniam exaudîta eſt deprecátio tua. Et vxor tua Elizabêth páriet tibi fílium, & vocâbis nomen eius Ioánnem. Et erit gáudium tibi & exultátio, & multi in natiuitâte eius gaudébunt. Erit enim magnus coram Dómino, & vinum & ſíceram non bibet, & Spiritu ſanĉto replébitur adhuc ex vtero matris ſuæ. Et multos filiôrum Iſraél cõuértet ad Dóminum Deum ipſôrum. Et ipſe præcêdet ante illum in ſpíritu & virtûte Helíæ, vt conuértat corda patrum in fílios, & incrédulos ad prudéntiam iuſtôrum. Parâre Dómino plebem perféĉtam. Si fuerit Dominica Credo.

Pſal 8. Offertorium. Gloria & honôre coronáſti eum & conſtituíſti eum ſuper ópera mánuum tuârum Dómine.

Secreta.

MVnera Dómine oblâta ſanĉtífica, & intercedénte beáto Ioánne Baptíſta, nos per hæc à peccatôrum noſtrôrum máculis emúnda. Per Dóminum noſtrum.

Cõmunio. Magna eſt glória eius in ſalutári tuo: glóriam & magnum decôrem impónes ſuper eũ Dómine. Pſal. 20.

Poſt communionem.

BEáti Ioánnis Baptíſtæ, nos Dómine præclâra comitêtur orátio, & quem ventûrum eſſe prædíxit, poſcat nobis fauêre placâtum, Dóminum noſtrum Ieſum Chriſtum fílium tuum, qui tecum viuit & regnat.

MISSA MATVTInalis. In die ſanĉti Ioánnis Baptiſtæ. Introitus.

IVſtus vt palma florêbit, ſicut Cedrus Líbani multiplicábitur, plantâtus in Domo Dómini in átrijs domus Dei noſtri. Pſal 91.

Pſal. Bonum eſt confitéri Dómino. & pſállere nómini tuo Altíſsime. Gloria in excélſis. Ibi.

Colleĉta.

COncêde quæſumus omnípotens Deus, vt qui B. Ioánnis Baptiſtę ſolénnia cólimus, eius apud te interceſſiône muniâmur. Per Dóminum noſtrum Ieſum.

Le-

¶ Léctio Iſaiæ Prophetæ.

capi. 42. HÆc dicit Dñs Deus. Ecce ſeruus meus, ſuſcípiã eum : eléctus meus compláckuit ſibi in illo ánima mea. Dedi ſpíritum meum ſuper eum: iudícium géntibus próferet. Non clamâbit, neque accípiet perſônam: nec audiêtur foris vox eius. Cálamum quaſſâtum non cónteret: & lignum fúmigans non extínguet. In veritâte edûcet iudícium. Non erit triſtis, neque turbuléntus, donec ponat in terra iudícium: & legem eius ínſulæ expectábunt.

Pſal. 91. ℟. Iuſtus vt palma florêbit: ſicut cedrus Líbani multiplicábitur in domo Dómini. ℣. Ad annunciándum mane miſericórdiam tuã: & veritâtẽ tuã: per Ioã. 1. noctẽ. Alleluia. ℣. Fuit homo miſſus à Deo: cui nomen Ioánnes erat. Alle.

Sequéntia ſancti Euangélij ſecúndum Lucam.

capi. 1. IN illo témpore. Dixit Zacharías ad Angelũ. Vnde hoc ſciã? Ego enim ſum ſenex: & vxor mea procéſsit in diêbus ſuis. Et reſpóndens Angelus: dixit ei. Ego ſum Gábriel qui aſto ante Deum: & miſſus ſum loqui ad te: & hæc tibi Euangelizâre. Et ecce eris tacens: & non póteris loqui vſque in diem quo hæc fiant: pro eo quod non credidíſti verbis meis: quæ implebúntur in témpore ſuo. Et erat plebs expéctãs Zacharîam: & mirabántur quod tardâret ipſe in templo. Egréſſus autem non póterat loqui ad illos, & cognouérunt quod viſiônem vidíſſet in templo. Et ipſe erat ínnuens illis: & permánſit mutus. Et factum eſt, vt impléti ſunt dies offícij eius: ábijt in domum ſuam. Poſt hos autem dies concêpit Elizabéth vxor eius: & occultâbat ſe ménſibus quinque dicens. Quia ſic fecit mihi Dóminus in diêbus quibus reſpéxit auférre oppróbriũ meũ inter hómines. Credo.

Offertorium. In virtûte tua Dómine lætábitur iuſtus, & ſuper ſalutâre tuum exultâbit veheménter, deſidériũ ánimæ eius tribuíſti ei. Pſal. 20.

Secreta

MVnera Dñe oblâta ſanctífica: & intercedénte beáto Ioánne Baptíſta nos per hæc à peccatõrũ noſtrõrũ

máculis emúnda. Per Dñm.

Ibi. Commu. Poſuíſti dómine in cápite eius: corônam de lápide pretióſo.

Poſt communio.

PRæſta quæſumus omnípotens Deus: vt qui cœléſtia aliménta percépimus, intercedénte B. Ioánne Baptíſta: per hæc contra ómnia aduérſa muniâmur. Per.



AD MAIOREM Miſſam. Introitus.

Eſa. 49. DE ventre matris meæ, vocâuit me Dóminus nómine meo & póſuit os meũ, vt gládium acûtũ: ſub teguménto manus ſuæ protéxit me, póſuit me quaſi ſagíttã eléctã.

Pſalm. Audîte ínſulæ, & atténdite pópuli de longe: Dóminus ab vtero vocâuit me. Ibi.

Collecta.

DEus qui præſéntem diẽ honorábilem nobis in Beáti Ioánnis Natiuitâte fecíſti: da pópulis tuis ſpiritálium grátiam gaudiôrum, & ómnium fidélium mentes dírige in viam ſalûtis ætérnæ. Per Dóminum noſtrum.

¶ Léctio Iſaíæ Prophétæ.

Ibi. HÆc dicit Dóminus. Audîte ínſulæ & atténdite pópuli de longe. Dóminus ab vtero vocâuit me: de ventre matris meæ recordâtus eſt nóminis mei. Et póſuit os meum quaſi gládium acûtum: in vmbra manus ſuæ protéxit me: & póſuit me ſicut ſagíttam eléctam. In pháretra ſua abſcóndit me: & dixit mihi. Seruus meus es tu: quia in te gloriâbor. Et nunc hæc dicit Dóminus: formans me ex vtero ſeruum ſibi. Dedi te in lucem géntium: vt ſis ſalus mea vſq; ad extrêmum terræ. Reges vidébunt & cõſúrgent príncipes: & adorábunt propter Dóminũ Deũ

tuum:

tuum: quia fidêlis eſt, & ſanctum Iſraél qui elêgit te.

Hiere. 1 ℟. Priúſquam te formârem in vtero noui te: & antequam exíres de ventre ſanctificâui te. ℣. Miſit Dóminus manum ſuam: & tétigit os meum: & replêuit illud. Alleluia. ℣. Inter natos mulíerum non ſurréxit maior Ioánne Baptíſta. Alleluia. Matthæ. 11.

Sequéntia ſancti Euangélij ſecúndum Lucam.

ca. 1. IN illo témpore. Elizabéth implêtũ eſt tempus pariéndi: & péperit fílium. Et audiérunt vicíni & cognáti eius: quia magnificâuit Dóminus miſericórdiam ſuam cum illa: & congratulabántur ei. Et factum eſt in die octáuo venérunt circuncídere púerum: & vocábant eum nómine patris ſui Zacharîam. Et reſpõdens mater eius: dixit. Nequâquam ſed vocábitur Ioánnes. Et dixérunt ad illã: quia nemo eſt in cognatiône tua qui vocêtur hoc nómine. Innuébant autẽ patri eius: quẽ vellet vocári eum. Et póſtulans pugillârem: ſcripſit dicens. Ioánnes eſt nomẽ eius. Et miráti ſunt vniuérſi. Apértum eſt autem íllico os eius, & lingua eius: & loquebâtur benedícens Deum. Et factus eſt timor ſuper omnes vicínos eôrum: & ſuper ómnia montâna Iudææ diuulgabántur ómnia verba hæc. Et poſuérunt omnes qui audiérunt in corde ſuo, dicéntes. Quid putas puer iſte erit? Etenim manus Dómini erat cum illo. Et Zacharías pater eius implêtus eſt Spíritu ſancto, & prophetâuit, dicens. Benedíctus Dóminus Deus Iſraél, quia viſitâuit & fecit redemptiônem plebis ſuæ. Credo.

Offertorium. Iuſtus vt palma florêbit: ſicut cedrus quæ in Líbano eſt multiplicábitur. Pſal. 91.

Secreta.

TVa Dómine munéribus altária cumulâmus: illîus Natiuitâtem honôre débito celebrántes: qui Saluatôrem mundi, & cécinit affutûrum, & adéſſe monſtrâuit: Dóminum noſtrum Ieſum Chriſtum fílium tuũ. Qui tecum.

Communio. Tu puĕr prophêta altíſsimi vocâberis: præíbis enim ante fáciem Dómini parâre vias eius. Luc 1.

Poſt communio.

SVmat Eccleſia tua Deus Beáti Ioánnis Baptiſtæ generatiône lætítiam: per quem ſuę regeneratiônis cognôuit autôrem, Dóminum noſtrum Ieſum Chriſtum filium tuum. Qui tecum viuit & regnat, in vnitate.

¶ Per octauã & in die octaua Miſſa prædicta præter Collectam. Secre. & poſt communio. quæ ſunt hæc quæ ſequuntur. Collecta.

COncêde quæſumus omnipotẽs Deus: vt qui beáti Ioánnis Baptíſtæ ſolẽnia cólimus: eius apud te interceſſiône muniâmur. Per Dóminum. Secreta.

MVnera Dómine oblâta ſanctífica: & intercedẽte B. Ioánne Baptíſta, nos per hæc à peccatôrum noſtrôrũ máculis emúnda. Per.

Poſt communio.

PRæſta quæſumus omnípotens Deus: vt qui cœléſtia aliménta percépimus: intercedẽte Beáto Ioánne Baptiſta per hæc contra ómnia aduérſa muniâmur. Per Dóminum noſtrum.

SS. IOANNIS ET Pauli Marty. Introitus.

MVltę tribulatiónes iuſtôrum: & de his ómnibus liberâbit eos Dóminus; Dóminus cuſtôdit ómnia oſſa eôrum: vnum ex his non conterêtur. Pſal. 33.

Pſal. Benedîcam Dóminum in omni témpore: ſemper laus eius in ore meo. Ibi. Collecta.

QVæſumus omnípotens Deus: vt nos geminâta lætítia hodiérnæ feſtiuitâtis excípiat: quæ de beatôrum Ioánnis & Pauli glorificatiône procêdit: quos éadem fides & páſsio, vere fecit eſſe germános. Per Dóminum.

¶ Léctio Epiſtolæ Beáti Pauli Apóſtoli ad Romános.

FRatres; Quis nos ſeparâbit à charitâte Chriſti? capi. 8. Tribulátio, an angúſtia, an perſecútio, an fames, an nûditas, an períulum, an gládius? Sicut ſcriptum eſt. Quia propter te mortificâmur tota die: ęſtimáti ſumus vt oues occiſiônis. Sed in his ómnibus ſuperâmus propter eum qui diléxit nos. Cértus ſum

enim:

enim, quia neque mors, neq; vita, neque ángeli: neq; principâtus, neq; poteſtátes, neq; virtútes, neque inſtántia, neque futûra, neque fortitûdo: neque altitûdo, neque profúndum, neque creatûra ália póterit nos ſeparâre, à charitâte Dei, Quæ eſt in Chriſto Ieſu Dómino noſtro.

Pſal. 132. ℟. Ecce quam bonum & quam iucũdum: habitâre fratres in vnum. ℣. Sicut vnguéntum in cápite: quod deſcẽdit in barbam: barbam Aaron. Apoca. 11 Alleluia. ℣. Iſti ſunt duæ olíuæ & duo candelâbra lucéntia ante Dóminum, habent poteſtátem cláudere cœlũ núbibus, & aperîre portas eius: quia linguæ eôrum claues cœli factæ ſunt. All.

Euangeli. Deſcendens Ieſus de monte Vt in cõmuni plurimorum Marty. fol. 4.

Pſal. 5. Offert. Gloriabúntur in te omnes qui díligunt nomen tuum: quóniam tu Dómine benedíces iuſtis, Dómine vt ſcuto bonæ voluntâtis tuæ coronâſti eos.

Secreta.

Hoſtias tibi Dómine ſanctôrum mártyrum tuôrum Ioánnis & Pauli dicátas méritis benígnus aſſûme, & ad perpétuum nobis tríbue prouenîre ſubſídium. Per.

Commu. Et ſi coram homínibus tormẽnta paſsi ſunt, Deus tẽtâuit eos: tanquam aurum in fornâce probâuit eos: & ſicut holocáuſta accêpit eos. Sap. 3.

Poſt communio.

Svmpſimus Dómine ſanctôrum tuôrum ſolénnia celebrãtes, cœléſtia ſacramẽta: pręſta quæſumus, vt quod temporáliter gérimus, ætérnis gáudijs cõſequâmur. Per.

IN VIGILIA Apoſtolorum Petri & Pauli. 28

Introitus.

Dicit Dñs Petro; cum eſſes iúnior cingébas te & ambulábas vbi volébas, cum autem ſenúeris: exténdes manus tuas, & álius te cinget: & ducet quò tu nõ vis. Hoc autem dixit ſigníficans qua morte clarificatûrus eſſet Deum. Ioã. 21.

Pſalm. Cœli enárrãt glóriam Dei: & ópera mánuum eius annúntiat firmamẽtum. Pſal. 18. Si fuerit Dóminica. Gloria in excelſis. Collecta.

Præſta quæſumus omnípotens Deus: vt nullis nos permittas perturbatiónibus cóncuti, quos in apoſtolicæ confeſsiónis petra ſoli-

dáſti. Per Dóminũ noſtrum.

¶ Léctio áctuũ Apoſtolòrũ

capi. 3. IN diêbus illis: Petrus & Ioánnes aſcendébant in templum, ad horam oratiônis nonam. Et quidam vir qui erat claudus ex vtero matris ſuæ baiulabâtur: quem ponébant quotídie ad portam templi quæ dícitur Speciôſa: vt péteret eleemóſynam ab introeúntibus in témplum. Is cum vidíſſet Petrum & Ioánnem incipiéntes introîre in templum: rogâbat vt eleemóſynam accíperet. Intuens autem in eum Petrus cum Ioánne: dixit. Réſpice in nos. At ille intendêbat in eos: ſperans ſe áliquid acceptûrũ ab eis. Petrus autem dixit. Argéntum & aurum non eſt mihi: quod autem hábeo, hoc do tibi. In nómine Ieſu Chriſti Nazaréni: ſurge & ámbula. Et apprehénſa manu eius dextra: alleuâuit eum. Et prótinus conſolidátæ ſunt baſes eius & plantæ: & exíliens ſtetit & ambulâbat. Et intrâuit cũ illis in templum: ámbulans & exíliens: & laudans Deum. Et vidit omnis pópulus eum ambulántem, & laudántẽ Deũ. Cognoſcébant autem illum: quóniã ipſe erat qui ad eleemóſynam ſedêbat ad Speciôſam portam templi. Et implétiſunt ſtupôre & éxtaſi: in eo quod contígerat illi.

℟. In omnem terrã exiuit ſonus eôrũ: & in fines orbis terræ verba eôrũ. ℣. Cœli enárrant glóriam Dei: & ópera mánuum eius annúnciat firmaméntũ. Pſal. 18.

Si Dóminica fuerit. Allelúia. Pſal. 138.

℣. Nimis honoráti ſunt amíci tui Deus: nimis confortâtus eſt principâtus eôrum. Allelúia.

Sequéntia ſancti Euangélij ſecúndum Ioánnem.

capi. 21. IN illo témpore. Dixit Ieſus Petro. Simon Ioánnis díligis me plus his? Dicit ei. Etiam Dómine: tu ſcis quia amo te. Dicit ei. Paſce agnos meos. Dicit ei íterum. Simon Ioánnis, díligis me? Ait illi. Etiam Dómine: tu ſcis quia amo te. Dicit ei. Paſce agnos meos. Dicit ei tertio. Simõ Ioánnis, amas me? Contriſtâtus eſt Petrus: quia dixit ei tertio amas me, & dicit ei. Dñe, tu ómnia ſcis, tu ſcis quia amo te.

Dicit ei. Paſce oues meas. Amén amén dico tibi: cum eſſes iúnior cingébas te, & ambulábas vbi volébas. Cũ autẽ ſenúeris, exténdes manus tuas, & álius te cinget, & ducet quo non vis. Hoc autẽ dixit ſigníficans, qua morte clarificatûrus eſſet Deum. Si fuerit Dominica. Credo.

Pſal. 138. Offertorium. Mihi autem nimis honorificáti ſunt amici tui Deus: nimis confortâtus eſt principâtus cô-rum.

Secreta.

MVnus pópuli tui Dómine quæſumus apoſtólica intercesſiône ſanctífica, noſq; à peccatôrum noſtrôrũ máculis emúnda. Per Dóminum noſtrum.

Ioſ. 11. Communio. Simon Ioánnis díligis me plus his? Dómine tu ómnia noſti: tu ſcis Dómine quia amo te.

Poſtcommunio.

QVos cœléſti Dómine aliménto ſatiáſti, apoſtólicis intercesſiónibus ab omni aduerſitâte cuſtódi. Per Dóminum noſtrum.

Eodem die S. Leonis Papæ cõmem. Collecta. Deus qui meritis coæquaſti. Vt in cõmuni. fol. 14.

Eodẽ die Irenæi cum ſocijs comme. Collecta Deus qui nos Natalitia colere Vt in communi. fol. 14.



IN DIE EORVNdem Apoſtolôrum Petri & Pauli. Introitus. 29

NVnc ſcio verè: quia miſit Dóminus Angelum ſuum: & erípuit me de manu Herôdis: & de omni expectatiône plebis Iudæôrum. Act. 12.

Pſalm. Dómine probáſti me & cognouíſti me: tu cognouíſti ſeſsiónem meam, & reſurrectiônem meam. Pſal 138.

Collecta.

DEus qui hodiérnam diẽ Apoſtolórum tuórũ Petri & Pauli: martyrio conſecráſti: da Eccléſiæ tuæ eórũ in ómnibus ſequi præceptũ: per quos religiônis ſumpſit exórdium. Per Dóminum.

¶ Lectio Actuũ apoſtolôrũ.

capi. 12. IN diêbus illis: Miſit Heródes rex manus: vt afflígeret quoſdam de Eccléſia. Occîdit autem Iacôbum, fratrem Ioánnis gládio. Videns autẽ quia placêret Iudæis: appóſuit apprehéndere & Petrũ. Erant autem dies azymôrũ. Quem cum apprehendíſſet miſit in cárcerem: tradens quátuor quaterniónibus mílitum cuſtodiéndum: volens poſt Paſcha prodúcere eum pópulo. Et Petrus quidem ſeruabâtur in cárcere: orátio autem fiêbat ſine intermiſſiône ab eccléſia ad Deũ pro eo. Cum autem productûrus eum eſſet Heródes in ipſa nocte erat Petrus dórmiens inter duos mílites vinctus caténis duâbus. Et cuſtódes ante oſtium, cuſtodiébat cárcerem. Et ecce ángelus Dómini áſtitit: & lumẽ refúlſit in habitáculo. Percúſſoq; látere Petri: excitâuit eum dicẽs. Surge velóciter. Et cecidérũt caténæ de mánibus eius. Dixit autem ángelus ad eum. Præcíngere & cálcia te cáligas tuas. Et fecit ſic. Et dixit illi. Circúnda tibi veſtiméntum tuum: & ſéquere me. Et éxiens ſequebâtur eum: & neſciêbat quia verũ eſt quod fiêbat per ángelũ. Æſtimâbat autem ſe viſum vidêre. Tranſeúntes autem primam & ſecúndam cuſtódiam, venérũt ad portam férream quæ ducit ad ciuitâtem: quæ vltro apérta eſt eis. Et exeúntes proceſſérunt vicum vnum: & contínuo diſcéſsit ángelus ab eo. Et Petrus ad ſe reuérſus dixit. Nũc ſcio veré quia miſit Dóminus ángelũ ſuũ: & erípuit me de manu Herôdis: & de omni expectatiône plebis Iudæôrum.

℟. Conſtítues eos príncipes ſuper omnem terram: mémores erunt nóminis tui Dómine. Pſal. 44. ℣. Pro pátribus tuis nati ſunt tibi filij: proptérea pópuli confitebúntur tibi. Allelúia. ℣. Beátus es Simon Bar-iona, quia caro & ſan- Mathæ 16.

guis

guis non reuelâuit tibi, ſed pater meus qui eſt in cœlis.

Sequéntia ſancti Euangélij ſecúndum Matthæum.

capi. 16. IN illo témpore Venit Ieſus in partes Cæſáreæ Philíppi: & interrogâbat diſcípulos ſuos dicens. Quem dicunt hómines eſſe filium hóminis? At illi dixérunt. Alij Ioánnē Baptiſtam, alij autem Heliā: alij vero Hieremîā, aut vnū ex prophétis. Dixit illis Ieſus. Vos autem quem me eſſe dícitis? Reſpondens Simō Petrus, dixit. Tu es Chriſtus filius Dei viui. Reſpondens autem Ieſus: dixit ei: Beâtus es Simon Bar-iona: quia caro & ſanguis nō reuelâuit tibi: ſed pater meus qui in cœlis eſt. Et ego dico tibi, quia tu es Petrus: & ſuper hanc petram ædificâbo Eccléſiam meam. Et portæ ínferi: non præualébunt aduérſus eam. Et tibi dabo claues regni cœlôrum. Et quod cunq; ligáueris ſuper terram: erit ligâtū in cœlis. Et quodcúnq; ſólueris ſuper terram: erit ſolûtū in cœlis. Credo.

Offertoriū. Conſtítues eos príncipes ſuper omnem terram: mémores erunt nóminis tui in omni progénie & generatiône. Pſal. 44.

Secreta.

HOſtias Dn̄e quas nómini tuo ſacrándas offérimus apóſtolica proſequâtur orâtio: per quā nos & expiári tríbuis & defendi. Per.

Præfatio. Te Dómine ſupplici. folio. 141.

Communio. Tu es Petrus & ſuper hanc petram ædificâbo Eccleſiam meam. Matthæ. 16.

Poſtcommunio.

QVos cœléſti Dn̄e aliménto ſatiáſti: apoſtólicis interceſsiónibus ab omni aduerſitâte cuſtódi. Per Dóminum noſtrum.

IN COMMEMOratione ſancti Pauli. 30

Introitus.

SCio cui crédidi, & certus ſum quia potens eſt depóſitum meum ſeruâre in illum diē. 2. Ti. capi 1.

Pſal. De reliquo repóſita eſt mihi corôna iuſtitiæ. Gloria in excelſis. Ibi cap 4.

Collecta.

DEus qui multitúdinem géntiū Beáti Pauli apóſtoli prædicatiône docuíſti:

da nobis quæſumus: vt cuius natalítia cólimus: eius apud te patrocínia ſentiâmus. Per Dóminum noſtrum.

Commemoratio de Sanctis Martiale, Ioánne & Petro, vt in fine Miſſæ.

Epiſto. Beáti Pauli Apoſtóli ad Galatas.

capi. 1. FRatres: Notum vobis fácio Euangélium, quod Euangelizâtũ eſt à me, quia nõ eſt ſecúndum hóminem: neq; enim ego ab hómine accépi illud neq; dídici, ſed per reuelatiônẽ Ieſu Chriſti. Audíſtis enim conuerſatiônem meam aliquándo in Iudaíſmo: quóniam ſupra modum perſequêbar eccléſiam Dei & expugnâbam illam & proficièbam in Iudaíſmo ſupra multos coætáneos meos in génere meo abũdátius æmulâtor exíſtẽs paternârũ meârum traditiônum. Cum autem plácuit ei qui me ſegregâuit ex vtero matris meæ, & vocâuit per grátiam ſuam, vt reuelâret in me filiũ ſuũ, vt euangelizârem illum in géntibus: contínuo non acquiéui carni & ſánguini, neque veni Hieroſólymam ad anteceſſóres meos Apóſtolos ſed ábij in Arábiam; & íterum reuérſus ſum Damáſcum. Deinde poſt annos tres veni Hieroſólymam vidêre Petrũ, & mãſi apud eũ diêbus quindecim. Aliũ autem Apoſtolôrũ vidi némine: niſi Iacóbum fratrẽ Dómini. Quæ autem ſcribo vobis, ecce coram Deo quia non méntior.

℟. Qui operâtus eſt Petro in apoſtolâtum operâtus eſt & mihi inter gentes, & cognouérunt grátiam Dei quæ data eſt mihi. ℣. Grátia Dei in me vácua non fuit, ſed grátia eius ſemper in me manet. Alleluia. ℣. Magnus ſanctus Paulus vas electiônis, vere digne eſt glorificándus. Alleluia. Gal. 2. Act. 9.

Sequéntia ſancti Euangélij ſecúndum Matthæum.

capi. 19. IN illo témpore. Dixit Simõ Petrus ad Ieſum. Ecce nos relíquimus ómnia: & ſecúti ſumus te. Quid ergo erit nobis? Ieſus autem dixit illis. Amén dico vobis: quod vos qui ſecúti eſtis me, in regeneratiône cum ſéderit filius hóminis in ſede maieſtâtis ſuæ ſedébitis & vos ſuper ſedes

duó-

duódecim iudicántes duódecim tribus Iſraél. Et omnis qui relíquerit domum, vel fratres aut ſorores, aut patrẽ, aut matrem, aut vxôrem, aut filios, aut agros, propter nomẽ meum céntuplum accípiet, & vitam ætérnam poſsidêbit. Credo.

Pſal. 138. Offer. Mihi autem nimis honorificáti ſunt amíci tui Deus, nimis confortâtus eſt principâtus eorũ. Secreta.

ECcléſiæ tuæ quæſumus Dñe preces & hóſtias apoſtólica comméndet orátio, vt quod pro illôrum glória celebrâmus nobis proſit ad véniam. Per Dóminum.

Præfa. Te Dómine ſuppli. fol. 141.

Matthæ. 19. Commu. Amén dico vobis quod vos qui reliquíſtis ómnia & ſecúti eſtis me céntuplum accipiêtis, & vitã ætérnam poſsidébitis. Poſt cõmunio.

PErcéptis Dómine ſacraméntis, beátis apóſtolis interueniéntibus deprecâmur, vt quæ pro illôrum celebrâta ſunt glória ⁊ nobis profíciant ad medêlam Per.

Eodem die. S. Martialis Epiſcopi & confeſſo. comme. Collecta Deus qui beâtum, méritis coæquaſti. Vt in communi. fol. 14.

¶ Deinde de ſancto Ioánne. Collecta. Concede quæſumus. Vt ſupra. fol. 210.

Poſtea de S. Petro. Collecta.

DEus qui apóſtolo tuo Petro collátis cláuibus regni cœléſtis, ligãdi atq; ſoluẽdi pontifícium tradidíſti⁊ cõcêde vt interceſsiônis eius auxílio à peccatôrum noſtrôrum néxibus liberêmur.

Secreta.

ECcléſiæ tuæ quæſumus Dñe preces & hóſtias, beáti Petri apoſtóli comméndet orátio, vt quod pro illîus glória celebrâmus nobis proſit ad véniam.

Poſt communio.

LÆtíficet nos Dómine munus oblâtum: vt ſicut in apóſtolo tuo Petro te mirábilem prædicâmus ⁊ ſic per illum tuæ ſumâmus indulgéntiæ largitâtem.

Per Octa. Apoſtolôrum ad commemora. Collecta. Deus cuius dextera, cum Secre. & Poſt communio, vt in octaua. & ſi miſſa dicatur fiat vt in ipſa octa. infra fol. 216.

FESTA IVLII.

1 IN OCTAVA S. Ioánnis Baptiſtæ ſicut ſupra eſt annotatum per Octauá. folio. 210.



2 IN VISITATIONE Beatiſsimæ Virginis Mariæ

Introitus.

GAudeâmus omnes in Dómino, diem feſtum celebrántes ſub honôre Maríæ Vírginis, de cuius viſitatiône gaudent ángeli, & colláudant filium Dei.

Pſal. 44. Pſal. Eructâuit cor meum verbum bonum: dico ego ópera mea regi.

Collecta.

OMnípotens ſempitérne Deus: qui ex abundátia charitâtis beatā Marîam tuo filio fœcundâtam ad ſalutatiônem Elizabeth inſpiráſti: præſta quæſumus: vt per eius viſitatiônem donis cœléſtibus repleâmur: & ab ómnibus aduerſitátibus eruâmur. Per eúndem Dóminū.

¶ Léctio libri Sapiéntiæ.

ECce iſte venit ſáliens in móntibus: tranſíliēs colles. Símilis eſt diléctus meus cápreæ hínnulóque ceruôrum. En ipſe ſtat poſt paríetem noſtrum, aſpíciens per feneſtras, proſpíciens per cancéllos. En diléctus meus: lóquitur mihi. Surge, própera amîca mea, colúmba mea: formôſa mea, & veni. Iam enim hyems tránſijt, imber ábijt & recéſsit. Flores apparuérunt in terra noſtra, tempus putatiônis aduênit. Vox túrturis audîta eſt in terra noſtra, ficus prótulit groſſos ſuos, víneæ floréntes dedérunt odôrem ſuum. Surge própera amîca mea: Cãt. 2.

ca mea, ſpecióſa mea & veni, colúmba mea, in foramínibus petræ: in cauérna macériæ. Oſténde mihi fáciem tuam: ſonet vox tua in áuribus meis. Vox enim tua dulcis: & fácies tua decôra.

Pſal. 44. ℟. Propter veritâtem & manſuetúdinem & iuſtitiam: & dedûcet te mirabíliter déxtera tua. ℣. Audi filia & vide, & inclína aurem tuam: quia cócupîuit Rex ſpéciem tuã. Alleluia. ℣. Aue ſtillans melle alueárium, aue veri Salomônis férculum; aue verbi Dei tu ſacráriũ, aue deitâtis receptáculũ María.

Sequéntia ſancti Euangélij ſecúndum Lucam.

capi. 1. IN illo tẽpore: Exúrgens María abijt in montâna cum feſtinatiône in ciuitâtem Iudá: & intrâuit in domum Zachariæ, & ſalutâuit Elizabéth. Et factum eſt vt audîuit ſalutatiônem Maríæ Elizabéth; exultâuit infans in vtero eius. Et replêta eſt ſpíritu ſancto Elizabéth, & exclamâuit voce magna: & dixit. Benedícta tu inter mulíeres: & Benedíctus fructus ventris tui. Et vnde hoc mihi vt véniat mater Dómini mei ad me? Ecce enim vt facta eſt vox ſalutatiônis tuæ in áuribus meis: exultâuit in gáudio infans in vtero meo. Et beâta quæ credidíſti: quóniam perficiẽtur ea quæ dicta ſunt tibi à Dómino. Et ait María. Magníficat ánima mea Dóminũ. Et exultâuit ſpíritus meus in Deo ſalutári meo. Quia reſpéxit humilitâtẽ ancíllæ ſuæ: ecce enim ex hoc beâtam me dicent omnes generatiónes. Quia fecit mihi magna qui potens eſt: & ſanctum nomen eius. Et miſericórdia eius à progénie in progénies timéntibus eũ. Fecit poténtiã in bráchio ſuo: diſpérſit ſupérbos mẽte cordis ſui. Depóſuit poténtes de ſede: & exaltâuit húmiles. Eſuriéntes implêuit bonis: & díuites dimîſit inánes. Suſcêpit Iſraél puerúm ſuum, recordâtus miſericordiæ ſuæ. Sicut locûtus eſt ad patres noſtros Abrahã & fémini eius in ſæcula. Manſit autém María cum illa quaſi ménſibus tribus & reuérſa eſt in domũ ſuam. Credo.

Offer. Fœlix namq; es ſacra virgo

Maria & omui laude digniſsima: quia ex te ortus eſt Sol iuſtitiæ Chriſtus Deus noſter, Alleluia.

Præfa. Et te in viſitatione. fol. 141.

Secreta.

Omnipotens ſempitérne Deus qui curam de ómnibus in te confidéntibus ſemper habes, præſta quæſumus, vt per oblatiônem quam tibi offérimus: viſitatiônē ſpirituâlem Beátæ Maríæ Vírginis in noſtris neceſsitátibus ſentiâmus. Per.

Cōmu. Beâta víſcera Maríæ Vírginis quæ portauérūt ętérni patris filiū.

Poſt communio.

Omnipotens ſempitérne Deus, qui commemoratiônem beátæ Maríæ Vírginis matris filij tui Dómini noſtri Ieſu Chriſti fíeri voluíſti: præſta quæſumus: vt per mérita viſitatiônis ipſius, æterni conuíuij partícipes efficiâmur. Per eundem.

EODEM DIE SS. Proceſſi & Martiniani martyr. Introitus.

Sap. 3. Vdicant ſancti gentes & dominãtur pópulis, regnâbit Dn̄s Deus illôrum in perpétuum. Pſal. Exultâte iuſti in Dn̄o rectos decet collaudátio. Pſal. 32.

Collecta.

Deus qui nos ſanctôrum tuôrum Procéſsi & Martiniáni confeſsiónibus glorióſis circúndas & prótegis: da nobis & eôrū imitatiône profícere: & interceſsiône gaudêre. Per Dóminum.

Epiſtola Stabunt iuſti Vt ſupra. fol. 199.

℟. Exultábūt ſancti in gloria lætabúntur in cubílibus ſuis. ℣. Cantâte Dómino cánticum nouū: laus eius in Eccléſia ſanctôrum Alleluia. ℣. Mirábilis Dn̄s noſter in ſanctis ſuis. Allel. Pſal. 149 Ibi. Pſal. 67.

Euang. Sedēte Ieſu ſuper mōtē Olíueti. Vt ſupra. fol. 200.

Offert. Gloriabúntur in te omnes qui díligunt nomen tuum: quóniam tu Dómine benedíces iuſtis: Dómine vt ſcuto bonæ voluntâtis tuæ coronáſti eos. Pſal. 5.

Secreta.

Suſcipe Dn̄e preces & múnera: quæ vt tuo ſint digna cōſpéctui, ſanctôrū tuôrū précibus adiuuêmur. Per.

Commu. Anima noſtra ſicut paſſer erépta eſt, de láqueo venántium. Pſal. 123

Poſt communio.

Corporis ſacri & pretióſi ſánguinis repléti libámi

ne, quæſumus Dómine Deus noſter: vt quod pia deuotiône gérimus ? certa redemptiône capiâmus. Per Dóminum noſtrum.

4 TRANSLATIONIS S. Martini Epiſcopi Miſſa. Statuit ei Dóminus. Epiſtol. Ecce ſacerdos Vt in cõmuni vnius confeſſ. Pontifi. fol 5.

Præter hoc Alleluia. ℣. Hic Martínus paûper & módicus cœlum diues ingréditur; hymnis cœléſtibus honorâtur. Alleluia.

Et Euangelium. Vigilate Vt in eodem communi. fol. 6.

6 IN OCTAVA ET per octauam apoſtolorum Petri & Pauli. Introitus.

Ec-clef. 44. SApiéntiam ſanctôrum narrant pópuli, & laudem eôrum núnciat eccléſia, nómina autem eôrum viuent in ſæculum ſæculi.

Pſal. 32. Pſalm. Exultâte iuſti in Dómino, rectos decet collaudátio. Gloria in excelſis. Collecta.

DEus cuius déxtera beâtum Petrum ambulántem in flúctibus ne mergerêtur eréxit ? & coapóſtolum eius Paulum tertió naufragántem, de profúndo pélagi liberâuit, exáudi nos propícius, & concêde ? vt ambôrum méritis æternitâtis glóriam conſêquamur. Qui viuis, & regnas.

¶ Léctio libri Sapiéntiæ.

HI ſunt viri misericórdiæ, quorũ iuſtítiæ obliuiônem non accepérunt. Cum ſémine eôrum pérmanent bona, hæréditas ſancta nepótes eorum. Et in teſtaméntis ſtetit ſemen eôrum, & filij eôrum propter eos vſque in ætérnum manent. Generâtio eôrum & glória eôrum, non derelinquêtur. Córpora eôrũ in pace ſepúlta ſunt, & nomen eôrum viuet in ſęcula. Sapiéntiam eôrum narrábunt omnes pópuli: & laudem eôrum pronúnciat omnis eccléſia ſanctôrum. Ec-clef. 44.

℟. In omnem terram exiuit ſonus eôrum, & in fines orbis terræ verba eôrum. ℣. Cœli enárrant glóriam Dei, & ópera mãnuum eius annúnciat firmaméntum. Allelúia. ℣. Per manus autem Apoſtolôrũ fiebant ſigna & prodígia multa in plebe. Allel. Pſal. 18. Act. 5.

Sequéntia ſancti Euangélij ſecúndum Matthæum.

Mat. 14. IN illo témpore: Iuſsit Ieſus diſcípulos aſcéndere in nauículam, & præcédere eum trans fretũ: donec dimítteret turbas. Et dimíſſa turba aſcẽdit in mõtem ſolus orâre. Véſpere autem facto, ſolus erat ibi: nauícula autẽ in medio mari iactabâtur flúctibus. Erat autẽ illis contrárius ventus. Quarta autem vigília noctis venit ad eos: ámbulans ſuper mare. Et vidẽtes eum ſupra mare ambulántem: turbáti ſunt dicéntes: quia phãtáſma eſt. Et præ timôre clamauérunt. Statimque Ieſus locûtus eſt eis, dicens. Habête fidúciam. Ego ſum: nolîte timêre. Reſpóndens autem ei Petrus: dixit. Dómine, ſi tu es: iube me venîre ad te ſuper aquas. At ipſe ait. Veni. Et deſcéndens Petrus de nauícula, ambulâbat ſuper aquam: vt venîret ad Ieſum. Videns vero ventum válidum: tímuit. Et cum cœpíſſet mergi: clamâuit dicens. Dómine: ſaluũ me fac. Et contínuo Ieſus exténdens manum apprehéndit eum: & ait illi. Módicæ fídei quare dubitáſti? Et cum aſcendíſſet in nauículam: ceſſâuit ventus. Qui autem in nauícula erant: venérunt: & adorauérunt eum, dicéntes. Vere filius Dei es.

Nõ dicitur. Credo. nec Præfa. de Apoſtol.

Offert. Exultábunt ſancti in glória: lætabúntur in cubílibus ſuis, exultatiónes Dei in fáucibus eôrum. Pſal. 149.

Secreta.

OFférimus tibi Dómine preces & múnera: quæ vt tuo ſint digna conſpéctui: Apoſtolôrum tuôrum précibus adiuuêmur. Per.

Communio. Ego vos elégi de mundo, vt eâtis & fructum afferâtis: & fructus veſter máneat. Ioã. 15.

Poſt communio.

PRótege Dómine pópulũ tuum & Apoſtolôrum tuôrum patrocinio confidéntem ? perpétua defenſiône conſérua. Per Dominum noſtrum.

9 IN OCTAVA VISItationis Beátæ Mariæ Miſſa vt in die. fol. 214.

10 SS. SEPTEM FRAtrum. Introitus.

Pſal. 112. LAudâte púeri Dóminum:laudâte nomen Dómini, qui habitâre facit ſtérilem in domo:matrem filiôrum lætãtẽ.

Ibi. Pſalm. Sit nomen Dómini benedíctum,ex hoc nunc & vſq; in ſæculum.

Collecta.

PRæſta quæſumus omnipotens Deus, vt qui glorióſos mártyres fortes in ſua confeſsiône cognóuimus: pios apud te in noſtra interceſſióne ſentiâmus. Per.

Epiſtola. Iuſti in perpétuum viuent.. vt in communi plurimorum marty. folio 4.

Pſal. 132. ℟. Ecce quam bonum & quam iucũdum, habitâre fratres in vnum. ℣. Sicut vnguéntum in cápite, quod deſcéndit in barbam:barbam Aaron.. Allelúia.. ℣. Te mártyrum candidâtus laudat exércitus Dómine.. Alleluia.

Sequéntia ſancti Euangélij ſecúndum Matthæum.

Cap. 12. IN illo témpore:Loquénte Ieſu ad turbas ecce mater eius & fratres ſtabant foris, quæréntes loqui ei. Dixit autem ei quidam. Ecce mater tua & fratres tui foris ſtant,quæréntes te. At ipſe reſpóndens, dicénti ſibi ait. Quæ eſt mater mea, & qui ſunt fratres mei? Et exténdens manum in diſcípulos ſuos, dixit. Ecce mater mea, & fratres mei. Quicúnque enim fécerit voluntâtem patris mei qui in cœlis eſt, ipſe meus frater, & ſoror & mater eſt.

Offertorium. Anima noſtra ſicut paſſer erépta eſt, de láqueo venántium, láqueus contrîtus eſt, & nos liberáti ſumus. Pſal 123.

Secreta

SAcrifícijs præſéntibus Dómine quæſumus inténde placâtus, & intercedéntibus ſanctis tuis deuotióni noſtræ profíciant & ſalúti. Per.

Communio. Quicúnque fécerit voluntâtem patris mei qui in cœlis eſt, ipſe meus frater, ſoror & mater eſt dicit Dóminus. Mat. 12.

Poſt communio

QVæſumus omnípotens Deus, vt illîus ſalutâris capiâmus effétum: cuius per hæc myſtéria pignus accépimus. Per Dóminum.

TRANSLATIOnis S. Patris noſtri Benedi 11

ĉti Miſſa vt in die folio. 192.

18 S. MARINÆ VIRginis Miſſa. Dilexiſti. Epiſtola. Qui gloriatur. vt in cōmuni. folio. 10.

20 S. MARGARETÆ virg comme. Collecta. Omnipotens, qui infirma. vt in communi folio. 15.

21 S. PRAXEDIS virg. comme. Collecta. Exaudi nos. vt in cōmuni. fol. 15.

22 S. MARIÆ MAGdalenæ. Introitus.

GAudeâmus omnes in Dómino diem feſtū celebrātes ſub honôre Maríę Magdalénæ, de cuius ſolennitâte gaudent ángeli, & colláudant fílium Dei.

Pſal. 144. Pſal. Eructâuit cor meum verbum bonum, dico ego ópera mea regi.

Collecta.

EXaudi nos Deus ſalutâris noſter, vt ſicut de B. Maríæ Magdalénæ feſtiuitâte gaudêmus ⁊ ita piæ deuotiônis erudiâmur efféctu. Per.

Epiſt. Mulíerem fortem. vt in cōmuni vnius ſanctæ nec virgi. nec marty. fol. 11.

℟. Spécie tua & pulchritúdine tua, inténde próſpere procêde & regna. Ibi.

℣. Propter veritâtem & manſuetúdinē & iuſtítiā, & dedûcet te mirabíliter déxtera tua. Allel. ℣. Surréxit Dn̄s & occurrēs muliéribus, ait; Auête, tūc acceſſérūt & tenuérūt pedes eius. Allel. Mat. 28.

Sequéntia ſancti Euangélij ſecúndum Lucam.

IN illo témpore: Rogâbat Ieſum quidam Phariſęus, vt mādūcâret cum illo. Et ingréſſus domū Phariſæi, diſcúbuit. Et ecce múlier quę erat in ciuitâte peccátrix, vt cognôuit quod accubuíſſet in domo Phariſęi, áttulit alabáſtrū vnguénti, & ſtans retro ſecus pedes eius: láchrymis cœpit rigâre pedes eius, & capíllis cápitis ſui tergêbat. Et oſculabâtur pedes eius & vnguēto vngêbat. Videns autē Phariſęus qui vocáuerat eū: ait intra ſe dicēs. Hic ſi eſſet prophêta, ſciret vtiq; quæ & qualis eſt mulier quæ tágit eum, quia peccátrix eſt. Et reſpōdēs Ieſus, dixit ad il- c.7.

lum.

lũ. Simon, hábeo tibi áliquid dícere. At ille ait. Magíſter, dic. Duo debitóres erant cuîdã fœneratóri, vnus debêbat denários quingẽtos, & álius quinquagínta. Nõ habẽtibus illis vnde rédderent, donâuit vtríſq;. Quis ergo eũ plus díligit? Reſpóndens Simõ, dixit. Aeſtimo, quia is cui plus donâuit. At ille dixit ei. Recte iudicáſti. Et cõuérſus ad mulíerem, dixit Simóni. Vides hãc mulierẽ? Intráui in domũ tuã, aquã pédibus meis non dedíſti. Hæc autẽ láchrymis rigâuit pedes meos, & capíllis ſuis terſit. Oſculũ mihi non dedíſti; hæc autẽ ex quo intrâuit: non ceſſâuit oſculári pedes meos. Oleo caput meũ non vnxíſti: hæc autẽ vnguẽto vnxit pedes meos. Propter quod dico tibi, remittũtur ei peccâta multa: quóniã diléxit multũ. Cui aũt minus dimíttitur, minus díligit. Dixit aũt ad illã. Remittũtur tibi peccâta. Et cœpérũt qui ſimul accũbébãt dícere intra ſe. Quis eſt hic qui étiã peccâta dimíttit? Dixit autem ad mulíerem. Fides tua, te ſaluã fecit, Vade in pace.

Offertor. Angelus Dñi deſcéndit de cœlo, & dixit muliéribus; quem quæritis? ſurréxit ſicut dixit, alleluia. Mat. 28.

Secreta.

Accépta tibi ſit Dómine ſacrátæ plebis oblátio pro tuôrum honôre ſanctôrum, quorum ſe méritis percepíſſe de tribulatiône cognóſcit auxílium. Per Dóminũ.

Communio. Diffúſa eſt grátia in lábijs tuis, proptérea benedíxit te Deus in ætérnum. Pſal. 44.

Poſt communio.

Satiáſti Dñe famíliam tuã munéribus ſacris, eius quæſumus ſemper interuentiône nos réfoue, cuius ſolénnia celebrâmus. Per Dóminum.

S. APOLLINARIS 23

Epiſcopi Martyris.

Introitus.

Sacerdótes Dei benedícite Dóminum, ſancti & húmiles corde laudâte Deum. Dani. 3.

Pſal. Benedícite ómnia ópera Dñi Dómino, laudâte & ſuperexaltâte eũ in ſæcula. Ibi.

Collecta.

Deus qui nos beáti Apollinâris Mártyris tui atque Pontíficis ánnua ſolennitâte lætíficas: concêde

propícius: vt cuius natalitia cólimus: de eiúſdem étiam protectiône gaudeâmus. Per.

Epiſtola. Beatus vir qui in ſapientia. ſupra folio. 196.

Pſal. 36. ℟. Iuſtus non conturbábitur: quia Dóminus firmat manum eius. ℣. Tota die miſerêtur & cómmodat, & ſemen eius in benedictiône erit. Alleluia.

Pſal. 20. ℣. Poſuiſti Dómine in cápite eius, corônam de lápide pretióſo. Alleluia.

Euangel. Facta eſt contentio. vt infra in feſto S. Bartholomæi. folio. 233.

Pſal. 88. Offertorium. Véritas mea & miſericórdia mea cum ipſo, & in nómine meo exaltábitur cornu eius.

Secreta.

MVnera tibi Dómine dicâta ſanctífica, & intercedénte B. Apollinâre mártyre tuo atq; pontífice per eádē nos placâtus inténde. Per.

Ibi. Communio. Semel iuráui in ſancto meo, ſemen eius in ætérnum manêbit, & ſedes eius ſicut ſol in conſpéctu meo, & ſicut luna perfécta in ætérnum, & teſtis in cœlo fidêlis.

Poſt communionem.

HÆc nos commúnio Dómine purget à crímine: & intercedénte beáto Apollinâre mártyre tuo atq; Pontífice cœléſtis remédij fáciat eſſe conſórtes. Per Dóminū.

S. CHRISTINÆ virgi. & marty. comme. Collecta. Omnípotens, qui infirma. vt in communi. fol. 15. 24



S. IACOBI APOſtoli. Introitus. 25

MIhi autem nimis honoráti ſunt amíci tui Deus, nimis confortâtus eſt principâtus eōrū. Pſal. 138.

Ibi. Pſal. Dñe probáſti me & cognouíſti me, tū cognouíſti ſeſsiônem meam & reſurrectiônem meam. Collecta.

ESto Dómine plebi tuæ ſanctificâtor & cuſtos, vt

Apóſtoli tui Iacóbi munîta præſídijs, & conuerſatiône tibi pláceat? & ſecûra deſéruiat. Per Dóminum noſtrũ.

Sed in eius tráſlatiône Colle.

DEus, qui diſpoſitiône mirábili corpus B. Iacóbi Apóſtoli tui, de Hieroſólymis ad Hiſpániam tráſférri, & in Compoſtélla glorióſe ſepelíri voluíſti, concêde quę ſumus: vt eius méritis & précibus, in cœléſti Hieruſalém collocári mereâmur. Per.

Léctio Epíſtolę B. Pauli Apóſtoli ad Ephéſios.

ca.2. FRátres: Iam non eſtis hóſpites & áduenæ, ſed eſtis ciues ſanctôrum, & doméſtici Dei, ſuperædificáti ſuper fundaméntum Apoſtolôrum & prophetârum, ipſo ſummo angulári lápide Chriſto Ieſu. In quo omnis ædificátio conſtrúcta: creſcit in templum ſanctum in Dómino. In quo & vos coædificámini in habitáculum Dei, in Spíritu ſancto.

Ibi. ℟. Nimis honoráti ſunt amíci tui Deus, nimis confortâtus eſt principâtus eôrum. ℣. Dinumerábo eos, & ſuper arênam multiplicabúntur. Alleluia. ℣. Non vos me elegiſtis, ſed ego vos elégi, & poſui vos vt eâtis & fructum afferâtis, & fructus veſter maneat. Alleluia. Ioã. 15.

Sequéntia ſancti Euangélij ſecúndum Matthæum.

IN illo témpore: Accéſsit ad Ieſum mater filiôrum Zebedæi cum filijs ſuis, adórans, & petens áliquid ab eo. Qui dixit ei. Quid vis? Ait illi. Dic vt ſédeant hi duo filij mei, vnus ad déxteram tuam, & vnus ad ſiníſtram tuam in regno tuo. Reſpóndens autem Ieſus, dixit. Neſcîtis quid petâtis. Potéſtis bíbere cálicem quem ego bibitûrus ſum? Dicunt ei. Póſſumus. Ait illis. Cálicem quidem meum bibêtis, ſedêre autem ad déxteram meam: & ad ſiníſtram non eſt meũ dare vobis: ſed quibus parâtum eſt à patre meo. Credo. c.20.

Offertorium. In omnem terram exíuit ſonus eôrum, & in fines orbis terræ verba eôrum. Pſal. 18.

Secreta.

OBlatiônes pópuli tui Dómine quęſumus beáti Apóſtoli tui Iacóbi páſsio beâta concíliet, vt quæ no-

ſtris nō apta ſunt méritis fiăt tibi plácita eius deprecatiône. Per Dóminum noſtrum.

In translatione. Collecta.

SAnctifíca quęſumus Dñe, oblâta múnera, quę in trāſlatiône B. Iacóbi Apóſtoli tui ófferūtur, ita vt per ea vita noſtra inter aduérſa & próſpera vbiq; dírigatur. Per Dñm.

Præfatio. Te Dómine ſupplíciter. fol. 141.

Mat. 19. Cōmu. Vos qui ſecúti eſtis me, ſedébitis ſuper ſedes iudicántes duódecim tribus Iſraél. Poſt communio.

BEáti Apóſtoli tuï Iacóbi, quæſumus Dómine interceſsiône nos ádiuua, pro cuius ſolēnitâte percépimus, tua ſancta lætántes. Per Dóminum noſtrum Ieſum.

In tranſlatione.

Poſt communionem.

PErcéptis Dómine, ſacraméntis, ſupplíciter exorâmus, vt intercedénte beáto Iacóbo Apóſtolo tuo, quæ pro illîus veneránda gérimus tranſlatiône, nobis profíciant ad medêlam. Per.

Eodem die SS. Chryſtopho. & Cucufati. marty. comme. Collecta. Præſta quæſumus, vt qui ſolénnia. vt in communi. folio. 13.

S. ANNÆ MATRIS virginis Marię. Introitus. 26

GAudeâmus omnes in Dómino diem feſtum celebrántes ſub honôre ſanctæ Annæ matris Maríæ vírginis, de cuius ſolennitâte gaudent ángeli & colláudant fílium Dei.

Pſalm. Eructâuit cor meum verbum bonum, dico ego ópera mea regi. Pſal. 44.

Gloria in excelſis. Collecta.

DEus qui hodiérnam diē beátæ Annæ natalítio venerábilem fecíſti: concêde propícius, vt nos qui eam genitrîcem tuæ matris cognóſcimus & fatêmur: ipſîus apud te interceſsiónibus adiuuêmur. Qui viuis.

Epiſtola. Muliérem fortem. vt in communi vnius ſanctę nec virginis nec mart. fol. 11.

℟. Propter veritátem & manſuetúdinem & iuſtítiam, & dedûcet te mirabíliter déxtera tua. Ibi. ℣. Audi filia & vide & inclína aurem tuam, quia concupîuit rex ſpéciem tuam. Alleluia.

℣ Salue mater matris Chriſti, quæ

iam felix conſcendíſti, iúbilans ad æthera, iter nobis para tutum, vt in Dómini virtûtum collocêmur dextera. Aliud. Alleluia. ℣. Veni eléċta mea, & ponam in te thronum meum. Alleluia.

Euangelium. Liber generationis. vt infra in Natiuitatis Virginis Mariæ folio. 236.

Pſal. 44. Offertorium. Diffûſa eſt grátia in lábijs tuis: proptérea benedíxit te Deus in ætérnum & in ſæculum ſæculi.

Secreta.

PRæſta quæſumus omnípotens Deus, vt quod inuiſíbile celebrâmus ſacramẽtum, intercedénte beáta Anna matre vírginis glorióſæ ad ſalûtem noſtrârum tránſeat animârum. Per Dñm.

Mat. 13. Communio. Simile eſt regnum cœlórum hómini negotiatóri quærenti bonas margarítas, inuénta vna pretióſa margarita dedit ómnia ſua & comparâuit eam. Poſt communio.

SVmptis ſacraméntis quæſumus Dómine intercedénte beáta Anna matre matris vnigéniti filij tui, vt nos ab hoſtium deféndas formídine: & ætérnæ mortis amaritúdine. Per eúndem.

IN COMMEMORATIONE eiuſdem alijs diebus per annum. Gaudeamus omnes. vt in feſto præter ſequent. Introitus.

Pſal. 44. DIlexíſti iuſtítiã & odíſti iniquitâtẽ proptérea vnxit te Deus, Deus tuus óleo lætítiæ præ conſórtibus tuis. Pſalm. Eructâuit. Collecta.

DEus qui beátæ Annæ tantam grátiam donâre dignâtus es, vt beatíſsimam Marîam matrem tuam in ſuo vtero glorióſo portâre mererêtur: da nobis quæſumus per interceſsiônem matris & filiæ tuæ propiciatiônis abundántiam, vt quarum memóriam pio amôre compléctimur: eârum méritis & précibus ad cœléſtem Hieruſalém peruenîre mereâmur. Qui viuis. Tempore paſchali ſecundum. Alleluia. ℣. Spécie tua & pulchritúdine tua, inténde próſpere, procêde & regna. Alleluia. Ibid.

Secreta.

SVper has oblatiónes quæſumus omnípotens pa-

ter quæ in memóriam ſanctíſſimæ Annæ Matris beatíſſimæ genitrîcis vnigéniti filij tui Dómini noſtri conſecrántur, tuam effúnde benedictiônem: & per eas nobis tríbue córdium purificatiônem, & múnerũ tuôrum veram participatiônem. Per eúndem.

Poſt communionem.

SVmpta ſacraménta quæſumus Dómine intercedẽte B. Anna matre glorióſę Genitrîcis vnigéniti tui, nos ab hóſtium deféndant formídine, & ætérnæ mortis amaritúdine. Per eúndem Dóminum noſtrum Ieſum.

28 SS. NAZARII Celſi & Pantaleonis Commem. Collecta.

PRæſta quæſumus omnípotens Deus, vt qui glorióſos mártyres fortes in ſua cõfeſsiône cognóuimus: pios apud te in noſtra interceſsiône ſentiâmus. Secreta.

SAcrificijs præſéntibus, Dómine quæſumus inténde placâtus, & intercedẽtibus ſanctis tuis, deuotióni noſtrę profíciant & ſalúti.

Poſt communionem.

QVæſumus omnípotens Deus: vt illîus ſalutâris capiâmus effẽctum: cuius per hæc myſteria pignus accépimus.

S. FELICIS PAPÆ & marty. Introitus. 29

SAcerdótes eius índuam ſalutári, & ſancti eius exultatiône exultábunt. Pſal 131

Pſalm. Memento Dómine Dauid & omnis manſuetúdinis eius. Gloria. Ibi.

Collecta. Infirmitâtem noſtram.

Epiſtola. Beatus vir qui inuentus. vt in communi vnius martyris. folio. 2.

℟. Sacerdótes eius índuam ſalutári, & ſancti eius exultatiône exultábunt. Ibi.

℣. Illuc prodûcam cornu Dauid, paráui lucérnã Chriſto meo. Alleluia.

℣. Diſpóſui teſtamẽtum eléctis meis, iuráui Dauid ſeruo meo. Alleluia. Pſal 88.

Euangelium. Sint lumbi veſtri. vt in communi vnius confeſſoris Pontifi. fol. 5.

Offertorium. Lætámini in Dómino & exultâte iuſti, & gloriámini omnes recti corde. Pſal 31.

Secreta.

ACcépta ſit in conſpéctu tuo Dómine, noſtra deuótio, & eius nobis fiat ſupplicatiône ſalutâris, pro cuius ſolennitâte deféртur. Per.

Sap. 3. Commu. Iuſtôrum ánimæ in manu Dei ſunt, & non tanget illos torméntū malítiæ, viſi ſunt óculis inſipiéntium mori: illi autem ſunt in pace.

Poſt communionem.

SPíritū nobis Dn̄e tuæ charitâtis infúnde, vt quos vno cœléſti pane ſatiáſti: intercedénte beáto Felîce mártyre tuo: tua fácias pietâte cōcórdes. Per eiuſdem.

Eodem die Simplicij, Fauſti Beatri. mart. comme. Collecta. Deus qui nos annua. vt in commu. cōme. fol. 13.

---

30 SS. ABDONIS ET Sennis mart. Introitus.

Psal. 78. INtret in conſpéctu tuo Dómine gémitus compeditôrum redde vicínis noſtris ſéptuplū in ſinu eôrum, víndica ſánguinem ſanctôrum tuôrum qui effûſus eſt.

Ibi. Pſalm. Deus venérunt gentes in hæreditâtem tuam, pollnérunt templum ſanctum tuum, poſuérunt Hieruſalém in pomôrum cuſtódiam.

Collecta.

DEus qui ſanctis tuis Abdon & Sennem ad hāc glóriam veniéndi copiôſum munus grátiæ contuliſti: da fámulis tuis ſuôrum véniam peccatôrum: vt ſanctôrum tuôrum intercedéntibus méritis ab ómnibus mereâmur aduerſitátibus liberári. Per.

Epiſtola. Lingua ſapiētium. vt ſupra fol. 205.

℟. Glorióſus Deus in ſanctis, mirábilis in maieſtâte fáciens prodígia. Exo. 15.

℣. Déxtera tua Dómine glorificâta eſt in virtûte, déxtera manus tua confrēgit inimîcum. Alleluia. ℣. Te mártyrum candidâtus, laudat exércitus Dómine. Alleluia.

Euang. Ecce ego mitto vos. vt ſup. fol. 195.

Offertor. Mirábilis Deus in ſanctis ſuis, Deus Iſraël ipſe dabit virtûtē & fortitúdinem plebi ſuæ, benedictus Deus alleluia. Pſal. 67.

Secreta.

HÆc hóſtia quæſumus Dómine quam in ſanctôrum tuôrum Natalítijs recenſéntes offérimus: víncula noſtræ prauitâtis abſóluat, & tuæ nobis miſericór-

diæ dona cōcíliet. Per Dñm.

Pſal. 78. Communio. Poſuérunt mortália ſeruôrum tuôrum Dómine eſcas volatílibus cœli, carnes ſanctôrum tuôrum béſtijs terræ, ſecúndum magnitúdinem bráchij tui: póſside filios morte punitôrum. Poſt communionem.

PEr huius Dómine operatiônem myſtérij, & vítia noſtra purgéntur: & intercedéntibus ſanctis tuis, iuſta deſidéria compleántur. Per Dóminum noſtrum Ieſum.

31 S. GERMANI Epiſcopi. comme. Collecta.

Da quæſumus venerāda. vt in commu. comme. fol. 14.

****

FESTA AVGVSTI.

1 AD VINCVLA S. Petri. Introitus.

Act. 12. NVnc ſcio verè, quia miſit Dóminus ángelum ſuum, & erípuit me de manu Herôdis & de omni expectatiône plebis Iudæôrum.

Pſal. 138. Pſalm. Dómine probáſti me & cognouíſti me, tu cognouíſti ſeſsiónem meam & reſurrectiônem meam.

Collecta.

DEus qui beâtum Petrum Apóſtolum, à vínculis abſolûtum illæſum abîre fecíſti, noſtrôrum quæſumus abſólue víncula peccatôrum, & ómnia mala à nobis propiciâtus exclûde. Per Dóminum.

Léctio Actuum Apoſtolôrū.

IN diêbus illis. Miſit Heródes rex manus, vt afflígeret quoſdam de ecclēſia. Occîdit autem Iacôbum fratrem Ioánnis gládio. Videns autē quia placêret Iudæis, appóſuit apprehéndere & Petrū. Erāt autem dies azymôrum. Quem cum apprehendíſſet miſit in cárcerem: tradens quátuor quaterniónibus mílitum cuſtodiéndum: volens poſt paſcha prodúcere eum pópulo. Et Petrus quidem ſeruabâtur in cárcere: orátio autem fiêbat ſine intermiſsiône ab ecclēſia ad Deum pro eo. Cum autem productûrus eū eſſet Heródes in ipſa nocte erat Petrus dórmiens inter duos mílites vinctus catênis duâbus. Et cuſtódes ante óſtium, cuſtodiébant cárcerem. Et ecce ángelus Dómini Cap. 12.

áſtitit, & lumen refúlſit in habitáculo. Percúſſoq; látere Petri, excitâuit eum dicens. Surge velóciter. Et cecidérunt caténæ de mánibus eius. Dixit autem ángelus ad eum. Præcíngere, & cálcia te cáligas tuas. Et fecit ſic. Et dixit illi. Circúnda tibi veſtiméntum tuum: & ſéquere me. Et éxiens ſequebâtur eum, & neſciêbat quia verum eſt quod fiêbat per ángelũ. Æſtimâbat autem ſe viſum vidêre. Tranſeúntes autem primam, & ſecúndam cuſtódiã, venérunt ad portam férreã quæ ducit ad ciuitâtem, quæ vltro apérta eſt eis. Et exeúntes proceſſérunt vicum vnũ, & contínuo diſcéſsit ángelus ab eo. Et Petrus ad ſe reuérſus, dixit. Nunc ſcio verè quia miſit Dóminus ángelũ ſuum: & erípuit me de manu Herôdis: & de omni expectatiône plebis Iudæôrum.

Pſal. 44. ℟. Cõſtítues eos príncipes ſuper omnem terram mémores erunt nóminis tui Dómine. ℣. Pro pátribus tuis nati ſunt tibi filij, proptérea pópuli confitebúntur tibi. Allelúia. ℣. Beâtus es Simon Bar-ionâ, quia caro & ſanguis non reuelâuit tibi, ſed Pater meus qui eſt in cœlis. Alleluia.

Mat. 16.

Sequéntia ſancti Euangélij ſecúndum Matthæum.

c. 16 IN illo témpore: Venit Ieſus in partes Cęſáreæ Philíppi, & interrogâbat diſcípulos ſuos dicens. Quem dicunt hómines eſſe fílium hóminis? At illi dixérunt. Alij Ioánnem Baptíſtam, alij autem Helîam: alij vero Hieremîam, aut vnum ex prophétis. Dixit illis Ieſus. Vos autem quem me eſſe dícitis? Reſpóndens Simon Petrus, dixit. Tu es Chriſtus fílius Dei viui. Reſpódẽs autem Ieſus, dixit ei. Beâtus es Simon Bar-ioná, quia caro & ſanguis nõ reuelâuit tibi, ſed pater meus qui in cœlis eſt. Et ego dico tibi: quia tu es Petrus: & ſuper hanc petram ædificâbo Eccléſiam meam. Et portæ ínferi, non pręualébunt aduérſus eam. Et tibi dabo claues regni cœlôrum. Et quodcúnque ligáueris ſuper terram, erit ligâtum in cœlis. Et quodcúnq; ſólueris ſuper terram: erit ſolûtum in cœlis. Credo.

Pſal. 44. Offertor. Conſtítues eos príncipes ſuper omnem terram, mémores erunt nóminis tui, in omni progénie & generatióne. Secreta.

OBlâtum tibi Dómine ſacrifícium viuíficet nos ſemper & múniat. Per Dñm. Præfatio. Te Dómine ſupplici. folio. 141.

Mat 16. Communio. Tu es Petrus & ſuper hanc petram ædificâbo eccléſiam meam. Poſt communionem.

COrporis ſacri & pretióſi ſánguinis repléti libámine quæſumus Dñe Deus noſter: vt quod pia deuotióne gérimus⁊ certa redemptióne capiâmus. Per Dóminum.

Eodẽ die SS. Machabęo. mar. cóme. colle. Pręſta quæſum⁹, vt qui fortes. vt in cõm. fol. 13.

Eodem die S. Euſebij epiſ. & mart. comme. collect. Da quæſumus, vt qui Natalitia, addendo tamen atq; Pontificis vt in cõmu. cõme. fol. 12.

2 S. STEPHANI PAPÆ mart. Introitus

Pſal. 131. SAcerdótes eius induã ſalutári, & ſancti eius exultatióne exultábunt.

Pſal. Meménto Dómine Dauid & omnis manſuetúdinis eius. 131.

Collecta.

DEus qui nos B. Stéphani mártyris tui atq; Pontíficis ánnua ſolennitâte lætíficas⁊ concêde propícius: vt cuius natalítia cólimus⁊ de eiúſdem étiam protectióne gaudeâmus. Per Dóminum.

Epiſt. Doctrinis varijs. vt ſupra. folio. 181.

℟. Os iuſti meditábitur ſapiéntiam, & lingua eius loquêtur iudícium. Pſal. 36.

℣. Lex Dei eius, in corde ipſius, & nõ ſupplantabúntur greſſus eius. Alleluia. ℣. Amâuit eum Dóminus & ornâuit eum, ſtola glóriæ induit eum. Alleluia.

Sequéntia ſancti Euangélij ſecúndum Lucam.

IN illo témpore: Dixit Ieſus diſcípulis ſuis, parabolam hác. Homo quidam nóbilis ábijt in regiônem longínquam, ac cípere ſibi regnum & reuérti. Vocátis autẽ decem ſeruis ſuis: dedit illis decem mnas. Et ait ad illos. Negotiámini dum vénio. Ciues autẽ eius óderant illum, & miſérunt legatiónem poſt illum, dicẽtes. c. 19.

Nólumus hunc regnâre ſuper nos. Et factum eſt vt redîret accépto regno: & iuſsit vocári ſeruos, quibus dedit pecúniam, vt ſciret quantum quiſque negotiâtus eſſet. Venit autem primus, dicens. Dómine, mna tua decē mnas acquiſíuit. Et ait illi. Euge ſerue bone, quia in módico fidêlis fuíſti, eris poteſtâtem habens ſupra decem ciuitâtes. Et alter venit, dicens. Dómine, mna tua fecit quinque mnas. Et huic ait. Et tu eſto ſupra quinque ciuitátes. Et alter venit, dicens. Dómine, ecce mna tua, quam habui repóſitam in ſudário. Tímui enim te, quia homo auſtêrus es, tollis quod non poſuíſti, & metis quod non ſemináſti. Et dixit ei. De ore tuo te iúdico, ſerue nequam. Sciébas quod ego homo auſtêrus ſim: tollens quod non póſui, & metens quod non ſemináui. Et quare non dedíſti pecúniam meam ad menſam, & ego véniens, cum vſúris vtique exegíſſem illam? Et aſtántibus dixit. Auférte ab illo mnam, & date illi qui decē mnas habet. Et dixérunt ei. Dómine, habet decē mnas. Dico autem vobis, quia omni habenti dábitur, ab eo autē qui non habet, & quod habet auferêtur ab eo. Verúntamen inimícos meos illos qui noluérunt me regnâre ſuper ſe, addúcite huc, & interfícite ante me.

Offerttorium. Inuéni Dauid ſeruum meum: óleo ſancto vnxi eum, manus enim mea auxiliábitur ei, & bráchium meum confortâbit eum. Pſal. 88.

Secreta.

MVnera tibi Dómine dicâta ſanctífica, & intercedénte beáto Stéphano mártyre tuo atque Pontífice, per éadem nos placátus inténde. Per Dóminum noſtrum.

Communio. Dómine quinque taléнta tradidíſti mihi, ecce alia quinque ſuperlucrâtus ſum, euge ſerue fidêlis, quia in pauca fuíſti fidêlis ſupra multa te conſtítuam intra in gáudium Domini tui. Mat. 25.

Poſt communio.

HÆc nos commûnio Dómine purget à crímine: & intercedénte B. Stéphano mártyre tuo atque pontífice cœléſtis remédij fáciat eſſe conſórtes. Per Dóminum.

3 IN INVENTIO. S. Stephani Protomartyris fiat ſicut in eius Natal. ponendo in collecta Solennia. pro Natalitia vt ſupra fol. 177.

4 S. DOMINICI Confeſſoris Miſſa. Os iuſti. Epiſtola. Beâtus vir qui inuentus. Euangelium. Nolite timere puſillus. vt in communi confeſſoris non Pontifi. folio 8.

5 DEDICATIONIS S. Mariæ ad Niues Miſſa. Salue ſancta Parens. vt in Miſſa votiua Beatę Mariæ infra folio. 21.

6 IN FESTO TRANSfigurationis Domini.

Introitus.

Iſ. 9. LVx fulgêbit hódie ſuper nos quia transfigurâtus eſt Dñs: Et vocábitur admirábilis, Deus, Princeps pacis, Pater futúri ſæculi, cuius regni non erit finis.

Pſal. 92. Pſalm. Dóminus regnâuit: decórem índuit: índuit Dóminus fortitúdinem, & præcínxit ſe virtûte. Glória Patri. Glória in excelſis.

Collecta.

DEus qui fidei ſacramenta Vnigeniti tui Transfiguratiône, ac patrum teſtimónio roboráſti, & adoptiônem filiôrum perféctam, voce delápſa, in nube lúcida, mirabíliter præſignáſti, concêde propícius: vt ipſius Regis glóriæ nos cohærédes efſícias, & eiúſdem glóriæ tríbuas eſſe conſórtes. Per eúndem Dóminum noſtrum.

Léctio Epíſtolæ beâti Petri Apóſtoli.

CHaríſsimi: Non indóctas fábulas ſecúti: notam fácimus vobis Dómini noſtri Ieſu Chriſti virtûtem & præſciéntiam, ſed ſpeculatóres facti illîus magnitúdinis. Accípiens enim à Deo patre honôrem & glóriam voce ad eum delápſa huiúſmodi à magnífica glória: Hic eſt Filius meus diléctus, in quo mihi complácui, ipſum audîte, & hanc vocem nos audíuimus de cœlo allâtam, cum eſſêmus 2. Pe. 1.

cum ipſo in monte ſancto. Et habémus firmiôrem prophéticum ſermônem. Cui be nefácitis attendéntes: quaſi lucérnæ lucénti in caliginóſo loco: donec dies illucéſcat, & Lúcifer oriâtur in córdibus veſtris.

Pſal. 97. ℟. Vidérunt omnes fines terræ ſalutâre Dei noſtri, iubilâte Deo omnis terra: ℣. Notum fecit Dóminus ſalutáre ſuum, ante conſpéctum géntium reuelâuit iuſtítiam ſuam. Allelúia. ℣. Dies ſanctificâtus illúxit nobis: venîte gentes & adorâte Dóminum, quia hódie transfigurâtus eſt Saluâtor mundi. Alleluia.

Sequéntia ſancti Euangélij ſecúndum Matthæum.

Cap. 17. IN illo témpore: Aſſúmpſit Ieſus Petrum, & Iacôbum, & Ioánnem fratrem eius: & duxit illos in montem excélſum ſeórſum: & transfigurâtus eſt ante eos. Et reſplénduit fácies eius ſicut Sol: veſtiménta autẽ eius facta ſunt alba ſicut nix. Et ecce, apparuérunt illis Moyſes & Elías, cum eo loquéntes. Reſpóndens autem Petrus, dixit ad Ieſum. Dómine, bonum eſt nos hîc eſſe. Si vis, faciâmus hîc tria tabernácula, tibi vnũ, Móyſi vnum, & Elíæ vnum. Adhuc eo loquénte, ecce nubes lúcida obumbrâuit eos. Et ecce vox de nube, dicens. Hic eſt fílius meus diléctus, in quo mihi bene complácui, ipſum audîte. Et audiéntes diſcípuli, cecidérunt in faciẽ ſuam: & timuérunt valde. Et accéſsit Ieſus, & tétigit eos: dixitque eis. Súrgite, & nolîte timêre. Leuántes autem óculos ſuos, néminem vidérunt, niſi ſolum Ieſum. Et deſcendéntibus illis de monte, præcêpit eis Ieſus, dicens. Némini dixerîtis viſiônem: donec fílius hóminis à mórtuis reſúrgat. Credo.

Offertorium. Tui ſunt cœli, & tua eſt terra, orbem terrárum & plenitúdinem eius tu fundáſti: iuſtítia & iudícium præparátio ſedis tuæ. Pſal. 88.

Secreta.

COncêde quæſumus omnípotens Deus: illîus nos lucis conſórtes éffici, quam Fílius tuus in ſua Transfiguratiône córporis, tuæ paternitâtis voce patefêcit. Per Dóminum noſtrum.

Præ-

Præfatio. Quia per incarnati. folio. 139.

Pſal. 97. Communio. Vidérunt omnes fines terræ ſalutâre Dei noſtri.

Poſt communio. Collecta.

DEus qui hunc diem ſacratíſsimum veri lúminis fecíſti illuſtratiône claréſcere, da quæſumus: vt cuius lucis myſtéria in terra cognóuimus, eius quoque gáudijs in cœlo perfruâmur. Per.

EODEM DIE

S. Sixti Papæ & martyris.

Introitus.

Dan. 3. SAcerdótes Dei benedícite Dóminũ, ſancti, & húmiles corde laudâte Deum.

Ibi. Pſalm. Benedícite ómnia ópera Dóminĩ Dómino: laudâte & ſupérexaltâte eum in ſæcula. Collecta

DEus qui cõſpicis quia ex nulla noſtra virtûte ſubſíſtimus: concêde propícius, vt interceſsiône beáti Sixti mártyris tui atque Pontíficis contra ómnia aduérſa muniâmur. Per Dóminum.

Epiſt. Beâtus homo qui inuênit ſapiéntiã. vt ſup. fol. 202.

Pſal. 131. ℟. Sacerdótes eius índuam ſalutâri, & ſancti eius exultatiône exultábunt.

℣. Illuc producam cornu Dauid: paráui lucérnã Chriſto meo. Alleluia.

Iac. 1 ℣. Beâtus vir qui ſuffert tentatiónẽ: quóniam cũ probâtus fúerit accípiet corônam vitæ. Alleluia.

Euangeliũ. Homo quidam peregrè. vt in commu. vnius confeſſ. Pontifi. fol. 6.

Pſal. 88. Offertorium. Inuéni Dauid ſeruum meum: óleo ſancto vnxi eum, manus enim mea auxiliábitur ei: & bráchium meum confortâbit eum.

Secreta.

SAcrifícijs præſéntibus Dómine quæſumus inténde placâtus vt & deuotióni noſtræ profíciant & ſalúti. Per.

Mat. 25. Cõmu. Fidélis ſeruus & prudens: quem conſtítuit Dóminus ſuper famíliam ſuam: vt det illis in témpore tríticì menſûram. Poſt communio.

PRæſta quæſumus Dómine Deus noſter, vt cuius nobis feſtiuitâte votîua ſunt ſacraménta: eius ſalutária nobis interceſsiône reddántur. Per Dóminum noſtrum.

Eodem die SS. Feliciſsimi & Agapiti Marty. comme. Collecta. Deus qui nos concedis natalitia. vt in communi. folio. 14.

S. DO-

7 S. DONATI EPISCOPI & mart. cōme. Collecta Infirmitatem. Vt in communi fol. 12.

8 SS. MARTYRVM Ciriaci ſociorumq; eius

Introitus.

Pſal. 33. TImēte Dn̄m omnes ſancti eius quóniam nihil deeſt timētibus eū: díuites eguérunt & eſurié runt: inquiréntes autē Dn̄m non defícient omni bono.

Ibi. Pſalm. Benedicam Dóminū in omnì témpore: ſemper laus eius in ore meo.

Collecta.

DEus qui nos ánnua beáti Ciríaci mártyris ſociôrumq; eius ſolennitâte lætíficas: concêde propícius: vt quorum natalítia cólimus: virtûtem quoq; paſſiônis imitêmur. Per Dóminum.

Léctio Epiſt. B. Pauli. Apoſt. ad Coríntbios.

2. ca. 1. FRatres: Benedíctus Deus & pater Dómini noſtri Ieſu Chriſti: pater miſericordiârum & Deus totîus conſolatiônis qui conſolâtur nos in omni tribulatiône noſtra, vt poſsîmus & ipſi conſolári eos qui in omni preſſûra ſunt per exhortatiônem qua exhortâmur & ipſi à Deo: quóniam ſicut abúndāt paſſiónes Chriſti in nobis, ita & per Chriſtum abúndat conſolátio noſtra. Siue autem tribulâmur pro veſtra exhortatiône & ſalûte: ſiue exhortâmur pro veſtra conſolatiône & ſalûte, quæ operâtur toleràntiam earúndem paſſiônū quas & nos pátimur. Et ſpes noſtra firma pro vobis, ſciéntes quóniam ſicut ſócij paſsiônum eſtis, ſic éritis & conſolatiônis, In Chriſto Ieſu, Dómino noſtro.

℟. Timēte Dóminum omnes ſancti eius: quóniam nihil deeſt timéntibus eum. ℣. Inquiréntes autem Dóminum nō deficient omni bono. Alleluia. ℣. Iuſti epuléntur & exúltēt in conſpéctu Dei: delectèntur in lætítia. Pſal. 33.

Sequéntia ſancti Euangélij ſecúndum Matthæum.

IN illo tēpore: Dixit Ieſus diſcípulis ſuis. Nihil opértum quod nōn reuelábitur: & occúltum quod nō ſciêtur. Quod dico vobis in tenebris dícite in lú- cap. 10.

mine. Et quod in aure audîtis: prædicâte ſuper tecta. Et nolîte timêre eos qui occídũt corpus, ánimam autem non poſſunt occídere, ſed pótius eũ timête, qui poteſt ánimã & corpus pérdere in gehénnam. Nonne duo páſſeres aſſe vêneunt, & vnus ex illis non cadet ſuper terrã ſine patre veſtro? Veſtri autẽ & capílli cápitis omnes numeráti ſunt. Nolîte ergo timêre: multis paſſéribus melióres eſtis vos. Omnis ergo qui confitébitur me coram homínibus, confitêbor & ego eum coram patre meo, qui eſt in cœlis. Qui autem negáuerit me coram homínibus, negâbo & ego eum coram patre meo, qui eſt in cœlis.

Pſal. 31. Offertorium. Lætámini in Dómino & exultáte iuſti & gloriámini omnes recti corde. Secreta.

Accépta ſit in conſpéctu tuo Dñe noſtra deuótio, & côrũ nobis fiat ſupplicatiône ſalutâris, pro quorũ ſolennitâte defértur. Per Dóminum noſtrum.

Marci. 17. Commu. Signa eos qui in me credent, hæc ſequéntur, dæmónia eiícient, ſuper ægros manus impónent, & bene habêbunt. Poſtcommunio.

Reféćti participatiône múneris ſacri, quæſumus Dómine Deus noſter: vt cuius exéquimur cultum: ſentiâmus effé ctum. Per Dóminum noſtrum.

IN VIGILIA SANcti Laurentij. Introitus. 9

Pſal. 111. Diſpérſit, dedit paupéribus: iuſtítia eius manet in ſæculum ſæculi, cornu eius exaltábitur in glória.

Pſalm. Beâtus vir qui timet Dóminum in mandátis eius volet nimis. 111.

Si fuerit Domínica. Gloria in excelſis.

Collecta.

Adéſto Dómine ſupplicatiónibus noſtris, & interceſsiône Beáti Lauréntij mártyris tui, perpétuam nobis miſericórdiam benígnus impénde. Per Dóminum.

Léctio libri Sapiéntiæ.

Capi. viii. Confitêbor tibi Dómine Rex, & collaudâbo te Deum Saluatôrem meũ. Cõfitêbor nómini tuo, quóniam adiûtor & protéctor factus

es mihi, & liberáſti corpus meũ à perditiône. A láqueo linguæ iníquæ: & à lábijs operántium mendácium. Et in conſpéctu perſequéntium factus es mihi adiûtor, & liberáſti me ſecúndum multitúdinẽ miſericórdiæ nóminis tui. A rugiéntibus præparátis ad eſcam, de mánibus quæréntium ánimam meam: & de portis tribulatiônum quæ circundedérunt me. A preſſúra flammæ quæ circúndedit me, & in médio ignis nõ ſum æſtuâtus. De altitúdine ventris ínferi, & à lingua coinquináta, & à verbo mendácij. A rege iníquo, & lingua iniúſta. Laudâbit vſque ad mortem ánima mea Dóminum, quóniam éruis ſuſtinéntes te, & líberas eos de mánibus angúſtiæ, Dómine Deus noſter.

Pſal. 111. ℟. Diſpérſit, dedit paupéribus, iuſtítia eius manet in ſæculum ſæculi. ℣. Potens in terra erit ſemen eius, generátio rectôrum benedicêtur.

Iac. 1 Si fuerit Dóminica. Allelúia. ℣. Beâtus vir qui ſuffert tentatiônem, quóniam cum probâtus fúerit, accípiet corônam vitæ. Allelúia.

Sequéntia ſancti Euangélij ſecúndum Matthæum.

IN illo témpore: Dixit Ieſus diſcípulis ſuis. Siquis vult poſt me venîre, ábneget ſemetípſum, & tollat crucem ſuam, & ſequâtur me. Qui enim volúerit ánimam ſuam ſaluam fácere, perdet eam. Qui autem perdíderit ánimam ſuã propter me, inuéniet eam. Quid enim prodeſt hómini ſi mundum vniuérſum lucrêtur, ánimæ veró ſuæ detriméntũ patiâtur? Aut quã dabit homo commutatiônem pro ánima ſua? Fílius enim hóminis ventûrus eſt in glória Patris ſui cum ángelis ſuis, & tunc reddet vnicuîque ſecúndum ópera eius. Amén dico vobis, ſunt quidam de hic ſtántibus, qui non guſtábunt mortem donec vídeant fílium hóminis veniéntem in regno ſuo. capi 16.

Si fuerit Domínica. Credo.

Offert. Orátio mea munda eſt, & ídeo peto vt detur locus voci meæ in cœlo quia ibi eſt iudex meus, & cõſcius meus in ætérnum, aſcéndat ad Dóminum deprecátio mea.

Secreta.

HOſtias Dómine quas tibi offérimus propícius ſúſcipe, & intercedénte beáto Laurẽtio mártyre tuo víncula peccatôrum noſtrôrum abſólue. Per Dóminum.

Luc. 9. Cõmunio. Qui vult venîre poſt me: ábneget ſemetípſum, & tollat crucem ſuam, & ſequâtur me.

Poſt communio.

DA quæſumus Dómine Deus noſter, vt ſicut B. Lauréntij mártyris tui commemoratiône temporáli gratulâmur offício: ita perpétuo lætêmur aſpéctu. Per Dóminum noſtrum.

Eodem die S. Romani marty. comme. Collecta. Adeſto. vt in commun. fol. 13.

10 IN DIE SANCTI Laurentij ad primã Miſſam.

Introitus.

Pſal. 95. COnféſsio & pulchritûdo in conſpéctu eius, ſánctitas & magnificéntia in ſanctificatiône eius.

ibi. Pſalm. Cantâte Dómino cánticum nouum: cantâte Dómino omnis terra. Gloria in excelſis.

Collecta.

EXcita Dómine in eccléſia tua ſpíritum, cui Beátus Laurẽtius Leuîta ſeruîuit, vt eôdẽ nos replénte ſtudeâmus & amâre quod amâuit: & ópere exercêre quod dócuit. Per. eiuſdem.

Epiſtola Beatus vir qui inuẽtus eſt ſine macula Vt in cómu. vnius mart. fol. 2.

℟. Probáſti Dómine cor meum & viſitáſti nocte. ℣. Igne me examináſti, & non eſt inuénta in me iníquitas. Psal. 16.

Alleluía. ℣. Leuîta Lauréntius bonum opus operâtus eſt, qui per ſignum crucis cæcos illuminâuit. Alleluia.

Sequéntia ſancti Euangélij ſecúndum Matthæum.

IN illo tẽpore. Dixit Ieſus diſcipulis ſuis. Qui amat patrẽ aut matrem pluſquam me, non eſt me dignus. Et qui amat fílium aut fíliam ſuper me, nõ eſt me dignus. Et qui non áccipit crucem ſuam & ſéquitur me, non eſt me dignus. Qui inuênit ánimam ſuã, perdet illam. Et qui perdíderit ánimã ſuã propter me, inuéniet eam. Qui récipit vos, me récipit. Et qui me récipit capi. 10.

pit, récipit eum qui me miſit. Qui récipit prophêtam in nómine prophétæ, mercêdem prophétæ accípiet. Et qui récipit iuſtum in nómine iuſti, mercêdem iuſti accípiet. Et quicúnque potum déderit vni ex mínimis iſtis cálicem aquæ frígidæ tantũ in nómine diſcípuli, amén dico vobis non perdet mercêdem ſuam.

Pſal. 95. Offertorium. Confésſio & pulchritûdo in conſpéctu eius ſánctitas & magnificéntia in ſanctificatiône eius.

Secreta.

SAcrifícium noſtrum tibi Dómine quæſumus Beáti Lauréntij precátio ſancta concíliet, vt cuius honôre ſolénniter exhibêtur, méritis efficiâtur accéptum. Per Dóminum noſtrum.

Ioã. 12. Commu. Qui mihi miniſtrat, me ſequâtur, & vbi ego ſum, illic & miníſter meus erit.

Poſt communio.

SVpplices te rogâmus omnípotens Deus vt quos donis cœléſtibus ſatiáſti: intercedénte Beáto Lauréntio mártyre tuo perpétua protectióne cuſtódias. Per.

AD MAIOREM Miſſam. Introitus.

COnféſsio & pulchritûdo in cõſpéctu eius: ſánctitas & magnificẽtia in ſanctificatiône eius. Pſal 95.

Pſalm. Cantâte Dómino cánticum nouum, cantâte Dómino omnis terra. Ibi.

Gloria in excel. Collecta.

DA nobis quæſumus omnípotens Deus, vitiôrũ noſtrôrum flãmas extínguere: qui Beáto Lauréntio tribuíſti tormentôrum ſuôrum incéndia ſuperâre. Per.

Léctio Epiſto. B. Pauli Apoſtóli ad Corinthios.

FRatres. Qui parce ſéminat, parce & metet. Et qui ſéminat in benedictiónibus: 2. capi. 9. de benedictiónibus & metet. Vnuſquíſq; pro vt deſtinâuit in corde ſuo, non ex triſtítia aut ex neceſſitâte. Hílarem enim datôrem díligit Deus. Potens eſt autem Deus omnem grátiam abundâre fácere in vobis: vt in ómnibus ſemper omnem ſufficiéntiam habéntes, abundẽtis in omne opus bonum,

ſicut ſcriptum eſt. Diſpérſit dedit paupéribus, iuſtítia eius manet in ſæculum ſæculi. Qui autem adminiſtrat ſemen ſeminánti, & panem ad manducándum præſtâbit. Et multiplicâbit ſemen veſtrū: & augêbit, increménta frugum iuſtítiæ veſtræ.

Pſal. 16. ℟. Probáſti Dómine cor meum: & viſitáſti nocte. ℣. Igne me examináſti: & non eſt inuénta in me iniquitas. Alleluia. ℣. Leuíta Laurén-tius bonum opus operâtus eſt, qui per ſignum crucis cæcos illuminâuit. Alleluia.

Sequéntia ſancti Euangélij ſecúndum Ioánnem.

capi. 12. IN illo témpore: Dixit Ieſus diſcípulis ſuis. Amén amén dico vobis. Niſi granum fruménti cadens in terram mórtuum fúerit, ipſum ſólum manet. Si autem mórtuum fúerit: multum fructū affert. Qui amat ánimam ſuam perdet eā. Et qui odit ánimam ſuā in hoc mundo, in vitam ætérnam cuſtôdit eam. Si quis mihi miniſtrat, me ſequâtur. Et vbi ſum ego: illic & miníſter meus erit. Si quis mihi miniſtráuerit: honorificâbit eum pater meus.

Offert. Confeſsio & pulchritúdo in conſpéctu eius: ſánctitas & magnificéntia in ſanctificatiône eius. Pſal. 95. Secre.

ACcipe quæſumus Dómine múnera dignánter oblâta: & Beáti Lauréntij ſuffragántibus méritis ad noſtræ ſalûtis auxílium prouenîre concêde. Per.

Communio. Qui mihi miniſtrat me ſequâtur, & vbi ego ſum, illic & miniſter meus erit. Ioſ. 12.

Poſt communio.

SAcro múnere ſatiáti, ſúpplices te Dómine deprecâmur, vt quod débitę ſeruitûtis celebrâmus officio: intercedénte Beáto Lauréntio ſaluatiônis tuæ ſentiâmus augméntum. Per Dóminum.

IN OCTAVA die ipſius S. Laurentij.

Introitus.

PRobáſti Dñe cor meum, & viſitáſti nocte, igne me examináſti, & non eſt inuénta in me iníquitas. Pſal. 16.

Ibi. Pſalm. Exáudi Dñe iuſtitiam meã: inténde deprecatiónem meam.

Cætera omnia, vt in prædi-ęta maiori miſſa S. Laurẽtij.

IIʒ

IN EXALTATIONE ſanctæ coronæ ſpineæ Dñi.



INTROITVS.

GAudeâmus omnes in Dño diem feſtũ celebrãtes ſub honôre corónæ Dómini: de cuius ſolennitâte gaudent ángeli & colláudant fílium Dei.

Pſal. 46. Pſalm. Omnes gentes pláudite mánibus: iubilâte Deo in voce exultatiônis. Gloria in excel. Collecta.

DEus qui vnigéniti filij tui Dómini noſtri Ieſu Chriſti pretióſo ſánguine humânum genus redímere dignâtus es: concêde propicius: vt qui ad adorándã viuíficã corônam aduéniunt: à peccatôrum ſuôrum néxibus liberéntur. Per eundem Dóminum noſtrum.

Léctio libri Sapiéntiæ.

Cãt 3. LEctulum Salomônis ſexagínta fortes ámbiunt: ex fortíſsimis Iſraél. Omnes tenéntes gládios: & ad bella doctíſsimi. Vniuſcuiúſque enſis ſuper fœmur ſuum, propter timóres noctúrnos. Férculum fecit ſibi Rex Sálomon: de lignis Líbani. Colúmnas eius fecit argénteas, reclinatórium áureum, aſcénſum purpúreum média charitâte cõſtrâuit, propter fílias Hieruſalém. Egredímini & vidête filiæ Sion regem Salomônem in diadémate quo coronâuit eum mater ſua: in die deſponſatiônis eius: & in die lætítiæ cordis illîus. Quã pulchra es amîca mea, quam pulchra es & decôra: óculi tui columbârum abſque eo quod intrínſecus latet. Veni de Líbano ſponſa mea,

veni de Líbano, veni coronáberis.

Ec-cleſ. 45. ℟. Corôna áurea ſuper caput eius expréſſa ſigno ſanctitâtis, glória honôris & opus fortitúdinis. ℣. Quo-

Pſal. 20. niam præueníſti eum in benedictiónibus dulcédinis, poſuíſti in cápite eius, corônam de lápide pretióſo. Allelúia. ℣. Dulcis ſpina, dulcis Chriſti, dulcem pungens vérticem, quæ ſola fuíſti digna coronâre regem cœlôrũ & Dóminum. Alleluia.

Sequéntia ſancti Euangélij ſecúndum Ioánnem.

capi. 19. IN illo témpore: Apprehéndit Pilâtus Ieſum, & flagellâuit. Et mílites plecténtes corônam de ſpinis impoſuérunt cápiti eius, & veſte purpúrea circundedérunt eum. Et veniébant ad eum, & dicébant. Aue Rex Iudęôrum. Et dabant ei álapas. Exîuit autem Pilâtus foras, & dixit eis. Ecce addûco vobis eum foras, vt cognoſcâtis: quia in eo nullam cauſam inuénio. Exijt ergo Ieſus portans ſpíneam corônam, & purpúreũ veſtiméntum. Credo.

Eſai. 62. Offertorium. Lauda Hieruſalém Dóminum, quia dabit tibi corônam pro cinere; & eris corôna glóriæ in manu Dómini, & diadêma regni in manu Dei tui, alleluia.

Secreta.

OMnípotens ſempitérne Deus, fac nos ita Domínicæ paſsiônis ſacraménta perágere: vt indulgéntiã percípere mereâmur. Per eũdem Dóminum noſtrum.

Communio. Lætâre mater noſtra, quia dabit Dóminus cápiti tuo augménta gratiârum, & corôna ínclyta próteget te.

Poſt communio.

DA quæſumus omnípotens Deus, vt qui in tot aduérſis ex noſtra infirmitâte defícimus: intercedẽte vnigéniti fílij tui paſsiône reſpirêmus. Per eundem.

EODEM DIE SANcti Tiburtij Martyris.

Introitus.

IVſtus vt palma florêbit ſicut cedrus Líbani multiplicábitur; plantâtus in domo Dómini, in átrijs domus Dei noſtri. Pſal. 91.

Pſalm. Bonum eſt confitéri Dómino: & pſállere nómini tuo Altíſsime. Ibi.

Collecta.

BEáti Tibúrtij nos Dómine fóueât continuâta prę ſidia, quia non déſinis propícius, intuéri quos tálibus auxílijs cōcéſſeris adiuuári. Per.

Epiſtola. Iuſtus ſi morte. Vt in cōmuni vnius mart. fol. 1.

Pſal. 36. ℟. Iuſtus non conturbábitur, quia Dóminus firmat manum eius. ℣. Tota die miſerêtur & cómmodat, & ſemen eius in benedictiône erit. A lleluia.

Pſal. 91. ℣. Iuſtus vt palma florêbit, & ſicut cedrus multiplicábitur. A lleluia.

Euange. Siquis vult poſt me venire Vt in cōmuni vnius mart. fol. 2.

Pſal. 20. Offert. In virtûte tua Dómine lætábitur iuſtus, & ſuper ſalutâre tuum exultâbit vehemēter, deſidériū ánimæ eius tribuíſti ei.

Secreta.

ADéſto Dômine précibus pópuli tui, adéſto munéribus, vt quæ ſacris ſunt oblâta myſtérijs, tuôrum pláceât intercesſiône ſanctôrū. Per Dóminum noſtrum.

Ibi. Cōmu. Poſuíſti Dómine in cápite eius, corônam de lápide pretióſo.

Poſt communio.

SVmpſimus Dómine pignus redemptiônis ætérnæ ſit nobis quæſumus interueniénte Beáto Tybúrtio mártyre tuo, vitæ præſéntis auxíliū páriter & futúræ. Per Dóminum noſtrum.

SS. HIPPOLYTI martyris, ſociorumque eius. 13

Introitus.

IVſti epuléntur, & exúltent in conſpéctu Dei, delecténtur in lætítia. Pſal. 67.

Pſalm. Exúrgat Deus & diſſipéntu inimíci eius: & fúgiant qui odérunt eū à fácie eius. Ibi.

Collecta.

DA nobis omnípotens Deus, vt B. Hippólyti mártyris tui ſociôrumq; eius veneránda ſoléńnitas & deuotiônem nobis áugeat & ſalûtem. Per Dóminum.

Epiſtola. Sancti per fidem. Vt in communi plurimorū marty. fol. 3.

℟. Iuſtôrū ánimæ in manu Dei ſunt, & non tanget illos torméntum malítiæ. ℣ Viſi ſunt óculis inſipiéntium mori: illi autē ſunt in pace. A lleluia. Sap. 3.

℣. Sancti tui Dómine benedícent te: glóriam regni tui dicent. A lleluia. Pſal. 141.

Euange. A tténdite à fermento Vt ſupra. fol. 206.

Offertorium. A nima noſtra ſicut Pſal. 123.

paſſer erépta eſt, de láqueo venántiū, láqueus contrítus eſt, & nos liberáti ſumus. Secreta.

RESpice Dómine múnera pópuli tui ſanctôrum feſtiuitâte votîua, & tuæ teſtificátio veritâtis nobis profíciat ad ſalûtem. Per.

Luc. 12. Commu. Dico autem vobis amícis meis, ne terreámini ab his qui vos perſequéntur.

Poſt communio.

SAcramentôrum tuôrum Dómine commúnio ſumpta nos ſaluet: & in tuæ veritâtis luce confírmet. Per.

14 VIGILIÆ ASSVMptionis virgi. Mariæ Miſſa Salue ſancta parens infra. fol. 21. cum collectis ſequentibus. Collecta.

DEus qui virginâlem aulā Beátæ Mariæ, in qua habitáres elígere dignâtus es, da quæſumus, vt ſua nos defenſiône munitos: iucúndos fáciat ſuæ interéſſe feſtiuitáti. Qui vi. Secreta.

MAgna eſt Dómine apud cleméntiam tuam Dei genitrîcis orátio, quam iccírco de præſénti ſæculo tranſtulíſti, vt pro peccátis noſtris apud te fiduciáliter intercêdat. Per eun. Poſt commu.

COncêde miséricors Deus fragilitáti noſtræ præſídium, vt qui ſanctę Dei genitrîcis réquiem celebrâmus: interceſsiônis eius auxílio, à noſtris iniquitátibus reſurgâmus. Per eundem Dóminum noſtrum Ieſum Chriſtum.

Eodem die S. Euſebij cõfeſſ. comme. collecta. Deus qui nos annuā. Vt in communi. fol. 14.

IN FESTO ASSVMptionis Beatiſsimæ Virginis Mariæ. 15



INTROITVS.

GAudeâmͦ omnes in Dómino dié feſtum celebrâtes, ſub honôre Maríę Vírginis, de cuius aſſumptiône gaudent ángeli, & colláudant fílium Dei.

Pſal. 44. Pſalm. Eructâuit cor meum verbum bonum: dico ego ópera mea Regi. Collecta.

FAmulôrum tuôrum Dómine delíctis ignóſce: & qui placêre de áctibus noſtris non valêmus: genitrîcis filij tui Dómini Dei noſtri inter ceſsiône ſaluêmur. Per eundem Dôminum noſtrum.

Léctio libri Sapiéntiæ.

Eccleſ. capi. 24. IN ómnibus réquié quæſiui, & in hæreditâte Dômini morâbor. Tunc præcêpit & dixit mihi creâtor omnium: & qui creáuit me, requiêuit in tabernâculo meo. Et dixit mihi. In Iacôb inhábita: & in Iſraél hæreditâre: & in eléctis meis mitte radíces. Et ſic in Sion firmâta ſum, & in ciuitâte ſanctificâta ſimilíter requiéui, & in Hieruſalé poteſtas mea. Et radicáui in pópulo honorificáto, & in partes Dei mei hęréditas illius, & in plenitúdine ſanctôrum deténtio mea. Quaſi cedrus exaltâta ſum in Líbano, & quaſi cypréſſus in monte Sion. Quaſi palma exaltâta ſum in Cadés: & quaſi plãtátio roſæ in Hiericho. Quaſi olîua ſpeciôſa in campis, & quaſi plátanus exaltâta ſum iuxta aquam in pláteis. Sicut cinnamômum & balſamum aromatizans odôrem dedi. Quaſi myrrha eléćta, dedi ſuauitâtem odôris.

℟. Propter veritátẽ & manſuetúdinem & iuſtítiam: & dedûcet te mirabíliter déxtera tua. ℣. Audi filia & vide, & inclína aurem tuam: quia concupîuit rex ſpéciem tuam. Pſal. 44.

Ad primã Miſſam & priuatis diebus. Alleluia. ℣. Aſſúmpta eſt María in cœlum: gaudent ángeli, & collaudántes benedícunt Dóminum. Alleluia.

Ad maiorem miſſam. In Sabbatho & Domínica infra Octa. & in Octa. die. Alleluia. ℣. Hódie María Virgo cœlos aſcéndit, gaudête, quia cũ Chriſto regnat in ætérnum. Alleluia.

Sequentia ſancti Euangélij ſecúndum Lucam.

capi. 10. IN illo témpore: Intrâuit Ieſus in quoddam caſtéllũ, & múlier quædã Martha nómine excêpit illum in domũ ſuã. Et huic erat ſoror nómine María, quæ étiã ſedens ſecus pedes Dñi: audiêbat verbum illîus. Martha autem ſatagêbat circa frequens miniſtérium. Quæ ſtetit, & ait. Dñe, nõ eſt tibi curæ, quod ſoror mea relîquit me ſolam miniſtrâre? Dic ergo illi vt me ádiuuet. Et reſpóndens, dixit illi Dñs, Martha, Martha, ſolícita es, & turbâris erga plúrima. Porro, vnũ eſt neceſſárium. Marîa óptimã partẽ elégit: quæ non auferêtur ab ea. Credo.

Offer. Fœlix namque es ſacra Virgo María: & omni laude digniſsima, quia ex te ortus eſt Sol iuſtitiæ Chriſtus Deus noſter, alleluia. Secreta.

SVbuéniat Dñe plebi tuæ Dei genitrîcis orátio: quã & ſi pro cõditiône carnis migráſſe cognóſcimus in cœléſti glória apud te pro nobis orâre ſentiâmus. Per eũdem.

Præfa. Ætérne Deus. Et te in aſſumptione. folio 141.

Communio. Beâta víſcera Maríæ virgínis, quæ portauẽrũt ætérni patris filium. Poſt communio.

MEnſæ cœléſtis partícipes effécti implorâmus cleméntiam tuam Dómine Deus noſter, vt qui feſta Dei genitrîcis cólimus: à malis imminéntibus eius interceſsiónibus liberêmur. Per eúndem.

Hæc ſupra ſcripta Miſſa & eius præfatio dicatur per Octauam & in Octaua.

S. ROCHI CONfeſſor. Miſſa. Os iuſti. Vt in commu. confeſſ. non Pontifi. fol. 8. 16

OCTAVA SANCTI Laurẽtij Miſſa Probaſti Dómine Vt in die. fol. 227. 17

Eodem die Sancti Mammetis Martyris. Collecta.

PRæſta quæſumus omnípotens Deus, vt qui Beáti Mãmêtis Mártyris tui natalítia cólimus: interceſsiône eius in tui nóminis amôre robo rêmur. Per Dóminum noſtrum Ieſum Chriſtum.

Secre-

Secreta.

MVnéribus noſtris quæſumus Dómine précibuſque ſuſcéptis & cœléſtibus nos munda myſtérijs & cleménter exáudi. Per Dóminum noſtrum.

Poſt communio.

DA quæſumus Dómine Deus noſter, vt ſicut tuôrum commemoratiône ſanctôrum temporáli gratulâmur officio: ita perpétuo lætêmur aſpectu. Per Dóminum noſtrum.

S. AGAPITI MARtyris commemoratio. collecta. Lætetur Eccleſia tua. Vt in communi commemo. fol. 12. 18

S. MAGNI MARTY. Comme. collecta. Præſta quæſumus, natalitia. Vt in communi. fol. 13. 19

INFE

IN FESTO SANCTISSIMI PATRIS NOSTRI BERNARDI ABBATIS confeſſo. & Doctoris.



INTROITVS.

Eccleſ. capi. 15. IN médio Eccléſiæ apéruit os eius, & impléuit eũ Dóminus ſpíritu ſapiéntiæ & intelléctus, ſtola glóriæ índuit eum, alleluia, alleluia, alleluia. Pſalm. Iucunditátem & exultatiónem, Ibi.

nem, theſaurizâuit ſuper eum. Glória Patri. Gloria in ex. Collecta.

PErfice quęſumus Dñe piũ in nobis ſanctę religiônis efféctũ, & ad obtinéndã tuæ grátiæ largitâtẽ: B. Bernárd' Abbas & Doctor egrégi' ſuis apud te ſéper pro nobis méri tis & précibus intercedat. Per.

Léctio Epíſtolæ Beáti Pauli Apóſtoli ad Timótheum.

. ca 4.

CHaríſsime: Teſtíficor co rã Deo & Chriſto Ieſu, qui iudicatúrus eſt viuos & mórtuos, per aduéntũ ipſius, & regnũ eius: prędica verbũ: inſta opportúnè, importúnè: árgue, óbſecra, íncrepa in om ni patiéntia & doctrína. Erit enim tẽpus, cũ ſanã doctrînã nõ ſuſtinébũt: ſed ad ſua deſidéria coaceruábũt ſibi magíſtros, pruriéntes áuribus: & à veritâte quidẽ audîtum auér tẽt, ad fábulas autẽ cõuertentur. Tu verò vígila, in ómnibus labóra, opus fac Euãgelíſtæ, miniſtériũ tuũ imple. Sóbrius eſto. Ego enim iam delî bor: & tempus reſolutiônis meę inſtat. Bonũ certâmẽ cer táui, curſum conſummáui, fidem ſeruáui. In réliquo repó ſita eſt mihi corôna iuſtítiæ, quam reddet mihi Dóminus in illa die, iuſtus iudex: non ſolum autem mihi, ſed & ijs qui díligunt aduéntum eius.

℟. Dñe præueníſti eũ in benedictióni bus dulcédinis: poſuíſti in cápite eius corônã de lápide pretióſo. ℣. Vitã pe tijt, & tribuíſti ei lõgitúdinẽ diêrum in ſęculũ ſęculi. Allel. ℣. Charitâte vul nerâtus, caſtitâte dealbâtus: verbo virę laureâtus, eſt Bernárdus ſublimâtus in glória. Allel. Temp. Paſc. Prim. Alle. ℣. Iuſtus germinâbit ſicut liliũ, & florêbit in æternũ ante Dóminum. Pſal. 91. Secund. Allel. ℣. Charitâte, &c. Per Septuag. Tractus. Beatus vir vt in cõi Doct. fol. 7.

Pſal. 20.

Sequéntia ſancti Euangélij ſecúndum Matthæum.

Ca. 5.

IN illo tẽpore: Dixit Ieſus diſcípulis ſuis. Vos eſtis ſal terrę. Quod ſi ſal euanúerit, in quo ſalîetur? Ad níhilũ valet vltrá, niſi vt mittâtur foras, & cõculcêtur ab homínibus. Vos eſtis lux mundi. Nõ poteſt cíuitas abſcõdi ſupra mõtẽ póſita. Neq; accéndunt lucérnã, & ponũt eã ſub módio, ſed ſuper cãdelâbrũ, vt lúceat ómnibus qui in domo ſunt. Sic lúceat lux

veſtra corã homínibus: vt vídeãt ópera veſtra bona, & glorífícẽt Patrẽ veſtrũ, qui in cœlis eſt. Nolîte putâre quóniã veni ſóluere legẽ aut prophétas: nõ veni ſóluere, ſed adimplêre. Amen quippe dico vobis, donec trãſeat cœlũ & terra, iota vnũ aut vnus apex nõ præterîbit à lege, donec õĩa fiãt. Qui ergo ſóluerit vnũ de mãdátis iſtis mínimis, & docúerit ſic hómines: minimus vocábitur in regno cœlorũ. Qui autẽ fécerit & docúerit: hic magnus vocábitur in regno cœlôrum. Credo.

Pſal. 20. Offer. Deſidériũ ánimæ eius tribuiſti ei, Dñe: & voluntâte labiôrũ eius nõ fraudáſti eũ, poſuíſti in cápite eius corõ nã de lápide pretióſo. Allel. Secre.

GRata tibi ſit Deus intercedẽte B. Bernárdo hui' oblátio ſacramenti, ꝙ in memóriã Dñicæ paſsiônis tuæ offérimus maiéſtati. Per eũd.

Mat. 19. Cómu. Amẽn dico vobis quod vos qui reliquíſtis ómnia & ſecúti eſtis me, céntuplum accipiẽtis & vitam ætérnam poſsidébitis, allel. Poſt cõmunio.

SVum in nobis omnipotẽs Deus intercedénte B. Bernárdo cib', quẽ ſũpſimus, operêtur effectũ ⁊ vt incórporet nos ſibi eſus edẽtes. Per Dñm

OCTAVAE ASSVMPTIOnis B. Mariæ Miſſa vt in die fo 230. Eod. die SS. Timothei & Symphoriani Mart. Colle 22.

AVxílium tuũ nobis Dñe quæſumus placâtus impénde ⁊ vt intercedẽtibus beátis martyrib' tuis Timótheo atque Symphoriáno déxteram ſuper nos tuæ propiciatiônis extẽnde. Secreta

ACcépta ſit tibi Dñe ſacrátæ plebis oblátio pro tuôrum honôre ſanctôrum, quorum ſe méritis percepíſſe de tribulatiône cognóſcit auxílium. Poſt communio

DIuini múneris largitâte ſatiáti, quæſumus Dñe Deus noſter ⁊ vt intercedénti bus B. mártyribus tuis Timótheo & Symphoriáno, eius ſẽper participatiône viuâm'.

S. BARTHOLOMAEI Apóſtoli. Introitus. 24

MIhi autẽ nimis honoráti ſũt amíci tui De', Pſal. 138. nimis cõfortâtus eſt, principâtus eôrum. Pſal. Dñe Ibi. probáſti me & cognouíſti me: tu cognouíſti ſeſsiónẽ meã, & reſurrectiónẽ meã

Collecta.

OMnipotens ſempitérne Deus, qui huius diéi venerándam ſanctamq; lætítiam, beáti Apóſtoli tui Bartholomæi feſtiuitâte tribuíſti, da Eccléſiæ tuæ quæſumus & amâre quod crédidit? & prædicâre quod dócuit. Per Dóminum noſtrum Ieſum Chriſtum filium tuum.

Léctio Epíſto. B. Pauli Apóſtoli ad Epheſios.

capi. 2. FRatres: Iam nõ eſtis hóſpites & áduenæ, ſed eſtis ciues ſanctôrum & doméſtici Dei, ſuperædificáti ſuper fundaméntum apoſtolôrum & prophetârum, ipſo ſummo angulári lápide Chriſto Ieſu. In quo omnis ædificátio conſtrúcta: creſcit in templum ſanctum in Dómino. In quo & vos coædificámini in habitáculum Dei, in Spíritu ſancto.

Pſal. 18. ℞. In omnem terram exîuit ſonus eôrum, & in fines orbis terræ verba eôrum. ℣. Cœli enárrant glóriam Dei, & ópera mánuum eius annúnciat firmaméntum. Alleluia. ℣. Nimis honoráti ſunt amíci tui Deus: nimis confortâtus eſt principâtus eôrum. Allel. Pſal. 138

Sequéntia ſancti Euangélij ſecúndum Lucam.

IN illo témpore: Facta eſt conténtio inter diſcípulos, quis eôrum viderêtur eſſe maior. capi. 22. Dixit autem eis Ieſus. Reges géntium dominántur eôrũ, & qui poteſtâtem habent ſuper eos, benéfici vocántur. Vos autem non ſic. Sed qui maior eſt in vobis, fiat ſicut iúnior. Et qui præcéſſor eſt, ſicut miniſtrâtor. Nam quis maior eſt qui recúmbit, an qui miníſtrat? Nonne qui recúmbit? Ego autẽ in médio veſtrum ſum, ſicut qui miníſtrat. Vos autem eſtis, qui permanſíſtis mecum in tentatiónibus meis. Et ego diſpôno vobis, ſicut diſpóſuit mihi pater meus regnũ, vt edâtis & bibâtis ſuper mẽſam meã in regno meo, & ſedeâtis ſuper thronos iudicántes duódecim tribus Iſraél. Credo.

Offert. Conſtítues eos príncipes ſuper omnem terram, mémores erũt nóminis tui, in omni progénie & generatióne. Pſal. 44.

Secreta.

SVſcipe múnera Dómine quæ in eius tibi ſolennitâ

te deférimus, cuius nos confídimus, patrocínio liberári. Per Dóminum noſtrum.

Præfatio. Te Dómine ſuppliciter, fol. 141.

Mat. 19. Communio. Vos qui ſecúti eſtis me, ſedébitis ſuper ſedes iudicántes duódecim tribus Iſraél.

Poſt communio.

Reſécti cibo potuque cœléſti Deus noſter, te ſúpplices deprecâmur, vt in cuius hæc commemoratiône percépimus: eius muniâmur & précibus. Per Dóminum.

25 S. LVDOVICI Confeſ. Miſſa. Os iuſti. vt in communi confeſſ. non Pont. Epiſtol. Beâtus vir Euang. Nolite timere. fol. 8.

EODEM DIE S. Geneſij mart. Collecta.

Beáti Genéſij nos Dómine fóueant cõtinuâta prę ſídia, quia non déſinis propícius intuéri: quos tálibus auxílijs concéſſeris adiuuári.

Secreta.

Adéſto Dómine précibus pópuli tui, adéſto munéribus, vt quæ ſacris ſunt oblâta myſtérijs tuôrum pláceát interceſsiône ſanctôrum.

Poſt communionem.

Svmpſimus Dómine pignus redemptiônis ætérnę: ſit nobis quæſumus interueniénte Beáto Genéſio mártyre tuo vitæ præſéntis auxílium páriter & futúræ.

OCTAVÆ S. Patris noſtri Bernardi Miſſa vt in die, ſine Credo. fol. 231. 27

Eodem die S. Rufi. marty. comme. Collecta. Lætetur Eccleſia. vt in cõmu. fol. 12

S. AVGVSTINI Epiſco. confeſſ. & Doctoris Miſſa. In medio Eccleſ. vt in commu. Doct. Pontifi. fol. 6. 28

EODEM DIE S. Hermêtis marty. comme. Collecta.

Deus qui beâtum Hermem mártyrem tuum virtûte conſtántiæ in paſsiône roboráſti, ex eius nobis imitatiône, tríbue, pro amôre tuo próſpera mundi deſpícere: & nulla eius aduérſa formidâre.

Secreta.

SAcrifícium tibi Dómine laudis offérimus, in tuôrum commemoratiône ſanctôrum, da quæſumus, vt quod illis cóntulit ad glóriam, nobis proſit ad ſalûtẽ.

Poſt communionem.

REpléti Dómine benedictiône cœléſti, quæſumus clem éntiam tuam, vt intercedénte beáto Herme mártyre tuo, quæ humíliter gérimus ſalúbriter ſẽtiâmus. Per.

29 S. SABINÆ VIRginis & martyris commem.

Collecta.

DEus qui inter cætera poténtiæ tuæ mirácula, étiam in ſexu frágili victóriam martyrij contuliſti, concède propícius, vt cuius natalítia cólimus, per eius ad te exémpla gradiâmur.

Secreta.

HOſtias tibi Dómine beátæ Sabínæ mártyris tuę dicátas méritis, benígnus aſſûme, & ad perpétuum nobis tríbue prouenîre ſubſſidium. Per Dóminum noſtrum Ieſum Chriſtum.

Poſt communionem.

DIuíni múneris largitâte ſatiáti quæſumus Dómine Deus noſter, vt intercedénte beáta Sabína mártyre tua, in eius ſemper participatiône viuâmus. Per Dóminum noſtrum Ieſum.

EODEM DIE DEcollationis S. Ioánnis Baptiſtæ. Introitus.

IVſtus vt palma florêbit, ſicut cedrus Líbani multiplicábitur, plantâtus in domo Dómini in átrijs domus Dei noſtri. Pſal 91.

Pſalmus. Bonum eſt confitéri Dómino & pſállere nómini tuo Altíſſime. Ibi.

Collecta.

SAncti Ioánnis Baptíſtæ & mártyris tui Dómine quæſumus veneránda feſtíuitas, ſalutâris auxílij nobis præſtet effétum. Per Dóminum noſtrum Ieſum Chriſtum filium tuum.

Léctio Epiſtolæ Beáti Pauli Apóſtoli ad Hebræos.

FRatres: Sancti ludíbria & vérbera expérti inſuper & víncula & cárceres, lapidáti ſunt; ſecti ſunt ten- Cap 11.

tentáti ſunt. In occiſiône glá
dij mórtui ſunt. Circuiérunt
in melótis, in péllibus caprí-
nis, egéntes, anguſtiáti, afflí-
cti: quibus dignus non erat
mundus. In ſolitudínibus er-
rãtes, in móntibus & in ſpe-
lúncis: & in cauérnis terrę. Et
hi omnes, teſtimónio fídei
probáti inuénti ſunt, In Chri
ſto Ieſu Dómino noſtro.

Pſal. 20. ℟. Poſuiſti Domine ſuper caput eius corônam de lápide pretióſo. ℣. Deſidérium ánimæ eius tribuíſti ei, & volũtâte labiôrum eius non fraudáſti eũ. Alleluia. ℣. Miſſo Heródes ſpiculatôre: præcêpit amputári caput Ioánis in cárcere. Alleluia.

Mar. 6.

Sequéntia ſancti Euangélij ſecúndum Marcum.

Cap. 6.

IN illo témpore: Miſit Heródes ac ténuit Ioánnem, & vinxit eum in cárcerem, propter Herodíadem vxôrẽ Philíppi fratris ſui: quia dúxerat eam. Dicêbat enim Ioánnes Heródi. Non licet tibi habêre vxôrem fratris tui. Herodías autem inſidiabâtur illi, & volêbat occídere eum: nec póterat. Heródes enim metuêbat Ioánnem ſciens eũ virum iuſtum & ſanctum: & cuſtodiêbat eum. Et audíto eo multa faciébat: & libénter eum audiêbat. Et cũ dies opportûnus accidíſſet: Heródes natâlis ſui cœnam fecit, princípibus & tribúnis, & primis Galilææ. Cumque introíſſet filia ipſius Herodíadis, & ſaltáſſet & placuíſſet Heródi, ſimúlque recumbéntibus: rex ait puéllæ. Pete à me quod vis: & dabo tibi. Et iuráuit illi, quia quicquid petíeris, dabo tibi: licet dimídium regni mei. Quę cum exiſſet: dixit matri ſuę. Quid petam? Et illa dixit. Caput Ioánnis Baptíſtæ. Cumque introiſſet ſtatim cum feſtinatiône ad regem petîuit dicens. Volo, vt prótinus des mihi in diſco caput Ioánnis Baptiſtæ. Et contriſtâtus eſt rex propter iuſiurándum: & propter ſimul recumbéntes: noluit eam contriſtâre. ſed miſſo ſpiculatôre præcêpit afférri caput eius in diſco. Et decollâuit eum in cárcere, & áttulit caput eius in diſco: & dedit illud puéllæ: & puélla dedit matri ſuæ.

Quo audito diſcípuli eius venérunt & tulérunt corpus eius, & poſuérunt illud in monuménto.

Pſal. 20. Offert. Deſidérium ánimæ eius tribuíſti ei Dómine, & voluntâte labiórũ eius non fraudáſti eum, poſuíſti in cápite eius, corônam de lápide pretióſo.

Secreta.

HOſtia hæc, quæſumus Dómine, quam ſancti Ioánnis Baptíſtæ & mártyris tui natalítia recenſéntes offérimus, & víncula noſtræ prauitâtis abſóluat, & tuę nobis miſericórdiæ dona concíliet. Per Dóminum noſtrum. Ieſum Chriſtum filium tuũ.

Ibi. Communio. Magna eſt glória eius in ſalutári tuo, glóriam & magnũ decôrem, impónes ſuper eum Dómine. Poſt communionem.

REpléti Dómine munéribus hóſtiæ ſalutâris ⁊ illîus quæſumus oratiónibus adiuuêmur, qui hanc pro nobis ſinguláriter immolãdam, & verbo dócuit ⁊ & próprij ſánguinis effuſiône ſignâuit. Per Dóminum noſtrum.

30 SS. FELICIS & Adaucti martyr.

Introitus.

SApiéntiam ſanctôrum narrant pópuli, & laudem eôrum núnciat Ecclésia, nómina autem eôrum viuent in ſæculum ſæculi. Eccl. 44.

Pſalm. Exultâte iuſti in Dómino: rectos decet collaudátio. Pſal. 32. Collecta.

MAieſtâtem tuam Dómine ſúpplices deprecâmur, vt ſicut nos iúgiter ſanctôrum tuôrum commemoratiône lætíficas ⁊ ita ſemper ſupplicatiône defédas. Per Dóminum noſtrum Ieſum.

Epiſtol. Iuſti in perpetuum. vt in communi plurimorum mart. folio. 4.

℟. Iuſtôrum ánimæ, in manu Dei ſunt, & non tanget illos torméntum malítiæ. ℣. Viſi ſunt óculis inſipiéntium mori, illi autem ſunt in pace. Sap. 3.

Alleluia. ℣. Sancti & iuſti in Dómino gaudête, vos elêgit Deus in hæreditâtem ſibi. Alleluia. Pſal. 32.

Euãgelium. Nihil opertum. vt ſupra fol. 225.

Offertorium. Lætámini in Dómino & exultâte iuſti & gloriámini omnes recti corde. Pſal. 31. Secreta.

HOſtias Dómine tuæ plebis inténde, & quas in

honôre ſanctôrum tuôrum deuóta mente célebrat, profícere ſibi ſéntiat ad ſalûtem. Per Dóminum noſtrum Ieſum Chriſtum filium tuum.

Mat. 10. Communio. Quod dico vobis in ténebris dícite in lúmine, dicit Dóminus, & quod in aure audîtis: prædicâte ſuper tecta.

Poſt communionem.

REpléti Dómine munéribus ſacris: quæſumus vt intercedẽtibus ſanctis tuis in gratiârum ſemper actiône maneâmus. Per Dóminum noſtrum Ieſum.

****

FESTA SEPTEMBRIS.

1 SANCTI ÆGIDII Abbatis Miſſa. Os iuſti. vt in communi vnius Abbatis. folio. 7.

Eodem die S. Priſci martyris commemoratio Collecta. Adeſto Dómine. vt in communi. fol. 13.

4 S. MARCELLI mart. comme. Collecta.

PRæſta quæſumus omnípotens Deus, vt qui beáti Marcélli mártyris tui natalítia cólimus: interceſsiône eius in tui nóminis amôre roborêmur. Secreta.

MVnéribus noſtris quæſumus Dómine précibuſque ſuſcéptis, & cœléſtibus nos munda myſtérijs & cleménter exáudi.

Poſt communionem.

DA quæſumus Dómine Deus noſter: vt ſicut tuôrum commemoratiône ſanctôrum, temporáli gratulâmur offício: ita perpétuo lætêmur aſpéctu.

VIGILIÆ NAtiuitatis Beatiſsimæ virginis Mariæ. Salue ſancta parens. vt in Miſſa votiua beatę Mariæ. fol. 21. 7

Eodem die S. Euurtij Epiſcopi confeſſoris commemoratio Collecta. Deus qui conſpicis. vt in communi commem. folio. 14.

8 **IN FESTO NAtiuitatis Beatiſsimę Dei genitricis Marię, ad Miſſam.**



INTROITVS.

GAudeâm' omnes in Dómino diem feſtũ celebrãtes, ſub honôre Marię vírginis, de cuius natiuitâte gaudent ángeli, & colláudant fílium Dei.

Pſal. 44. Pſalm. Eructâuit cor meum verbũ bonum, dico ego ópera mea regi. Glória Patri.

Collecta.

FAmulis tuis Dómine cœleſtis gratiæ munus impertîre, vt quibus beátæ vírginis partus éxtitit ſalûtis exórdium, natiuitâtis eius votîua ſolénnitas, pacis tríbuat increméntum. Per Dóminũ.

Léctio libri Sapientiæ.

Ecc. capi. 24. EGo quaſi vitis fructificáui ſuauitâtem odôris, & flores mei fructus honôris & honeſtâtis. Ego mater pulchræ dilectiônis & timôris & agnitiônis, & ſanctæ ſpei. In me gratia omnis vitę & veritâtis, in me omnis ſpes vitæ & virtûtis. Tranſîte ad me omnes qui concupíſcitis me, & à generatiónibus meis adimplémini. Spíritus enim meus ſuper mel dulcis, & hæréditas mea ſuper mel & fauum. Memória mea, in generatiône ſæculôrũ. Qui edunt me, adhuc eſúrient, & qui bibunt me, adhuc ſítient. Qui audit me, non confundêtur, & qui operántur in me, non peccábunt. Qui elúcidát me, vitam ætérnam habébunt.

Pſal. 44. ℟. Propter veritâtem & manſuetúdinem & iuſtítiam; & dedûcet te mirabíliter déxtera tua. ℣. Audi fília & vide, & inclina aurem tuam, quia concupîuit rex ſpéciẽ tuã. Allel. ℣. Natíuitas glorióſæ vírginis Maríæ ex ſémine

Abrahæ orta de tribu Iuda clara ex ſtirpe Dauid. Alleluia.

Initium ſancti Euangélij ſecúndum Matthæum.

Liber generatiônis Ieſu Chriſti filij Dauid: filij Abrahám, Abrahám, génuit Iſaác, Iſaác autē génuit Iacób, Iacób autem, génuit Iúdam & fratres eius. Iudas autem génuit Pharés & Zarám de Thamár. Pharés autem, génuit Eſróm. Eſróm autem, génuit Aram. Aram autem, génuit Aminadáb. Aminadáb autē, génuit Naaſón. Naaſón autem, genuit Salmón. Salmón autem, génuit Boóz de Raáb. Boóz autem, génuit Obéth ex Ruth. Obéth autē, génuit Ieſſé. Ieſſé autem, génuit Dauíd regē. Dauíd autem rex, génuit Salomônē ex ea quæ fuit Vríę. Sálomon autem, génuit Roboám. Roboám autē, génuit Abía. Abía autē, génuit Aſá. Aſá autem génuit Ioſaphát. Ioſaphát autem, génuit Iorā. Iorám autē, génuit Ozîam. Ozías autem, génuit Ioathā. Ioathā autem, génuit Acház. Acház autē, génuit Ezechîā. Ezechías autem génuit Manaſſém. Manaſſés autem génuit Amón. Amón autē, génuit Ioſîam. Ioſías autem, génuit Iechonîā & fratres eius in tranſmigratiône Babylônis. Et poſt tranſmigratiônē Babylônis, Iechonías génuit Salathiél. Salathiél autem génuit Zorobabél. Zorobabél autem, genuit Abiúd. Abiúd autem, génuit Eliachím. Eliachím aūt, génuit Azór. Azór autē, génuit Sadóch. Sadóch autē génuit Achím. Achím autem, génuit Eliúd. Eliúd autem, génuit Eleazár. Eleazár autē, génuit Mathán. Mathán autem, génuit Iacób. Iacób autem génuit Ioſéph virū Maríæ. De qua natus eſt Ieſus, qui vocâtur Chriſtus. Credo.

Offertor. Fœlix namque es ſacra virgo Maria, & omni laude digniſsima, quia ex te ortus eſt ſol iuſtítię, Chriſtus Deus noſter, alleluia.

Secreta.

Vnigéniti tui Dómine nobis ſuccúrrat humánitas, vt qui natus de Vírgine matris integritâtem non mínuit. ſed ſacrâuit, in Natiuitâtis eius, ſolénnijs, à noſtris nos piáculis éxuens, oblatiônem

noſtram ſibi fáciat accéptã. Qui te. Præfatio. Et te in natiuitâte beátæ Maríæ. Quæ etiã per octa. dicitur. fol. 141. Communio. Beáta víſcera Maríæ vírginis quæ portauérunt ætérni patris fílium. Poſt communio.

SVmpſimus Dómine celebritâtis ánnuę votîua ſacraménta: præſta quæſumus, vt & temporâlis nobis vitæ remédia præbeant & ætérnæ. Per Dóminum.

Eodem die S. Adriani mart. commem. Collecta. Præſta quæſumus vt qui natalitia. vt in communi. fol. 13.

Per octauam & in octaua natiuitatis fiat ſicut in die.

9 S. GORGONII mart. Introitus.

Pſal. 8. GLória & honôre coronáſti eum: & conſtituíſti eum ſuper ópera mánuum tuârum.

Ibid. Pſalm. Dómine Dóminus noſter, quam admirábile eſt nomen tuum in vniuérſa terra. Collecta.

BEáti Gorgónij nos Dómine fóueant continuâta præſidia, quia non déſinis propícius intuéri: quos tálibus auxílijs concéſſeris adiuuari. Per Dóminum.

Epiſtola. Iuſtus ſi morte. vt in communi vnius martyris. folio. 1.

Pſal. 20. ℟. Poſuíſti Dómine ſuper caput eius, corônam de lápide pretióſo. Ibid. ℣. Deſidérium ánimę eius tribuíſti ei, & volũtâte labiórum eius non fraudáſti eum.

Pſal. 111. Alleluia. ℣. Beâtus vir qui timet Dóminum, in mandátis eius cupit nimis. Alleluia.

Euang. Si quis vult poſt me venire: vt in eodem communi. fol. 2.

Pſal. 20. Offertorium. Poſuíſti Dómine in cápite eius corônam de lápide pretióſo, vitam pétijt à te, tribuíſti ei, alleluia. Secreta.

ADéſto Dómine précibus pópuli tui, adéſto munéribus, vt quæ ſacris ſunt oblâta myſtérijs, tuôrum pláceãt intercesſiône ſanctôrum. Per Dóminum noſtrum Ieſum.

Ibi Communio. Magna eſt glória eius in ſalutári tuo, glóriam & magnum decôrem impónes ſuper eum Dómine. Poſt communionem.

SVmpſimus Dómine pignus redemptiônis ætérnæ: ſit nobis quæſumus interueniénte beáto Gorgónio

mártyre tuo, vitæ præſéntis auxílium, páriter & futúræ. Per Dóminum noſtrum.

10 S. NICOLAI Tolentini Epiſcopi & conf. comme. Collecta. Deus qui cóſpicis. vt in commu. fol. 5.

11 SS. PROTHI ET Iacinti mart. Introitus.

Sap. 3. IVdicant ſancti gentes & dominántur pópulis, regnâbit Dóminus Deus illôrum in perpétuum.

Pſal. 32. Pſal. Exultâte iuſti in Dómino rectos decet collaudátio. Collecta.

BEáti Prothi nos Dómine & Iacínti fóueat pretióſa conféſsio: & pia iúgiter intercéſſio tueâtur. Per Dñm.

Léctio libri Sapiéntiæ.

c. 10. REddet Deus mercêdem labôrum ſanctôrum ſuôrum, & dedûcet illos in via mirábili. Et fuit illis in velaménto diéi, & in luce ſtellârum nocte. Tránſtulit illos mare rubrum, & tranſuéxit illos per aquam nímiam. Inimícos autem illôrum demérſit in mare, & ab altitúdine inferôrum edúxit illos. Ideo iuſti tulérunt ſpólia impiôrũ: & decantauérunt Dómine nomen ſanctum tuum. Et victrîcẽ manũ tuã laudauérunt páriter: Dñe Deus noſter.

R. Exultábunt ſancti in glória, lætabúntur in cubílibus ſuis. V. Cantáte Dómino cánticum nouum, laus eius in Ecclésia ſanctôrum. Alleluia. Pſal. 149.

V. Te mártyrum candidâtus laudat exércitus Dñe. Alleluia.

Sequéntia ſancti Euangélij ſecúndum Matthæum.

INillo témpore: Dixit Ieſus diſcipulis ſuis. Cum perſequéntur vos in ciuitâte iſta, fúgite in áliam. Amẽ dico vobis, non conſummábitis ciuitátes Iſraél, donec véniat fílius hóminis. Non eſt diſcípulus ſuper magiſtrum, nec ſeruus ſuper Dóminum ſuum. Súfficit diſcípulo vt ſit ſicut magíſter eius, & ſeruus ſicut Dóminus eius. Si patremfamílias Beelzebúb vocauérunt, quanto magis domésticos eius? Ne ergo timuerîtis eos. Nihil enim opértum quod non reuelábitur, & occúltum quod non ſciêtur. Quod dico vobis in c. 10.

téne-

ténebris dícite in lúmine, & quod in aure audîtis, prædicâte ſuper tecta. Et nolîte timêre eos qui occídunt corpus, ánimam autem non poſſunt occídere. Sed pótius eum timête, qui poteſt ánimam & corpus pérdere in gehénnã. Nonne duo páſſeres aſſe véneunt, & vnus ex illis non cadet ſuper terram ſine patre veſtro? Veſtri autem & capílli cápitis, omnes numeráti ſunt. Nolîte ergo timêre, multis paſſéribus melióres eſtis vos. Omnis ergo qui confitébitur me coram homínibus, confitêbor & ego eum corã patre meo, qui eſt in cœlis.

Pſal. 5. Offertorium. Gloriabúntur in te omnes qui díligunt nomen tuum, quóniam tu Dómine benedíces iuſtis, Dómine vt ſcuto bonæ voluntâtis tuæ coronáſti eos.

Secreta.

PRo ſanctôrum tuôrum Prothi & Iacinti múnera tibi Dómine commemoratiône, quæ debêmus exólvimus, præſta quæſumus, vt remédium nobis perpétuæ ſalûtis operéntur. Per Dñm.

Mat. 10. Communio. Quod dico vobis in ténebris dícite in lúmine, dicit Dóminus, & quod in aure audîtis prædicâte ſuper tecta.

Poſt communionem.

VT percépta nos Dómine tua ſancta puríficẽt: beáti Prothi & Iacinti, quæſumus implôret orátio. Per.

SS. CORNELII & Cypriani martyr. 14

Introitus.

SAcerdótes Dei benedícite Dóminum, ſancti & húmiles corde laudâte Deum. Dã. 3.

Ibi. Pſalm. Benedícite ómnia ópera Dómini Dómino, laudate & ſuperexaltâte eum in ſæcula. Glória in excelſis.

Collecta.

INfirmitâtem noſtram quæſumus Dómine propícius réſpice, & mala ómnia quæ iuſte merêmur: ſanctôrum tuôrum interceſſiône auérte. Per Dóminum noſtrum.

Epiſtola. Expectatio iuſtorum. ſupra fol. 204.

℟. Timête Dóminum omnes ſancti eius, quóniam nihil deeſt timéntibus eum. ℣. Inquiréntes autem Dóminum, non deficient omni bono. Alleluia. ℣. Mirábilis Dóminus noſter in ſanctis ſuis. Alleluia. Pſal. 33.

Sequéntia ſancti Euangélij ſecúndum Lucam.

Cap. 11. IN illo témpore: Dicêbat Ieſus turbis Iudæôrum, & princípibus ſacerdôtum. Væ vobis qui ædificâtis monuménta prophetârum, patres autem veſtri occidérunt illos. Proféćto teſtificámini quod conſentîtis opéribus patrum veſtrôrum, quóniam quidem ipſi occidérunt eos, vos autem ædificátis eôrum ſepúlchra. Proptérea & ſapiéntia Dei, dixit. Mittam ad illos prophétas & Apóſtolos, & ex illis occídent & perſequéntur, vt inquirâtur ſanguis ómnium prophetârum qui effûſus eſt à conſtitutiône mundi à generatiône iſta, à ſánguine Abel vſq; ad ſánguinem Zachariæ qui périjt inter altâre & ædem. Ita dico vobis, requirêtur ab hac generatiône. Væ vobis legiſperítis, quia tulíſtis clauem ſciéntiæ, & ipſi non introiſtis, & eos qui introibât prohibuíſtis. Cum hæc ad illos díceret, cœpérunt Phariſæi & legiſperíti gráuiter inſiſtere, & os eius opprímere, de multis inſidiãtes ei, & quæréntes cápere áliquid ex ore eius vt accuſárent eum.

Offertorium. Lætámini in Dómino & exultâte iuſti & gloriámini omnes recti corde. Pſal. 31.

Secreta.

ADeſto Dómine ſupplicatiónibus noſtris, quas in ſanctôrum tuôrum commemoratiône deférimus, vt qui noſtræ iuſtítię fidúciam non habêmus, eôrum qui tibi placuérunt méritis adiuuêmur. Per Dóminum noſtrum.

Communio. Iuſtôrum ánimæ in manu Dei ſunt, & non tanget illos torméntum malítiæ, viſi ſunt óculis inſipiéntium mori, illi autẽ ſunt in pace. Sap. 3.

Poſt communionem.

QVæſumus Dómine ſalutáribus repléti myſtérijs, vt quorum ſolénnia celebrâmus: eôrum orationíbus adiuuêmur. Per Dóminum noſtrũ Ieſum Chriſtũ.

EODEM DIE Exaltationis ſanctæ Crucis.

Introitus.

NOs autem gloriári opórtet in Cruce Dómini noſtri Ieſu Chriſti, in quo eſt ſalus vita Gal. 6.

& reſur-

& reſurréctio noſtra, per quē ſaluáti & liberáti ſumus.

Pſal. 66. Pſalm. Deus miſereâtur noſtri & benedîcat nobis, illúminet vultum ſuū ſuper nos & miſereâtur noſtri.

Collecta.

DEus qui vnigéniti tui Dómini noſtri Ieſu Chriſti pretióſo ſánguine humânum genus redímere dignâtus es, concêde propícius, vt qui ad adorándam viuíficam crucem aduéniunt: à peccatôrum ſuôrum néxibus liberéntur. Per eúndē. Collecta. Eccléſiæ non dicitur.

Léctio Epiſt. B. Pauli Apóſtoli ad Philippénſes.

ca. 2. FRatres: Chriſtus factus eſt pro nobis obédiēs vſq; ad mortem, mortem autem crucis. Propter quod & Deus illum exaltâuit: & donâuit illi nomen quod eſt ſuper omne nomen, vt in nómine Ieſu omne genu flectâtur cœléſtium, terréſtrium & infernôrum. Et omnis lingua confiteâtur, quia Dn̄s Ieſus Chriſtus, in glória eſt Dei patris.

Ibi. ℟. Chriſtus factus eſt pro nobis obédiens vſq; ad mortem, mortem autem crucis. ℣. Propter quod & Deus exaltâuit illum, & dedit illi nomen, quod eſt ſuper omne nomen. Alleluia.

℣. Dulce lignum, dúlces clauos, dúlcia ferens póndera, quæ ſola fuiſti digna, ſuſtinêre regem cœlórum & Dóminum. Alleluia.

Sequéntia ſancti Euangélij ſecúndum Ioánnem.

IN illo témpore: Dixit Ieſus turbis Iudæôrū. Nunc iudícium eſt mundi, nunc princeps huius mundi eijciêtur foras. Et ego ſi exaltâtus fúero à terra: omnia traham ad meipſum. Hoc autem dicêbat, ſignificās qua morte eſſet moritûrus. Reſpóndit ei turba. Nos audíuimus ex lege, quia Chriſtus manet in ætérnum. Et quómodo tu dicis, opórtet exaltári fílium hóminis? Quis eſt iſte fílius hóminis? Dixit ergo eis Ieſus. Adhuc módicum lumen in vobis eſt. Ambulâte dum lucem habêtis, vt non ténebræ vos comprehéndant. Et qui ámbulat in ténebris, neſcit quo vadat. Dum lucem habêtis, crédite in lucem: vt fílij lucis ſitis. Credo. c. 12

Offertorium. Verbum crucis 1. co. 1.

pere-

pereúntibus ſtultitia eſt, his autem qui ſalui fiunt, ideſt nobis virtus Dei eſt, alleluia. Secreta.

DEuótas Dómine humilitâtis noſtræ preces & hóſtias miſericórdiæ tuę prę cêdat auxilium, & ſalûtem quam per Adam in paradíſo ligni cláuſerat temerária prę ſúmptio, ligni rurſum fides apériat. Per. Præfatio. Qui ſalutem. fol. 141.

Communio. Per ſignum crucis de inimícis noſtris líbera nos Deus noſter. Poſt communio.

QVæſumus omnípotens Deus, vt quos diuína tríbuis participatiône gaudê re, humánis non ſinas ſubia cêre perículis. Per Dóminũ.

15 OCTAVÆ NATIV. Virgi. Mariæ Miſſa vt in die

EODEM DIE S. Nicomedis mart. comm.

Collecta.

ADéſto Dómine pópulo tuo, vt beáti Nicomêdis mártyris tui mérita præclâra ſuſcípiens, ad impetrándam miſericórdiam tuã ſemper eius patrocínijs adiuuêtur. Secreta.

SVſcipe Dómine múnera propícius oblâta: quæ maieſtáti tuæ beáti Nicomêdis mártyris comméndet orátio.

Poſt communionem.

PVríficent nos Dómine ſacraménta quæ ſúmpſimus, & intercedénte beáto Nicomêde mártyre tuo, à cũ ctis effíciant vítijs abſolútos.

S. EVFEMIÆ virginis & martyris. 16

Introitus.

VVltum tuum deprecabúntur omnes díuites plebis. adducéntur regi vírgines poſt eam próximæ eius, adducentur tibi in lætítia & exultatiône. Pſal. 44.

Pſalm. Eructâuit cor meum verbum bonum, dico ego ópera mea regi.

Collecta.

OMnípotens ſempitérne Deus, qui infírma mundi éligis: vt fórtia quæque confúndas, concêde propícius, vt qui beátæ Euſémiæ mártyris tuæ ſoléńnia cólimus, eius apud te patrocínia ſentiâmus. Per Dóminum noſtrum Ieſum.

Epi-

Epiſtola. Confitebor tibi Dómine rex. vt in cómuni virg. marty. fol 9.

Ibi. ℟. Spécie tua & pulchritúdine tua, inténde próſpere, procéde & regna. ℣. Propter veritâtem & manſuetúdinem & iuſtitiam, & dedûcet te mirabiliter déxtera tua. Alleluia. ℣ Diffûſa eſt grátia in lábijs tuis, proptérea benedíxit te Deus in ætérnum. Allel.

Euang. Decem virginibus. vt in eodem commu. fol. 10.

Ibi. Offertorium. Offeréntur regi vírgines, próximæ eius offeréntur tibi in lætítia & exultatiône adducéntur in templum regi Dómino. Secreta.

PRæſta quæſumus Dómine Deus noſter, vt ſicut in tuo conſpéctu mors eſt pretiôſa ſanctôrum, ita eôrum mérita venerántium accépta tibi reddâtur oblátio. Per Dóminum noſtrum.

Mat. 13. Communio. Símile eſt regnum cœlôrum hómini negotiatóri quæréntiti bonas margarítas, inuénta vna pretioſa margaríta dedit ómnia ſua & cõparâuit eam. Poſt communio.

SAnctíficet nos Dñe quæſumus tui percéptio ſacraménti: & intercéſſio beátæ Eufémiæ mártyris tuæ tibi reddat accéptos. Per Dñm.

EODEM DIE

SS. Luciæ & Geminiani martyrum. Collecta.

PRæſta Dómine précibus noſtris cum exultatiône prouéntum, vt quorum diem paſsiônis ánnua deuotiône recólimus: étiam fídei conſtátiã ſubſequâmur. Secreta.

VOta pópuli tui Dómine propiciâtus inténde & quorum nos tríbuis ſolénnia celebrâre, fac gaudêre ſuffrágijs. Poſt communionem.

EXáudi Dómine preces noſtras: & ſanctôrum tuôrum, quorum feſta ſolénniter celebrâmus, contínuis foueâmur auxílijs. Per.

S. LAMBERTI 17

Miſſa. Lætabitur iuſtus. vt in communi vnius mart. Ponti. fol. 1. Collecta. Deus qui nôs beáti. ibidem.

S. SEQVANI 19

Abbatis commem. Collecta. Interceſsio nos. vt in communi. folio 14.

Si vigilia S. Matthæi in diebus ieiuniorũ euenerit intermitta-

mittatur miſſa de vigilia. Collecta tamen de vigilia ad miſſam de ieiunio dicatur.

20 IN VIGILIA S. Matthæi. Introitus.

Pſal. 51. EGo autem ſicut olîua fructificáui in domo Dómini, ſperáui in miſericórdia Dei mei, & expectâbo nomẽ tuum, quóniam bonum eſt ante conſpéctum ſanctôrum tuôrum.

Ibi. Pſalm. Quid gloriáris in malítia, qui potens es in iniquitâte. Si fuerit Dominica. Gloria in excelſis. Collecta.

QVæſumus omnípotens Deus, vt B. Matthæus Apóſtolus tuum pro nobis implôret auxílium, vt à noſtris reátibus abſolúti: à cunctis étiam perículis exuâmur. Per Dóminum noſtrum.

Léctio libri Sapiéntiæ.

Pro. 3. BEâtus homo qui ínuenit ſapiéntiam: & qui áffluit prudéntia. Mélior eſt acquiſítio eius negotiatiône argénti & auri, primi & puriſſimi fructus eius. Pretióſior eſt cunctis ópibus & ómnia quæ deſiderántur, huic non valent comparári. Longitûdo diêrum in déxtera eius, & in ſiníſtra illîus, diuítiæ & glória. Viæ eius viæ pulchræ, & omnes ſémitæ illîus pacíficæ. Lignum vitæ eſt his qui apprehénderint eam, & qui tenúerit eam beâtus. Dóminus ſapiéntia fundâuit terrã, ſtabilîuit cœlos prudéntia. Sapiéntia illîus erupérunt abyſsi, & nubes rore concréſcunt.

℟. Iuſtus vt palma florébit, ſicut cedrus Líbani multiplicábitur in domo Dómini. Pſal. 91. ℣. Ad annunciándum mane miſericórdiam tuam: & veritâtem tuam per noctem. Si in Dominica vene. Allelúia. ℣. Beâtus vir qui timet Dóminum: in mandátis eius cupit nimis. Alleluia. Pſal. 111.

Sequéntia ſancti Euangélij ſecúndum Lucam.

IN illo témpore: Vidit Ieſus publicânum nómine Leui ſedéntem ad thelóneum, & ait illi. Séquere me. Et relíctis omnibus, ſurgens ſecûtus eſt eum. Et fecit ei conuíuium magnum Leui, in domo ſua. Et erat turba multa publicanôrum, & aliôrum qui cum illis Cap. 5.

erant

erant diſcumbéntes. Et murmurábant Phariſæi & ſcribæ eôrum, dicéntes ad diſcípulos eius. Quare cum publicánis & peccatóribus manducâtis & bíbitis? Et reſpóndẽs Ieſus: dixit ad illos. Non egẽt, qui ſani ſunt médico: ſed qui male habent. Non enim veni vocâre iuſtos: ſed peccatóres in pœniténtiam.

Si fuerit Domínica. Credo.

Pſal. 8. Offert. Glória & honôre coronáſti eũ: & cõſtituíſti eum ſuper ópera mánuum tuârum Dómine. Secreta.

SAcrándum tibi Dómine munus offérimus, quo B. Matthæi ſolénnia recolẽtes: purificatiônẽ quoq; noſtris méntibus implorâmus. Per.

Pſal. 20. Commu. Poſuíſti Dómine in cápite eius, corônam de lápide pretióſo.

Poſt communio.

PErcéptis Dómine ſacraméntis ſupplíciter exorâmus: vt intercedénte Beáto Matthæo Apóſtolo tuo, quæ pro illîus venerãda gérimus paſsiône ꝭ nobis profíciant ad medêlam. Per Dóminum.

21 IN FESTO SANCTI Matthæi Euangeliſtæ.

Introitus.

MIhi autem nimis honoráti ſunt amíci tui Deus, nimis confortâtus eſt principâtus eôrum. Pſal. 138

Pſal. Dñe probáſti me & cognouíſti me: tu cognouíſti ſeſsiónem meam & reſurrectiônem meã. Ibi. Collecta.

ECcléſiam tuam Dómine benígnus illuſtra: vt Beáti Matthæi Euangeliſtæ illuminâta doctrínis ꝭ ad dona peruéniat ſempitérna. Per.

Lectio Epiſto. B. Pauli Apoſtoli ad Ephéſios.

FRatres: Vnicuîq; noſtrũ data eſt grátia: ſecúndum menſûram donatiônis Chriſti. Propter quod dicit. Aſcéndens in altum captîuam duxit captiuitâtem: dedit dona homínibus. Quod autẽ aſcéndit quid eſt, niſi quia & deſcẽdit primum in inferióres partes terræ? Qui deſcéndit: ipſe eſt, & qui aſcéndit ſuper omnes cœlos, vt adimplêret ómnia. Et ipſe dedit quoſdã quidem apóſtolos, quoſdam autẽ prophétas, álios vero euangelíſtas, álios autem paſtóres & doctóres, ad conſummatiônem ſanctôrum, in opus cap. 4.

miniſtérij: in ædificatiônem córporis Chriſti: donec occurrâmus omnes in vnitâtẽ fídei: & agnitiônis fílij Dei, in virũ perféctũ: in mẽſûram ætâtis, plenitúdinis Chriſti.

Pſal. 138. ℟. Nimis honoráti ſunt amíci tui Deus: nimis confortâtus eſt principátus eôrum. ℣. Dinumerâbo eos & ſuper arênam multiplicabúntur. Alleluia.

Ioã. 15. ℣ Nõ vos me elegíſtis, ſed ego vos elégi: & póſui vos vt eâtis & fructum afferâtis: & fructus veſter maneat. Alleluia.

Sequéntia ſancti Euangélij ſecúndum Matthæum.

capi. 9. IN illo témpore. Cũ tranſîret Ieſus: vidit hóminẽ ſedéntẽ in Thelóneo Matthæum nómine: & ait illi. Séquere me. Et ſurgens: ſecûtus eſt eum. Et factum eſt diſcumbénte eo in domo, ecce multi publicáni & peccatóres veniéntes: diſcumbébant cum Ieſu & diſcípulis eius. Et vidéntes Pharisæi: dicébant diſcípulis eius. Quare cũ publicánis & peccatóribus mãdûcat magíſter veſter? At Ieſus áudiens, ait. Non eſt opus valéntibus médicus: ſed male habéntibus. Eúntes autem, díſcite quid eſt miſericórdiã volo & non ſacrifícium. Non enim veni vocâre iuſtos, ſed peccatóres. Credo.

Offer. In omnem terram exiuit ſonus eôrum, & in fines orbis terræ verba eôrum. Pſal. 18.

Secreta.

SVſcipe múnera Dómine quæ in eius tibi ſolénnitâte deférimus, cuius nos confídimus patrocínio liberári. Per Dóminum noſtrum.

Præfa. Te Dómine ſupplíciter fol. 141.

Commu. Ego vos elégi de mundo vt eâtis & fructum afferâtis: & fructus veſter máneat. Ioã. 15.

Poſt communio.

REfécti cibo potuq; cœléſti Deus noſter, te ſúpplices deprecâmur, vt in cuius hæc commemoratiône percépimus: eius muniâmur & précibus. Per Dominum.

SS. MAVRICII SOCIOrumque eius. Introitus. 22

SAlus autem iuſtôrum à Dómino, & protéctor eôrũ eſt in témpore tribulatiõnis. Pſal. 36.

Pſal. Noli æmulari in malignántibus, neq; zeláueris faciẽtes iniquitâtẽ. Ibi.

Glo-

Gloria in excelſis. Colleṫa.

DEus qui nos cõcêdis ſanctôrum mártyrum tuôrum, Mauríc⁊ij ſociórumque eius natalítia cólere: da nobis in ætérna beatitúdine de eôrũ ſocietâte gaudêre. Per.

Epiſtola. Sancti per fidẽ. vt in cõmuni plurimorum már tyr. fol. 3.

Exo. 15. ℞. Glorióſus Deus in ſanctis, mirâbilis in maieſtâte, fáciens prodígia. ℣. Déxtera tua Dómine glorificâta eſt in virtûte: déxtera manus tua confrêgit inimîcum. Alleluia. ℣. Sancti & iuſti in Dño gaudête, vos elêgit Deus in hæreditâtem ſibi. Alleluia. Pſal. 32.

Euangelium. Videns turbas Ieſus vt infra in feſto omniũ ſanctorum. fol. 248.

Pſal. 67. Offert. Mirábilis Deus in ſanctis ſuis, Deus Iſraêl ipſe dabit virtûtẽ & fortitúdinem plebi ſuæ, benedíctus Deus, alleluia. Secreta.

MVnera tibi Dómine noſtræ deuotiônis offérimus: quæ & pro tuôrum tibi grata ſint honôre iuſtôrum: & nobis ſalutária te miſerâte reddántur. Per.

Pſal. 78. Cõmu. Poſuérũt mortália ſeruôrũ tuôrũ Dñe eſcas volatílibus cœli, carnes ſanctôrũ tuôrũ béſtijs terrę, ſecúndũ magnitúdinem bráchij tui: póſside filios morte punitôrũ. Poſt cõmu.

PRęſta nobis Dómine quęſumus intercedẽtibus ſanctis tuis Mauricio ſócijſque eius: vt quæ ore cõtíngimus, pura mente capiâmus. Per.

SS. ANDOCHII Tyrſi, & Felicis Mart. cõm. 24

collecta. Da quæſumus ſolẽnía. vt in communi. fol. 13.

SS. COSMÆ ET Damiani márty. Introitus. 27

SApiéntiam ſanctôrum narrant pópuli: & laudem eôrũ núnciat ecclêſia: nómina autem eôrũ viuent in ſæculũ ſęculi. Eccleſ. 44.

Pſalm. Exultâte iuſti in Dómino: rectos decet collaudátio. Collecta. Pſal. 32.

PRæſta quæſumus omnípotens Deus: vt qui ſanctôrum tuôrum Coſmæ & Damiáni natalítia cólimus, à cunctis malis imminéntibus, eôrum interceſsiónibus liberêmur. Per Dóminum.

Epiſtola. Benedictus Deus. vt ſupra fol. 225.

℞. Clamauérunt iuſti: & Dóminus exaudîuit eos: & ex ómnibus tribula- Pſal. 33.

tiónibus eórum liberâuit eos. ℣. Iuxta eſt Dñs his qui tribuláto ſunt corde,& húmiles ſpíritu ſaluabũtur. Allelúia. ℣. Te mártyrum candidâtus, laudat exércitus Dómine. Allelúia.

Euãgelium. Nihil opertum. folio. 225.

Pſal. 5. Offert. Gloriabúntur in te omnes qui díligunt nomẽ tuũ,quóniã tu Dñe benedíces iuſtis,Dñe vt ſcuto bonę volũtâtis tuæ coronáſti eos. Secreta.

SAnctôrum tuôrum nobis Dñe pia non deſit orátio, quæ & múnera noſtra concíliet: & tuam nobis indulgẽtiam ſemper obtíneat.Per.

Pſal. 78. Cõmu. Poſuérunt mortália ſeruôrũ tuórũ Dñe eſcas volatílibus cœli: carnes ſanctôrũ tuórũ béſtijs terræ ſecúndum magnitúdinẽ bráchij tui:póſſide fílios morte punitôrũ. Poſt cõmu.

PRótegat Dómine quæſumus pópulum tuũ:& participátio cœléſtis indúlta cõuíuij:& deprecátio collâta ſanctôrum. Per Dóminum.

29 IN FESTO DEDIcationis. S. Michaelis Archangeli. Introitus.

Pſal. 102. BEnedícite Dñm omnes ángeli eius potén tes virtûte qui fácitis verbum eius, ad audiéndam vocem ſermônum eius.

Pſalm. Benedíc ánima mea Dómino & ómnia quæ intra me ſunt nomini ſancto eius. Collecta. ibi.

DEus qui miro órdine angelôrum miniſtéria hóminumq; diſpénſas: concêde propícius: vt quibus tibi miniſtrántibus in cœlo ſemper aſsíſtitur: ab his in terra noſtra vita muniâtur.Per Dóminum noſtrum.

Ad Miſſam matutinalem.

Léctio libri Apocalypſis Beáti Ioánnis Apóſtoli.

FActum eſt prælium magnum in cœlo: Míchael & ángeli eius, præliabántur cũ dracône. Et draco pugnâbat & ángeli eius:& nõ valuérunt, neque locus inuéntus eſt ámplius eôrum in cœlo. Et proiéctus eſt draco ille magnus, ſerpens antíquus qui vocâtur Diábolus & Sathánas, qui ſedûcit vniuérſum orbem, proiéctus eſt in terram: & ángeli eius cum illo miſsi ſunt. Et audíui vocem magnam in cœlo dicéntem. Nunc facta eſt ſalus & virtus,& regnum Dei noſtri, & capi. 12.

poté-

potéſtas Chriſti eius, quia proiéctus eſt accuſâtor fratrum noſtrôrum qui accuſâbat illos ante conſpéctũ Dei noſtri die ac nocte. Et ipſi vicérunt illum propter ſánguinem agni, & propter verbũ teſtimónij eius, & non dilexérunt ánimas ſuas vſq; ad mortem. Proptérea lętámini cœli, & qui habitâtis in eis.

Ad Miſſam maiorem.

Léctio libri Apocalypſis B. Ioánnis Apóſtoli.

capi 1. IN diêbus illis: Significâuit Deus quæ opórtet fíeri cito: loquens per ángelum ſuũ ſeruo ſuo Ioánni qui teſtimóniũ perhíbuit verbo Dei, & teſtimónium Ieſu Chriſti quæcunque vidit. Beâtus qui legit, & qui audit verba prophetíæ huius: & ſeruat ea quæ in ea ſcripta ſunt. Tẽpus enim prope eſt. Ioánnes ſeptem Eccléſijs quæ ſunt in Aſia: grátia vobis & pax ab eo qui eſt & qui erat, & qui ventûrus eſt: & à ſeptẽ ſpiríti bus qui in conſpéctu throni eius ſunt, & ab Ieſu Chriſto qui eſt teſtis fidêlis; primogénitus mortuôrũ & princeps regum terrę. Qui diléxit nos & lauit nos à peccátis noſtris: in ſánguine ſuo.

℟. Benedícite Dómino omnes Angeli eius poténtes virtûte qui fácitis verbum eius. Pſal. 102. ℣. Benedíc ánima mea Dómino: & ómnia interióra mea nomen ſanctum eius. Allelúia. ℣. In conſpéctu angelôrum pſallam tibi: Dómine Deus meus. Allelúia. Pſal. 137.

Sequéntia ſancti Euangélij ſecúndum Matthæum.

IN illo tẽpore: Acceſſérũt diſcípuli ad Ieſum, dicẽtes. Quis putas maior eſt in regno cœlôrum? Et áduocans Ieſus páruulum ſtátuit eum in médio eôrum: & dixit. Amén dico vobis: niſi conuérſi fuerîtis, & efficiámini ſicut páruuli: non intrábitis in regnum cœlôrum. Quicúnq; ergo humiliáuerit ſe ſicut páruulus iſte: hic eſt maior in regno cœlôrum. Et qui ſuſcéperit vnum páruulum talem in nómine meo: me ſúſcipit. Qui autem ſcandalizáuerit vnum de puſillis iſtis qui in me credunt: éxpedit ei, vt ſuſpendâtur mola aſinária in collo eius & demergâtur in profún- capi. 18.

dum maris. Væ mundo ab ſcándalis. Necéſſe eſt enim, vt véniant ſcándala. Verúntamen, væ hómini, per quem ſcándalum venit. Si autem manus tua vel pes tuus, ſcandalízat te: abſcîde eum & próijce abs te. Bonum tibi eſt ad vitam íngredi débilem vel cláudum: quam duas manus vel duos pedes habéntẽ mitti in ignem ætérnum. Et ſi óculus tuus ſcandalízat te: érue eũ & próijce abs te. Bonum tibi eſt vnum óculum habéntem in vitam intrâre: quam duos óculos habéntem mitti in gehénnam ignis. Vidête, ne contemnâtis vnum ex his puſillis. Dico enim vobis quia ángeli eôrum in cœlis ſemper vident fáciem patris mei: qui in cœlis eſt.

Apo ca. 8. Offert. Stetit ángelus iuxta aram templi, habens thuríbulũm áureum in manu ſua: & data ſunt ei incénſa multa: & aſcéndit fumus arómatum in cõſpéctu Dei, Alleluia. Secreta

HOſtias tibi Dómine láudis offérimus ſupplíciter deprecántes: vt eáſdem Angélico pro nobis interueniénte ſuffrágio & placâtus accípias, & ad ſalûtem noſtrã prouenîre concédas. Per.

Communio. Benedícite omnes ángeli Dómini Dómino, hymnum dícite & ſuper exaltâte eum in ſæcula. Daniel. 3.

Poſt communio.

BEáti Archángeli tui Michaêlis intercesſiône ſuffúlti ſúpplices te Dómine deprecâmur: vt quos honôre proſéquimur cõtingâmus & mente. Per Dóminũ noſtrũ.

S. HIERONYMI presbyteri confeſſ. & Doctoris Eccleſiæ Miſſa. Os iuſti. vt in cõm. confe. nõ Pontifi. Epiſto. Dilectus. Euangeliũ. Ecce nos reliquimus. fol. 8. 30

****

FESTA OCTOBRIS.

S. REMIGII EPIS. cõfe. Miſſa. Statuit. Collecta Da quæſumus. vt in communi cõfeſ. pontifi. fol 5. Epiſt. Ecce ſacer. ℟. Ecce ſacerdos. Euang. Hómo quidã. fol. 6. 1

EODEM DIE SS. Germani, & Vedaſti Epiſcop. & confeſſor. com.

Colle-

Collecta.

COncêde quæſumus omnípotens Deus: vt ad meliôrem vitã ſanctôrum tuôrum exémpla nos próuocent: quátenus quorum ſolénnia ágimus: étiam actus imitêmur. Secreta.

SVſcipe Dómine preces & múnera: quæ vt tuo ſint digna cõſpéctui, ſanctôrum tuôrũ précibus adiuuêmur.

Poſt communio.

COrporis ſacri & pretióſi ſánguinis repléti libámine, quæſumus Dómine Deus noſter: vt quod pia deuotiône gérimus: certa redemptiône capiâmus. Per.

2 S. LEODEGARII Epiſco. marty. comme. collecta. Da quæſumus ſolénnia. vt in communi. fol. 12.

3 S. FROILANI Epiſco. cõfeſſ. Miſſa. Statuit. vt in cõmu. conf. Pont. fol. 4. Euange. Vigilate folio. 6.

4 S. FRANCISCI confeſſo. Miſſa. Os iuſti. vt in cõm. vnius confeſſ. non Pontifi. Epiſto. Beátus vir Euang. Nolite timere fol. 8.

5 S. ATHILANI Epiſco. & confeſſ. Miſſa Statuit vt in cõm. confeſſ. Ponti. fol. 4. Collecta. Da quæſumus. Epiſto. Ecce ſacerdos Euãgelium. Homo quidam peregre. fol. 6.

6 SS. PLACIDI SOciorũq; eius mart. Miſſa. Intret in conſpectu. Collecta Deus qui nos annua. Euãgelium Videns turbas. vt in cõmuni plurimo. marty. fol. 3. Epiſtola. Iuſtôrũ animæ. ſupra. fol. 207.

EODEM DIE FIdei virg. Miſſa. Dilexiſti. Collecta. Exaudi nos. Epiſtola. Qui gloriatur. vt in commu. virgi. fol. 10.

7 S. MARCI PAPÆ

Introitus.

SAcerdótes Dei benedícite Dóminum: ſancti & húmiles corde laudâte Deum. Dani. 3

Pſal. Benedícite ómnia ópera Dó- Ibid.

mini Dómino: laudâte & ſuperexaltâte eum in ſæcula. Collecta.

EXáudi Dómine quæſumus preces noſtras: & interueniénte Beáto Marco cõfeſſôre tuo atque pontífice: ſupplicatiónes noſtras placâtus inténde. Per Dóminum.

Epiſt. Ecce ſacerdos magnus vt in cómu. confe. Põt. fol 5.

Pſal. 88. ℟ Inuéni Dauid ſeruum meum, óleo
ſancto vnxi eũ: manus enim mea auxi
liábitur ei: & bráchium meum confor
Ibid. tâbit eum. ℣. Nihil profíciet inimî
cus in eo: & filius iniquitâtis non nocê
Pſal. 20. bit eum. Alleluia. ℣. Poſuíſti Dó
mine ſuper caput eius corônam de lâ
pide pretióſo. Alleluia.

Euangeliũ. Homo quidã nobilis. vt ſupra. fol. 222.

Pſal. 88. Offert. Véritas mea & miſericórdia mea cum ipſo: & in nómine meo exaltábitur cornu eius. Secreta.

ACcépta tibi ſit Dómine ſacræ plebis oblátio pro tuôrum honôre ſanctôrum: quorum ſe méritis percepíſſe de tribulatiône cognóſcit auxílium. Per Dóminum.

Matthæ. 25. Communio. Beâtus ſeruus quem cum vénerit Dóminus inuénerit vigilántẽ, amén dico vobis ſuper ómnia bona ſua conſtítuet eum.

Poſt communio.

DA quæſumus Dómine fidélibus pópulis, ſanctôrum tuôrum ſemper veneratiône lętári: & eôrũ perpétua ſupplicatiône muníri. Per.

EODEM DIE S. Martini Abbatis vallis Paradiſi Miſſa. Os iuſti. vt in cõmu. vnius Abbatis. fol. 7.

EODEM DIE SS. Marcelli Apullei, Sergij & Bachi. marty. cõm. collecta Præſta quæſumus vt qui glorioſos. vt in commu. fol. 13.

SS. DIONYSII 9
ſociorumque eius marty.

Introitus.

MVltæ tribulatiónes iu Pſal. 32.
ſtôrũ, & de his ómni
bus liberâbit eos Dñs,
Dñs cuſtôdit omnia oſſa eô
rũ: vnũ ex his nõ contêretur.
Pſal. Benedîcam Dóminum in om Ibi.
ni témpore: ſemper laus eius in ore
meo. Collecta.

DEus qui nos ánnua ſanctôrũ tuôrum Dionyſij ſociôrũq; eius ſolẽnitâte lętíficas: concêde propícius: vt

quo-

quorũ gaudêmus méritis, accêdâmur exémplis. Per.

Epiſtola Iuſtorum ánimæ vt ſupra. fol. 207.

Ibi. ℞. Clamauérunt iuſti : & Dóminus exaudîuit eos ; & ex ómnibus tribulatiónibus eorum liberâuit eos. ℣. Iuxta eſt Dóminus his qui tribuláto ſunt corde: & húmiles ſpíritu ſaluabúntur.

Sap. 3. Alleluia. ℣. Fulgébunt iuſti, & tanquam ſcintíllæ in arundinéto diſcúrrent: & regnábunt in ætérnum. All.

Euange. Confiteor tibi pater vt in communi plurimorum marty. fol. 3.

Pſal. 5. Offer. Gloriabúntur in te omnes qui díligunt nomen tuum, quóniam tu Dómine benedíces iuſtis, Dómine vt ſcuto bonæ voluntâtis tuæ coronáſti eos.

Secreta.

OBlátis quæſumus Dómine placâre munéribus, & intercedéntibus ſanctis tuis, à cunctis nos defénde perículis. Per Dóminum.

Mar. 17. Commu. Signa eos qui in me credent, hæc ſequéntur: dæmónia eijciét; ſuper ægros, manus impónent, & bene habébunt.

Poſt communio.

HÆc nos commúnio Dómine purget à crímine: & intercedéntibus ſanctis tuis Dionyſio, ſócijſque eius cœléſtis remédij fáciat eſſe conſórtes. Per Dóminum.

S. CALIXTI PAPÆ & martyris cõmu. Collecta. 14

DEus qui nos cónſpicis ex noſtra infirmitâte deficere: ad amôrem tuum nos misericórditer per ſanctôrum tuôrũ exẽpla reſtáura. Secreta.

MYſtica nobis Dómine proſit oblátio: quæ nos & à reátibus noſtris expédiat: & perpétua ſaluatiône confírmet.

Poſt communio.

QVæſumus omnípotens Deus: vt & reâtum noſtrum múnera ſacrâta puríficent, & rectè viuéndi nobis operéntur effectum.

S. LVCÆ EVANGELIſtæ. Introitus. 18

Eccl. 15. IN médio ecclêſiæ apéruit os eius, & implêuit eum Dóminus ſpíritu ſapiéntiæ & intelléctus, ſtola glóriæ índuit eum.

Ibi. Pſalm. Iucunditâtem & exultatiónem, theſaurizâuit ſuper eum. Gloria in excel. Collecta.

ECcléſiam tuam Dómine benígnus illúſtra: vt Beáti Lucæ Euangeliſtæ illumináta doctrínis? ad dona perueniat ſempitérna. Per Dó-

Epiſtola. Qui timet Deum. vt ſupra. folio. 178.

Pſal. 36. ℟. Os iuſti meditábitur ſapiéntiam: & lingua eius loquêtur iudícium. ℣. Lex Dei eius in corde ipſius, & non
Eſai. 41. ſupplantabúntur greſſus eius. Allelúia. ℣. Primus ad Sion dicet: ecce adſum, & Hieruſalém Euangeliſtã dabo.

Sequéntia ſancti Euangelij ſecúndum Lucam.

capi. 10. IN illo témpore: Deſignâuit Dóminus & álios ſeptuagínta duos diſcípulos: & miſit illos binos ante fáciem ſuam in omnem ciuitâtem & locum quo erat ipſe ventûrus. Et dicêbat illis. Meſsis quidem multa: operárij autem pauci. Rogâte ergo Dóminum meſsis: vt mittat operários in meſſem ſuã. Ite. Ecce ego mitto vos: ſicut agnos inter lupos. Nolíte ergo portâre ſácculum, neque peram: neque calciaménta, & néminem per viam ſalutauerîtis. In quamcúnque domum intrauerîtis: primũ dícite. Pax huic dómui. Et ſi ibi fúerit fílius pacis requiéſcet ſuper illam pax veſtra. Sin autem ad vos reuertêtur. In eâdem autem domo manête: edéntes & bibéntes quæ apud illos ſunt. Dignus eſt enim operárius mercêde ſua. Credo.

Offert. Poſuíſti Dómine in cápite Pſal. 20.
eius: corônam de lápide pretióſo; vitam pétijt à te: & tribuiſti ei. Allelúia. Secreta.

SVſcipe múnera Dómine quæ in eius tibi ſolénnitâte deférimus, cuius nos confídimus patrocínio liberári. Per Dóminum noſtrum.

Non dicitur Præfatio de Apóſtolis.

Communio. Dómine, quinq; ta- Matthæ. 25.
lénta tradidíſti mihi: ecce ália quinq; ſuperlucrâtus ſum: euge ſerue fidêlis: quia in pauca fuiſti fidêlis ſupra multa te conſtítuam, intra in gáudium Dómini tui. Poſt communio.

REfécti cibo potuque cœléſti Deus noſter: te ſúp-

plices deprecâmur: vt in cuius hæc cõmemoratiône percépimus: eius muniámur & précibus. Per Dóminum.

21 IN FESTO VNDEcim millium Virginum.

Introitus.

GAudeâmus omnes in Dómino diem feſtũ celebrántes, ſub honôre ſanctârum Vírginum: de quarum paſsiône gaudent ángeli, & colláudant fílium Dei.

Pſal. 32. Pſalm. Exultâte iuſti in Dómino: rectos decet collaudátio. Collecta.

DEus qui nos ánnua Beátæ Vrſulæ martyris tuæ ſociârumq; eius ſolénnitâte lætíficas: da vt quas venerâmur offício: étiam piæ conuérſatiônis ſequâmur exémplo. Per Dóminum noſtrum.

Epiſtola. Qui gloriatur: vt in communi virg. marty. fol. 10.

Pſal. 123. ℟. Anima noſtra ſicut paſſer erépta eſt, de láqueo venántiũ. ℣. Láqueus contrítus eſt: & nos liberáti ſumus, adiutórium noſtrum in nómine Dómini: qui fecit cœlum & terram. Alleluia. ℣. Hódie vírginum chorus trucidátus eſt pro Chriſto ſponſo ſuo, qui póſuit ánimã ſuam pro óuibus ſuis & pro ſuo grege mori dignâtus eſt. Alleluia.

Euang. Decẽ virginibus in eodem commu. fol. 10.

Offer. Offerẽtur regi vírgines, próximæ eius, offeréntur tibi in lætítia & exultatiône: adducéntur in templum Regi Dómino. Pſal. 44. Secreta.

SVper has quæſumus Dómine hóſtias benedíctio copiôſa deſcéndat: quę & ſanctificatiônem nobis cleménter operêtur: & de mártyrum ſolennitâte nos lætificet. Per Dóminum noſtrum.

Communio. Quinque prudéntes vírgines accepérunt óleum in vaſis ſuis cum lampádibus: média autem nocte clamor factus eſt: ecce ſponſus venit; exíte óbuiam Chriſto Dómino. Mat thæ. 25.

Poſt communio.

SVmpſimus Dómine celebritâtis ánnuæ votîua ſacraménta: prę ſta quæſumus: vt & temporâlis vitæ nobis remédia præbeant & ætérnæ. Per Dóminum noſtrum.

SS. CRISPINI ET Criſpiniani márty. comme. 25

Collecta. Præſta quæſumus: qui ſanctôrum. vt in communi. fol. 13.

27 IN VIGILIA SS. Apoſtolorũ Simonis & Iudæ. Introitus.

Pſal. 78. INtret in conſpéctu tuo Dñe gémitus cõpeditôrum: redde vicínis noſtris ſéptuplũ in ſinu eôrũ, víndica ſánguinẽ ſanctôrum tuôrũ qui effûſus eſt.

Ibi. Pſal. Deus venérunt gentes in hæreditátem tuam, pollúerunt templum ſanctum tuum: poſuérunt Hieruſalém in pomôrum cuſtódiam.

Si fuerit Domínica. Gloria in excelſis. Collecta.

PRæſta quæſumus omnípotens Deus: vt nullis nos permíttas perturbatiónibus cõcuti⁊ quos in Apoſtólicę cõfeſsiônis petra ſolidáſti. Per.

Epiſtola. Iuſtorum animæ. vt ſupra. fol. 207.

Ibi. ℞. Víndica Dómine ſánguinem ſanctórum tuôrum qui effúſus eſt. ℣. Poſuérunt mortália ſeruórum tuórum eſcas volatílibus cœli: carnes ſanctórum tuôrum béſtijs terræ.

Pſal. 138. Si fuerit do. Alleluia. ℣. Nimis honoráti ſunt amíci tui Deus: nimis cõfortátus eſt principâtus eôrũ. Alt.

Euangelium. Ego ſum vitis vera. vt ſupra. fol. 196.

Si fuerit Domínica. Credo.

Offer. Exultábũt ſancti in glória, lætabũtur in cubílibus ſuis, exultatiónes Dei in fáucibus eôrum. Pſal 149. Secreta.

MVnus pópuli tui Dómine quæſumus Apoſtólica intercefsiône ſanctífica: noſque à peccatôrum noſtrôrum máculis emúnda. Per.

Communio. Iuſtórum ánimæ in manu Dei ſunt: & non tanget illos torméntum malitiæ, viſi ſunt óculis inſipiéntium mori: illi autem ſunt in pace. Sap 3.

Poſt communio.

QVos cœléſti Dñe aliméto ſatiáſti ⁊ Apoſtólicis intercefsiónibus ab omni aduerſitâte cuſtódi. Per.

IN DIE EORVNdem SS. Apoſtolorum Simonis & Iudæ. Introitus. 28

MIhi autẽ nimis honoráti ſunt amíci tui Deus: nimis cõfortâtus eſt principâtus eôrũ. Pſal. 138.

Pſal. Dñe probáſti me & cognouíſti me: tu cognouíſti ſeſsiônem meam & reſurrectiônem meam. Glória Patri. Ibi.

Gloria in excelſis. Collecta.

DEus qui nos ánnua Apôſtolôrum tuôrum Simônis & Iudæ ſolẽnitâte lætifi-

cas ꝛ præſta quęſumus: vt quorum gaudêmus méritis ꝛ inſtruâmur exémplis. Per.

Epiſtola. Scimus quóniã diligétibus. vt ſupra fol. 204.

Ibi. ℟. Nimis honoráti ſunt amíci tui Deus: nimis confortâtus eſt principâtus eôrum. ℣. Dinumerâbo eos, & ſuper arênã multiplicabúntur. Alleluia. ℣. Iſti ſunt duæ olíuæ & duo candelâbra lucéntia ante Dóminum; habent poteſtâtem cláudere cœlũ núbibus & aperîre portas eius: quia linguę eôrũ claues cœli factæ ſunt. All.

Apocal. 11.

Sequéntia ſancti Euangélij ſecúndum Matthæum.

capi. 10. IN illo témpore: Miſit Ieſus duódecim diſcípulos ſuos præcípiens eis, dicens. In viam géntium ne abierîtis, & in ciuitátes Samaritanôrum ne intrauerîtis: ſed pótius ite ad oues quæ periérunt domus Iſraél. Eúntes autem prędicâte dicéntes: Quia appropinquâbit regnum cœlôrum. Infírmos curâte: mórtuos ſuſcitâte. Lepróſos mundâte: dæmones eiícite. Gratis accepíſtis: gratis date. Credo.

Pſal. 18. Offert. In omnem terram exíuit ſonus eôrum: & in fines orbis terræ verba eôrum.

Secreta.

MVnera Dñe quæ pro apoſtolôrum tuôrũ Simônis & Iudæ ſoléñnitâte deférimus propîcius ſúſcipe: & mala ómnia quæ merêmur auérte. Per Dóminum.

Præfa. Te Dómine ſupplíciter. fol. 141.

Commu. Vos qui ſecúti eſtis me: ſedébitis ſuper ſedes iudicâtes duódecim tribus Iſraél. Matthæ. 19.

Poſt commu.

QVæſumus Dómine ſalutáribus repléti myſtérijs: vt quorũ ſoléñnia celebrâmus ꝛ eôrum oratiónibus adiuuêmur. Per.

IN VIGILIA OMnium ſanctorum. 31

Introitus.

Pſal. 33. TImête Dóminũ omnes ſancti eius quóniam nihil deeſt timéntibus eum: díuites eguérunt & eſuriérunt, inquiréntes autem Dóminum non defícient omni bono.

Pſal. Benedîcam Dóminũ in omni témpore ſemper laus eius in ore meo. Ibi.

Si fuerit Dominica. Gloria in excelſis Deo.

Collecta.

DOmine Deꝰ noſter multíplica ſuper nos miſeri-

córdiã tuam:& quorũ præue nîmus glorióſa ſolénnia trí bue ſubſequi in ſancta profeſſióne lętítiam. Per.

Ad hanc Miſſam nõ dicitur Concêde nos fámulos tuos quæſumus. nec Cócéde quæ ſumus omnípotens Deus ſed dicitur Omnípotens ſempitérne Deus, qui viuorum dominâris, ſimul. &c.

Léctio libri Apocalypſis B. Ioánnis Apóſtoli.

capi. 5. IN diêbus illis: Ego Ioánnes vidi in médio throni & quátuor animálium, & in médio ſeniôrum agnum ſtãtem tanquam occîſum: habẽtem córnua ſeptem & óculos ſeptem qui ſunt ſeptem ſpíritus Dei miſsi in ómnem terram. Et venit: & accêpit de déxtera ſedéntis in thróno librum. Et cũ aperuíſſet librũ, quatuor animália & viginti quátuor ſenióres cecidérunt coram agno habentes ſínguli cítharas & phíalas áureas, plenas odoramẽtôrum quæ ſunt oratiónes ſanctôrum. Et cantábãt cánticum nóuũ dicéntes. Dignus es Dómine accípere librum & aperîre ſignácula eius, quoniam occîſus es & redemíſti nos Deo in ſánguine tuo, ex omni tribu & lingua & pópulo & natiône. Et fecíſti nos Deo noſtro regnum & ſacerdôtes, & regnábunt ſúper terram. Et vidi & audíui vocem Angelôrum multôrum in circúitu throni & animálium & ſeniôrum: & erat númerus eôrum míllia míllium voce magna dicéntium. Dignus eſt agnus qui occîſus eſt accípere virtûtem & diuinitâtem & ſapiéntiam & fortitúdinẽ, & honôrem & glóríam & benedictiônem, in ſęcula ſæculôrum amen.

℟. Exultábunt ſancti in glória lætabúntur in cubílibus ſuis. ℣. Cantâte Dómino cánticum nouum, laus eius in Ecclêſia ſanctôrum. Pſal. 149.

Si Dominica euenerit. Alleluia. ℣. Fulgébunt iuſti & tanquam ſcintillæ in arundinéto diſcúrrent & regnábunt in ætérnum. Alleluia Sap. 3.

Sequéntia ſancti Euangélii ſecúndum Ioánnem.

IN illo tẽpore: Dixit Ieſus diſcípulis ſuis. Amẽ amẽ dico vobis: quia plorábitis & flébitis capi. 16.

vos, mundus auté gaudêbit. Vos autem contriſtabímini, ſed triſtítia veſtra vertêtur in gáudiũ. Múlier cũ parit triſtítiã habet: quia venit hora eius. Cũ auté pepérerit púerũ iam nõ méminit preſſúræ propter gáudium, quia natus eſt homo in mundũ. Et vos ígitur: nunc quidẽ triſtítiam habêtis. Iterum autem vidêbo vos, & gaudêbit cor veſtrum. Et gáudium veſtrum, nemo tollet à vobis.

Si fuerit Domínica. Credo.

Pſal. 5. Offer. Gloriabũtur in te omnes qui díligunt nomen tuum; quóniam tu Dómine benedíces iuſtis, Dómine vt ſcuto bonæ voluntâtis tuæ coronáſti eos. Secreta.

ALtâre tuũ Dñe munéribus cumulâmus oblátis, da quæſumus vt ad ſalûtẽ noſtrã ómniũ ſanctôrũ tuôrum precatiône profíciant, quorũ ſolẽnia vẽtura præcúrrimus. Per Dóminum noſtrum.

Ioã. 15. Cõmu. Ego vos elégi de mũdo vt eâtis & fructum afferâtis, & fructus veſter máneat. Poſt communio.

SAcraméntis Dñe & gáudijs optátæ celebritâtis explétis? quæſumus vt eôrũ precibus adiuuêmur, quorum recordatiónibus exhibẽtur. Per.

Eodem die ſancti Quintini marty. comm. Collecta. Lætetur Eccleſia. vt in communi. comme. fol. 12.

****

FESTA NOVEMBRIS.

IN DIE OMNIVM ſanctorũ ad miſsã. Introit. 1

GAudeâmus omnes in Dómino diẽ feſtum celebrántes: ſub honôre ſanctôrũ omniũ de quorum ſolennitâte gaudent ángeli & colláudant fíliũ Dei.

Pſal. Exultâte iuſti in Dómino: rectos decet collaudátio. Gloria Patri. Pſal. 32. Gloria in excel. Collecta.

OMnípotens ſempitérne Deus qui nos ómnium ſanctorũ mérita ſub vna tribuíſti celebritâte venerári? quæſumus vt deſiderâtã nobis tuæ propiciatiônis abundántiam multiplicátis interceſſóribus largiâris. Per.

Léctio libri Apocalypſis B. Ioánnis Apóſtoli.

capi. 7. IN diêbus illis. Ego Ioãnes vidi Angelum aſcendén-

tem

tem ab ortu ſolis habéntẽ ſignum Dei viui & clamâuit voce magna quátuor ángelis, quibus datũ eſt nocêre terrę & mari dicens: Nolîte nocêre terræ & mari neq; arbóribus: quoaduſque ſignêmus ſeruos Dei noſtri in fróntibus eôrum. Et audiui númerum ſignatôrum centũ quadragínta quátuor míllia ſignáti ex omni tribu filiôrum Iſraél. Ex tribu Iuda: duódecim míllia ſignáti. Ex tribu Rubẽ: duódecim míllia ſignáti. Ex tribu Gad: duódecim míllia ſignáti. Ex tribu Aſér: duódecim míllia ſignáti. Ex tribu Nephtalí; duódecim míllia ſignáti. Ex tribu Manaſſé, duódecim míllia ſignáti. Ex tribu Simeõ: duódecim míllia ſignáti. Ex tribu Leuí duódecim míllia ſignáti. Ex tribu Iſachár, duódecim míllia ſignáti. Ex tribu Zabulõ, duódecim míllia ſignáti. Ex tribu Ioſéph: duódecim míllia ſignáti. Ex tribu Beniamín: duódecim míllia ſignáti. Poſt hæc vidi turbam magnam quam dinumerarê nemo póterat ex ómnibus géntibus & tríbubus & pópulis & linguis, ſtantes ante thronũ & in conſpéctu agní amícti ſtolis albis & palmæ in mánibus eôrum. Et clamábant voce magna dicéntes. Salus Deo noſtro qui ſedet ſuper thronũ & agno. Et omnes ángeli ſtabant in circúitu throni & ſeniôrũ & quátuor animálium, & cecidérũt in conſpéctu throni in fácies ſuas, & adorauérunt Deum dicéntes amén. Benedíctio & cláritas & ſapiéntia & gratiârum áctio: honor & virtus & fortitûdo Deo noſtro: in ſæcula ſæculôrum amén.

℟. Timête Dóminum omnes ſancti eius, quóniam nihil deeſt timéntibus eum. ℣. Inquiréntes autem Dóminũ non defícient omni bono. Alleluia. Pſal. 33.

℣. Iudicábunt ſancti nationes & Dominabúntur pópulis, & regnábit illôrum Rex in æternum. Alleluia. Sapi. 3.

Sequéntia ſancti Euangélij ſecúndum Matthæum.

IN illo témpore: Videns turbas Ieſus, aſcéndit in montem. Et cũ ſedíſſet: acceſſérunt ad eũ diſcípuli eius. Et apériens os ſuũ: docêbat eos dicens. Beáti capi. 5.

páuperes ſpíritu quóniam ipſôrum eſt regnum cœlôrum Beáti mites, quóniam ipſi poſſidébunt terram. Beáti qui lugent quóniam ipſi conſolabũtur. Beáti qui eſúriunt & ſitiunt iuſtítiam, quóniam ipſi ſaturabũtur. Beáti miſericórdes, quóniam ipſi miſericórdiam conſequéntur. Beáti mundo corde, quóniam ipſi Deum vidébunt. Beáti pacífici, quóniam fílij Dei vocabũtur. Beáti qui perſecutiônem patiúntur propter iuſtítiam, quóniam ipſôrum eſt regnũ cœlôrum. Beáti eſtis cum maledíxerint vobis hómines, & perſecúti vos fúerint, & díxerint omne malum aduérſum vos mentiéntes, propter me. Gaudête in illa die & exultâte, quóniam merces veſtra copiôſa eſt in cœlis. Credo.

Pſal. 67. Offert. Mirábilis Deus in ſanctis ſuis, Deus Iſraël ipſe dabit virtûtem & fortitúdinem plebi ſuæ: benedíctus Deus, alleluia. Secreta.

MUnera tibi Dómine noſtræ deuotiônis offérimus; quæ & pro tuôrum tibi grata ſint honôre iuſtôrum & nobis ſalutária te miſeránte reddántur.

Communio. Gaudête iuſti in Dómino, alleluia: rectos decet collaudátio, alleluia. Pſal. 32. Poſt communionem.

DA quęſumus Dómine fidélibus pópulis ómniũ ſanctôrum ſemper veneratiône lætári: & eôrum perpétua ſupplicatiône muníri. Per.

S. MALACHIÆ 5

Archiep. & cõf. Miſſ. Statuit &c. vt in cõm. confeſ. pontif. fol. 4. Vel dicâtur Collectæ propriæ, quas infra reperies. folio. 51.

SS. QVATVOR 8

Coronat. mart. Introitus.

INtret in conſpéctu tuo Dómine gémitus compeditôrum redde vicínis noſtris ſéptuplũ in ſinu eôrum, víndica ſánguinem ſanctôrum tuôrum qui effûſus eſt. Pſal. 78.

Pſal. Deus venérunt gentes in hęreditâtem tuam, polluérunt tẽplum ſanctum tuum, poſuérunt Hieruſalém, in pomôrum cuſtódiam. Ibi. Collecta.

PRæſta quæſumus omnípotens Deus, vt qui glorióſos mártyres Claudiũ, Nicó-

ſtratum, Sympronianum, Caſtórium atq; Simplícium, fortes in ſua confeſsiône cognóuimus pios apud te in noſtra interceſsiône ſentiâmus. Per.

Epiſtola. Reddet Deus. vt ſupra fol. 237.

Ibi. ℟. Víndica Dñe ſánguinem ſanctôrum tuôrum, qui effúſus eſt. ℣. Poſuérunt mortália ſeruôrum tuórum eſcas volatílibus cœli, carnes ſanctôrum tuôrum béſtijs terræ. Alleluia. ℣. Te mártyrum candidâtus, laudat exércitus Dómine. Alleluia.

Euangelium. Cum audieritis prælia. vt ſupra fol. 199.

Pſal. 123. Offerto. Anima noſtra ſicut paſſer erépta eſt, de láqueo venántium, láqueus contrítus eſt, & nos liberáti ſumus.

Secreta.

Benedíctio tua Dómine larga deſcēdat, quę & múnera noſtra deprecātibus ſanctis tuis tibi reddat accépta, & nobís ſacraméntum redēptiônis effíciat. Per Dóminū.

Pſal. 78. Cōmu. Poſuérunt mortália ſeruôrū tuôrū Dñe eſcas volatílibus cœli, carnes ſanctôrū tuôrū béſtijs terræ, ſecúndū magnitúdinē bráchij tui, póſside fílios morte punitôrū.

Poſt cōmun.

Cœléſtibus refécti ſacraméntis & gáudijs ſúpplices te Dómine deprecâmur, vt quorum gloriâmur triúmphis ⁊ protegâmur auxílijs. Per Dóminum noſtrum.

S. THEODORI 9
mart. Introitus.

Pſal. 20. In virtûte tua Dñe lætábitur iuſtus, & ſuper ſalutâre tuū exultâbit veheménter: deſidériū ánimæ eius tribuíſti ei.

Ibi. Pſal. Quóniam præueníſti eum in benedictiónibus dulcédinis, poſuíſti in cápite eius corônā de lápide pretióſo.

Collecta.

Deus qui nos B. Theodóri mártyris tui confeſſiône glorióſa circúndas & prótegis, præſta nobis eius imitatiône profícere ⁊ & oratiône fulcíri. Per Dóminum.

Epiſtola. Iuſtus ſi morte. vt in communi vnius martyris. fol. 1.

Ibi. ℟. Dómine præueníſti eum in benedictiônibus dulcédinis, poſuíſti in cápite eius corônam de lápide pretióſo. ℣. Vitam pétijt & tribuíſti ei longitúdinem diêrum in ſæculum ſæculi. Alleluia. ℣. Poſuíſti Dómine ſuper caput eius, corônam de lápide pretióſo. Alleluia.

Sequéntia ſancti Euangélij ſecúndum Lucam.

capi. 14. IN illo témpore: Dixit Ieſus diſcípulis ſuis. Si quis venit ad me, & non odit patrem ſuum, & matrẽ, & vxôrem, & fílios, & fratres, & ſorôres, adhuc autem & ánimã ſuam, nõ poteſt meus eſſe diſcípulus. Et qui nõ báiulat crucem ſuã, & venit poſt me, nõ poteſt meus eſſe diſcípulus. Quis enim ex vobis volens turrim ædificâre non prius ſedens cõputat ſumptus qui neceſſárij ſunt ſi hábeat ad perficiéndum, ne póſtea quã poſúerit fundaméntum, & nõ potúerit perfícere, omnes qui vident incípiant illúdere ei, dicẽtes, quia hic homo cœpit ædificâre, & non pótuit conſummâre? Aut quis rex itûrus cõmíttere bellum aduérſus álium regem, non ſedens prius cógitat ſi poſſit cũ decem míllibus occúrrere ei qui cũ vigínti míllibus venit ad ſe? Aliôquin adhuc illo lõge agénte legatiônem mittens, rogat ea quæ pacis ſunt. Sic ergo omnis ex vobis qui non renunciáuerit ómnibus quæ póſſidet, nõ poteſt meus eſſe diſcípulus.

Offert. Glória & honôre coronáſti eum, & cõſtituíſti eum ſuper ópera mánuum tuârũ Dómine. Pſal. 8.

Secreta.

SVſcipe Dómine fidélium preces cum oblatiónibus hoſtiârum, & intercedẽte B. Theodóro mártyre tuo, per hæc pię deuotiônis offícia ad cœléſtem glóriam tranſeâmus. Per Dóminum noſtrũ.

Communio. Poſuíſti Dómine in cápite eius, corônam de lápide pretióſo. Pſal. 20.

Poſt communionem.

PRæſta nobis Dñe quæſumus intercedénte beáto Theodóro mártyre tuo, vt quæ ore contíngimus? pura mente capiâmus. Per Dñm.

S. MARTINI 11

Epiſc. Euang. Sint lumbi veſtri. vt in commu. confeſ. Ponti. fol. 5. Cætera omnia ſicut in eius tranſla. ſupra fol. 216.

EODEM DIE S. Mennæ mart. Collecta.

PRæſta quæſumus omnípotens Deus, vt qui beáti Mennæ mártyris tui natalí-

tia cólimus: interceſsiône eius in tui nóminis amôre roborêmur. Secreta.

MVnéribus noſtris quæſumus Dómine précibuſq; ſuſcéptis, & cœléſtibus nos munda myſtérijs, & cleménter exáudi.

Poſt communionem.

DA quæſumus Dómine Deus noſter, vt ſicut tuôrum commemoratiône ſanctôrum, temporáli gratulâmur officio, ita perpétuo lætêmur aſpéctu.

13 S. BRITII EPIS. conf. cõme. Collecta. Deus qui animę. vt in cõm. fol. 14.

16 S. EDMVNDI Epiſc. confeſ. Miſſa. Statuit. vt in communi vnius confeſ. pont. fol. 4. Præter collectas ſequentes. Collecta.

DEus qui largífluæ bonitâtis conſilio Eccléſiam tuam B. Edmúndi confeſſôris tui atq; pontíficis, præclâræ vitæ méritis decoráſti, & glorióſis lętificáſti miráculis: concêde propícius nobis fámulis tuis, vt & ipſius in mélius reformêmur exêmplis: & ab ómnibus eius patrocínio protegâmur aduérſis. Per Dóminum. Secreta.

BEáti Edmúndi confeſſôris tui atq; pontíficis méritis, quæſumus Dómine múnera tibi offerénda compláceant, & oblâta nobis profíciant ad ſalûtem. Per Dñm.

Poſt communionem.

MEntes noſtras quæſumus Dómine ſuſcéptis róbora ſacraméntis, & ſicut eas B. Edmúndi confeſſôris tui atq; põtíficis dignâtus es nobis confortâre miráculis: ſic etiã iuuâre ſuffrágijs, & illuſtrâre dignêris exẽplis. Per.

S. ANIANI EPIS. & conf. cõme. Colle. Da quęſumus vt veneranda. vt in communi fol. 14. 17

S. ELIZABETH viduę comme. collecta Exaudi nos. vt in commu. fol. 15. 19

PRÆSENTATIONIS Beatiſsimæ Virg Mariæ Miſſa. Gaudeamus. ſicut in Nati. eiuſdẽ mutato nom. fol. 236. 21

EODEM DIE S. Colūbani Abbat.cōme. Collecta. Intercesſio. vt in commu.fol 14.

22 S. CÆCILIÆ VIRG. & mart. Introitus.

Pſal. 118. LOquêbar de teſtimónijs tuis in conſpéctu Regum & non confundêbar & meditâbar in mādátis tuisquę diléxi nimis.

Ibid. Pſal. Beáti immaculáti in via, qui ámbulant in lege Dómini. Collecta.

DEus qui nos ánnua B.Cęcilię mártyris tuæ ſolēnitâte lætíficas, da vt quā venerâmur offício, étiā piæ cōuerſatiônis ſequâmur exémplo. Epiſ. Cōfitebor tibi Dñe rex. vt in cōmu.virg.mart. fol 9.

Pſal 44. ℞. Audi fília & vide & inclína aurem tuam, quia concupiuit rex ſpéciem tuā. ℣. Spécie tua & pulchritúdine tua, inténde próſpere, procêde & regna.

1. corint. 11. Alleluia. ℣. AEmulor enim vos Dei æmulatiône, deſpóndi vos vni viro vírginem caſtam exhibêre Chriſto. Alleluia. Euang. Decem virginibus vt in eodē cōmu.fol 10.

Pſal 44. Offerto. Offeréntur regi vírgines próximæ eius offeréntur tibi in lætítia & exultatiône, adducéntur in templum Regi Dómino. Secreta.

HÆc hóſtia Dómine placatiônis & laudis, quæſumus, vt interueniénte B. Cęcília mártyre tua, nos tua propiciatiône dignos ſemper effíciat. Per Dóminum.

Commu. Confundántur ſupérbi, quia iniúſte iniquitâtem fecérunt in me, ego autem in mandátis tuis, exercêbor, in tuis iuſtificatiónibus vt non confúndar. Pſal. 118. Poſt communionem.

SAtiáſti Dómine famíliā tuam munéribus ſacris, eius quæſumus ſemper interuentiône nos réfoue, cuius ſolénnia celebrâmus. Per.

S. CLEMENTIS Papæ & mart. Introitus. 23

DIcit Dóminus: Sermónes mei quos dedi in os tuum, non defícient de ore tuo, adeſt enim nomen tuum, & múnera tua accépta erunt ſuper altári meo.

Pſal. Dómine exáudi oratiônem meam, & clamor meus ad te véniat. Pſal. 101. Gloria in excelſis. Collecta.

DEus qui nos ánnua beáti Cleméntis mártyris tui

atq; Pontíficis ſolénitâte lætíficas: concêde propicius, vt cuius natalítia cólimus: virtûtem quoq; paſsiônis imitêmur. Per Dóminum.

Epiſto. Iuſtus ſi morte. vt in communi vnius mart. fol. 1.

Pſal. 109. ℟. Iurâuit Dñs & non pœnitêbit eũ, tu es ſacérdos in ætérnum ſecúndum órdinem Melchiſedéch. ℣. Dixit Dóminus Dómino meo, ſede à dextris

Pſal. 91. meis. Alleluia. ℣. Iuſtus vt palma florêbit, & ſicut cedrus multiplicâbitur. Alleluia.

Euangel. Homo quidam peregre. vt in commu. confeſſ. pontifi. fol. 6.

Pſal 20. Offertorium. Poſuíſti Dómine in cápite eius, corônam de lápide pretióſo, vitam pétijt à te, tribuíſti ei, alleluia. Secreta.

MVnera Dómine oblâta ſanctífica & intercedénte B. Cleménte mártyre tuo per hæc nos à peccatôrum noſtrôrum máculis emũda. Per Dóminum noſtrum.

Mat. 24. Commu. Beâtus ſeruus quem cũ vénerit Dóminus inuénerit vigilãtem, amẽ dico vobis ſuper ómnia bona ſua conſtituet eũ. Poſt communio

COrporis ſacri & pretióſi ſánguinis repléti libámine quæſumus Dñe Deus noſter, vt quod pia deuotiône gérimus, certa redemptiône capiâmus. Per Dóminum.

EODEM DIE S. Felicitatis. cõme. Collecta.

PRęſta quęſumus omnípotens Deus, vt B. Felicitâtis mártyris tuę ſolénnia recéntes: méritis ipſius protegâmur & précibus. Secreta.

VOta pópuli tui Dñe propiciâtus inténde: & quorum nos tríbuis ſolénnia celebrâre, fac gaudêre ſuffrágijs. Poſt communionem.

SVpplices te rogâmus omnípotens Deus, vt interueniéntibus ſanctis tuis, & tua in nobis dona multíplices: & témpora noſtra diſpónas.

S. GRISOGONI mart. cõme. Collect. Adeſto Dñe qui ex iniquitate. vt in communi. fol. 13. 24

S. CATHERINÆ virg. mart. Miſſa Dilexiſti iuſtitiã. vt in cõm. fol. 10. vel dicâtur collectæ propriæ quas reperies infra fol. 51. 25

27 SS. AGRICOLÆ & Vitalis marty. commem. Collecta. Da quæſumus qui ſolénnia. vt in communi.fol. 13.

29 IN VIGILIA S.Andréæ. Introitus.

Mat. 4. DOminus ſecus mare Galilææ vidit duos fratres Petrũ & Andréam & vocâuit eos, venîte poſt me, fáciam vos fíeri piſcatóres hóminum.

Ibi. Pſalm. At illi contínuo relíctis rétibus & naui ſecúti ſunt eum.

Si fuerit Dominica. Glória in excelſis. Collecta.

QVæſumus omnípotens Deus vt B. Andréas Apóſtolus tuum pro nobis implôret auxilium, vt à noſtris reátibus abſolúti, à cunctis étiam perículis eruâmur. Per Dóminum noſtrum.

Léctio Epíſtolæ beati Pauli Apóſtoli ad Epheſios.

capi. 1. FRatres: Benedíctus Deus & pater Dómini noſtri Ieſu Chriſti, qui benedíxit nos in omni benedictiône ſpiritáli in cœléſtibus in Chriſto, ſicut elêgit nos in ipſo ante mundi conſtitutiônem, vt eſſêmus ſancti & immaculáti in conſpéctu eius in charitâte. Qui prædeſtinâuit nos in adoptiônem filiôrum per Ieſum Chriſtum ſecúndum propóſitum voluntâtis ſuæ in laudem glóriæ grátię ſuę, in qua gratificâuit nos in dilécto fílio ſuo. In quo habêmus redemptiônem per ſánguinem eius remiſsiônẽ peccatôrum ſecúndum diuítias grátię eius, quæ ſuperabundâuit in nobis, per Ieſum Chriſtum Dóminum noſtrum.

℟. Nimis honoráti ſunt amici tui Deus, nimis cõfortâtus eſt principâtus eôrum. ℣. Dinumerâbo eos & ſuper arênam multiplicabúntur. Pſal. 138. Si in Dóminica euenerit. Alleluia.

℣. Per manus autẽ apoſtolôrũ fiêbãt ſigna & prodígia multa in plebe. Alle. Act. 5.

Sequéntia ſancti Euangélij ſecúndum Ioánnem.

capi. 1. IN illo témpore: Stabat Ioánnes, & ex diſcípulis eius duo. Et reſpíciens Ieſum ambulántem dixit: Ecce agnus Dei. Et audiérunt eum duo diſcípuli loquẽtem,

atq; Pontíficis ſolénitâte lætíficas: concêde propicius, vt cuius natalítia cólimus: virtûtem quoq; paſsiônis imitêmur. Per Dóminum.

Epiſto. Iuſtus ſi morte. vt in communi vnius mart. fol. 1.

Pſal. 109. ℟. Iurâuit Dñs & non pœnitêbit eũ, tu es ſacérdos in ætérnum ſecúndum órdinem Melchiſedéch. ℣. Dixit Dóminus Dómino meo, ſede à dextris meis. Alleluia. ℣. Iuſtus vt palma

Pſal. 91. florêbit, & ſicut cedrus multiplicábitur. Alleluia.

Euangel. Homo quidam peregre. vt in commu. confeſſ. pontifi. fol. 6.

Pſal 20. Offertorium. Poſuiſti Dómine in cápite eius, corônam de lápide pretióſo, vitam pétijt à te, tribuiſti ei, alleluia. Secreta.

MVnera Dómine oblâta ſanctífica & intercedénte B. Cleménte mártyre tuo per hæc nos à peccatôrum noſtrôrum máculis emũda. Per Dóminum noſtrum.

Mat. 24. Commu. Beâtus ſeruus quem cũ vénerit Dóminus inuénerit vigilãtem, amẽ dico vobis ſuper ómnia bona ſua conſtituet eũ. Poſt communio

COrporis ſacri & pretióſi ſánguinis repléti libámine quæſumus Dñe Deus noſter, vt quod pia deuotiône gérimus, certa redemptiône capiâmus. Per Dóminum.

EODEM DIE

S. Felicitatis. cõme. Collecta.

PReſta quęſumus omnípotens Deus, vt B. Felicitâtis mártyris tuę ſolénnia recẽſéntes: méritis ipſius protegâmur & précibus. Secreta.

VOta pópuli tui Dñe propiciâtus inténde: & quorum nos tríbuis ſolénnia celebrâre, fac gaudêre ſuffrágijs. Poſt communionem.

SVpplices te rogâmus omnípotens Deus, vt interueniéntibus ſanctis tuis, & tua in nobis dona multíplices: & témpora noſtra diſpónas.

S. GRISOGONI 24

mart. cõme. Collect. Adeſto Dñe qui ex iniquitate. vt in communi. fol. 13.

S. CATHERINÆ 25

virg. mart. Miſſa Dilexiſti iuſtítiã. vt in cõm. fol. 10. vel dicãtur collectæ propriæ quas reperies infra fol. 51.

27 SS. AGRICOLÆ & Vitalis marty. commem. Collecta. Da quæſumus qui ſolénnia. vt in communi.fol. 13.

29 IN VIGILIA S. Andréæ. Introitus.

Mat. 4. DOminus ſecus mare Galilææ vidit duos fratres Petrũ & Andréam & vocâuit eos, venîte poſt me, fáciam vos fíeri piſcatóres hóminum.

Ibi. Pſalm. At illi contínuo relíctis rétibus & naui ſecúti ſunt eum.

Si fuerit Dominica. Glória in excelſis. Collecta.

QVæſumus omnípotens Deus vt B. Andréas Apóſtolus tuum pro nobis implôret auxilium, vt à noſtris reátibus abſolúti, à cunctis étiam perículis eruâmur. Per Dóminum noſtrum.

Léctio Epiſtolæ beati Pauli Apóſtoli ad Epheſios.

capi. 1. FRatres: Benedíctus Deus & pater Dómini noſtri Ieſu Chriſti, qui benedíxit nos in omni benedictiône ſpiritáli in cœléſtibus in Chriſto, ſicut elêgit nos in ipſo ante mundi conſtitutiônem, vt eſſêmus ſancti & immaculáti in conſpéctu eius in charitâte. Qui prædeſtinâuit nos in adoptiônem filiôrum per Ieſum Chriſtum ſecúndum propóſitum voluntâtis ſuæ in laudem glóriæ grátię ſuę, in qua gratificâuit nos in diléćto fílio ſuo. In quo habêmus redemptiônem per ſánguinem eius remiſsiônẽ peccatôrum ſecúndum diuítias grátię eius, quæ ſuperabundâuit in nobis, per Ieſum Chriſtum Dóminum noſtrum.

℞. Nimis honoráti ſunt amíci tui Deus, nimis cõfortâtus eſt principâtus eôrum. ℣. Dinumerâbo eos & ſuper arênam multiplicabúntur. Si in Dóminica euenerit. Alleluia. Pſal. 138.

℣. Per manus autẽ apoſtolôrũ fiêbãt ſigna & prodígia multa in plebe. Alle. Act. 5.

Sequéntia ſancti Euangélij ſecúndum Ioánnem.

IN illo témpore: Stabat Ioánnes, & ex diſcípulis eius duo. Et reſpíciens Ieſum ambulántem dixit. Ecce agnus Dei. Et audiérunt eum duo diſcípuli loquẽtem, capi. 1.

& ſecúti ſunt Ieſum. Conuérſus autem Ieſus & videns eos ſequéntes ſe, dicit eis. Quid quæritis? Qui dixérũt ei. Rabbí (quod dícitur interpretâtũ magíſter.) Vbi hábitas? Dicit eis. Venîte & vidête. Venérunt & vidérunt vbi manêret, & apud eum manſérũt die illo. Hora autem erat, quaſi décima. Erat autem Andréas frater Simônis Petri, vnus ex duôbus qui audíerãt à Ioánne, & ſecúti fúerant eum. Inuênit hic primum fratrem ſuum Simônem, & dicit ei. Inuénimus Meſsîam, quod eſt interpretâtum Chriſtus. Et adduxit eũ ad Ieſum. Intúitus autem eum Ieſus, dixit. Tu es Simõ fílius Iohãná, tu vocáberis Cephás, quod interpretâtur Petrus. In cráſtinum vóluit exîre in Galilæam, & inuênit Philíppum. Et dicit ei Ieſus. Séquere me. Erat autẽ Philíppus à Bethſái da ciuitâte Andréæ & Petri. Inuênit Philípp⁹ Nathanaél: & dicit ei. Quẽ ſcripſit Móyſes in lege & prophétæ, inuénimus Ieſum fílium Ioſeph à Nazaréth. Et dixit ei Nathanaél. A Nazaréth poteſt áliquid boni eſſe? Dicit ei Philíppus. Veni, & vide. Vidit Ieſus Nathanaél veniéntem ad ſe, & dicit de eo. Ecce verè Iſraelîta, in quo dolus non eſt. Dicit ei Nathanaél. Vnde me noſti? Reſpóndit Ieſus, & dixit ei. Priuſquam te Philíppus vocâret cum eſſes ſub ficu, vidi te. Reſpóndit ei Nathanaél, & ait. Rabbi, tu es fílius Dei, tu es Rex Iſraél. Reſpóndit Ieſus, & dixit ei. Quia dixi tibi, vidi te ſub ficu credis, maius his vidêbis. Et dicit ei. Amén amẽ dico vobis, vidébitis cœlum apértum & ángelos Dei aſcendéntes & deſcendéntes, ſupra fílium hóminis.

Si fuerit Dominica Credo.

Offertorium. Glória & honóre coronáſti eum, & conſtituíſti eum ſuper ópera mánuum tuârum Dómine. Pſal. 8.

Secreta.

SAcrándum tibi Dómine munus offérimus, quo beáti Andréæ ſoléñnia recoléntes, purificatiõnẽ quoque noſtris méntibus implorâmus. Per Dóminum noſtrum Ieſum Chriſtum.

Ioã. 1. Communio. Dicit Andréas Simóni fratri ſuo: Inuénimus Meſsîam, qui dícitur Chriſtus, & addúxit eum ad Ieſum. Poſt communio.

PErcéptis Dómine ſacraméntis ſuppliciter exorâmus, vt intercedénte beáto Andréa Apóſtolo tuo, quæ pro illius veneránda gérimus paſsiône: nobis profíciant ad medêlã. Per Dñm.

EODEM DIES S. Saturnini mart. Collecta.

DEus qui nos B. Saturníni mártyris tui concêdis natalítio pérfrui: eius nos tríbue méritis adiuuári. Secre.

MVnera tibi Dómine dicâta ſanctífica, & intercedéte beáto Saturníno mártyre tuo per éadem nos placâtus inténde. Poſt cõmunio.

SAnctíficet nos Dñe quę ſumus tui percéptio ſacraméti: & interceſsiône ſanctôrum tibi reddat accéptos.

30 IN DIE S. ANdréæ. Introitus.

Pſal. 138. MIhi auté nimis honoráti ſunt amíci tui Deus, nimis cõfortâtus eſt principâtus eôrũ. Pſal. Dómine probáſti me & cognouíſti me, tu cognouíſti ſeſsiônem meã & reſurrectiônem meã. Colle. Ibid.

MAieſtâtẽ tuam Dñe ſupplíciter exorâmus, vt ſicut Eccléſiæ tuæ B. Andréas Apóſtolus éxtitit prædicâtor & rector: ita apud te ſit pro nobis perpétuus intercéſſor. Per Dóminum noſtrum.

Léctio Epíſtolę B. Pauli Apóſtoli ad Romanos.

Cap. 10. FRatres: Corde créditur ad iuſtítiam, ore autem conféſsio fit ad ſalûtem. Dicit enim ſcriptûra. Omnis qui credit in illum, non cõfundêtur. Non enim eſt diſtínctio Iudæi & Græci. Nã idẽ Dñs ómnium, diues in omnes qui ínuocant illum. Omnis enim quicúnq; inuocáuerit nomẽ Dñi, ſaluus erit. Quómodo ergo inuocabũt in quem non credidérunt? Aut quómodo credent ei quem non audiérunt? Quómodo autẽ áudient ſine prædicánte? Quómodo vero prædicábunt niſi mittãtur? Sicut ſcriptum eſt. Quam ſpecióſi pedes euangelizántium pacem, euangelizántiũ

bona. Sed non omnes obédiunt euangélio. Iſaías enim dicit. Dñe, quis crédidit audítui noſtro? Ergo fides ex audítu, audîtus autẽ per verbum Chriſti. Sed dico. Nunquid non audiérunt? Et quidem in omnem terram exîuit ſonus eôrum, & in fines orbis terræ verba eôrum.

Pſal. 44. ℟. Conſtítues eos príncipes ſuper omnem terram, mémores erunt nómi nis tui Dñe. ℣. Pro pátribus tuis nati ſunt tibi fílij, proptérea pópuli confite búntur tibi. Alleluia. ℣. Diléxit Andrêam Dñs, in odôrẽ ſuauitâtis. Alleł.

Sequéntia ſancti Euangélij ſecúndum Matthæum.

capl. 4. IN illo témpore: Ambulans Ieſus iuxta mare Galilęæ, vidit duos fratres Simônẽ qui vocâtur Petrus, & Andrêam fratrem eius mitténtes rete in mare. Erant enim piſcatóres. Et ait illis. Venîte poſt me, & fáciam vos fíeri piſcatóres hóminum. At illi contínuo relíctis rétibus: ſecúti ſunt eum. Et procédens inde, vidit alios duos fratres, Iacóbum Zebedæi, & Ioánnem fratrem eius, in naui cum Zebedæo patre eôrum, reficiéntes rétia ſua. Et vocâuit eos. Illi autẽ ſtatim relíctis rétibus & patre, ſecúti ſunt eum. Credo.

Offer. Mihi autem nimis honorificâti ſunt amíci tui Deus, nimis confortâtus eſt principâtus eôrum. Pſal. 138. Secreta.

SAcrifícium noſtrum tibi Dñe quæſumus beáti Andréæ precátio ſancta concíliet, vt cuius honôre ſolénniter exhibêtur, méritis efficiâtur accéptum. Per. Præfa. Te Dñe ſuppliciter. fol. 141.

Commu. Venîte poſt me, fáciam vos piſcatóres hóminum, at illi relíctis rétibus & naui ſecúti ſunt Dóminum. Mat. 4.

Poſt communionem.

SVmpſimus Dñe diuîna myſtéria B. Andréæ feſtiuitâte lætántes, quę ſicut tuis ſanctis ad glóriam, ita nobis quęſumus ad véniam prodéſſe perfícias. Per Dóminum.

****

FESTA DECEMBRIS.

S. ELIGII EPISC. 1

Conf. Miſſa Statuit. vt in cõmu. cõf. Pót. fol. 4. Sed colle. Da quæſumus omnípotens Deus. vt in eod. cóm. fol. 5.

EO-

EODEM DIE SS. Cryſanti Mauri, & Darię mart. cõme. Collecta. Deus qui natalitia. vt in cõm. fo. 14

6 S. NICOLAI EPIS. confeſſ. Miſſa Statuit. vt in commu. conf. Pont. fol. 4.

7 OCTAVÆ S. ANdreæ, Miſſa vt in die.

8 CONCEPTIONIS Beatiſsimæ virg. Mariæ Miſſa vt in eius Natiuitate muta to nomine fol. 236.

11 S. DAMASI PAPÆ commem. Collecta.

EXaudi Dómine quæſumus preces noſtras: & interueniénte beáto Dámaſo confeſſôre tuo atque pontífice, ſupplicatiónes noſtras placâtus inténde.

Secreta.

ACcépta tibi ſit Dómine ſacræ plebis oblátio pro tuôrum honôre ſanctôrum, quorum ſe méritis percepíſſe de tribulatiône cognóſcit auxílium.

Poſt communionem.

DA quæſumus Dómine fidélibus pópulis ſanctôrum tuôrum ſemper veneratiône lætári: & eôrum perpétua ſupplicatiône muníri. Per Dóminum noſtrum Ieſum Chriſtum filium tuum.

S. LVCIÆ VIRG. mart. Miſſa Dilexiſti. vt in commu. fol. 10. 13

S. BARBARÆ VIRginis marty. commemo. collecta. Omnipotens qui infirma mundi. vt in communi. folio. 15. 16

EXPECTATIONIS partus Beatiſsimæ virginis Mariæ vt in Annuntiatione eiuſd. fol. 193. Collect. Deus qui de Beátæ Mariæ, ſine, hodierna die. 18

SANCTI THOMÆ Apóſtoli. Introitus. 21

MIhi autem nimis honoráti ſunt amíci tui, Deus: nimis confortâtus eſt principátus eôrum.

Pſalm.

Ibi. Pſal. Dómine probáſti me & cognouíſti me, tu cognouíſti ſeſsiónem meã & reſurrectiónem meam. Gloria in excelſis.

Collecta.

QVæſumus omnípotens Deus, vt beâtus Thomas Apóſtolus tuum pro nobis implôret auxílium, vt à noſtris reátibus abſolúti, à cũctis étiam perículis exuâmur. Per Dóminum noſtrum.

Léctio Epiſtolę B. Pauli Apoſtoli ad Ephéſios.

Cap. 2. FRatres: Iam non eſtis hóſpites & áduenę, ſed eſtis ciues ſanctôrum & doméſtici Dei, ſuperædificáti ſuper fundaméntum Apoſtolôrum & prophetârum ipſo ſummo angulári lápide Chriſto Ieſu. In quo omnis ædificátio conſtrúcta: creſcit in templum ſanctũ in Dño. In quo & vos coædificámini in habitáculum Dei, in Spíritu ſancto.

Pſal. 18. ℟. In omnem terram exîuit ſonus eôrum, & in fines orbis terræ verba eôrum. Ibid. ℣. Cœli enárrant glóriam Dei, & ópera mánuum eius annúnciat firmaméntum. Pſal. 138. Alleluia. ℣. Nimis honoráti ſunt amíci tui Deus nimis confortátus eſt principâtus eôrum. Alleluia.

Sequéntia ſancti Euangelij ſecúndum Ioánnem.

Cap. 20. IN illo témpore: Thomas vnus de duódecim qui dícitur Dídimus non erat cum eis quando venit Ieſus. Dixérunt ergo ei álij diſcípuli. Vídimus Dóminum. Ille autem dixit eis. Niſi vídero in mánibus eius fixûram clauôrum, & mittam dígitum meum in locum clauôrum, & mittã manum meam in latus eius, non credam. Et poſt dies octo, íterum erãt diſcípuli eius intus, & Thomas cum eis. Venit Ieſus iánuis cláuſis, & ſtetit in médio, & dixit. Pax vobis. Deínde dicit Thomæ. Infer dígitũ tuum huc, & vide manus meas, & affer manũ tuã, & mitte in latus meũ, & noli eſſe incrédulus ſed fidêlis. Reſpóndit Thomas, & dixit ei. Dóminus meus, & Deus meus. Dicit ei Ieſus. Quia vidíſti me credidíſti, beáti qui non vidérunt, & credidérunt. Credo.

Pſal. 44. Offertor. Conſtítues eos príncipes ſuper omnem terram, mémores erunt nóminis tui: in omni progénie &

gene-

generatiône. Secreta.

SAcrándum tibi Dómine munus offérimus, quo B. Thomę ſolénnia recoléntes, purificatiônem quoq; noſtris méntibus implorâmus. Per. Præfatio. Te Dómine ſuppliciter. fol. 141.

Mat. 10. Commun. Mitte manum tuam, & cognóſce loca clauôrum, alleluia, & noli eſſe incrédulus, ſed fidêlis, alleluia, alleluia. Poſt communio.

PErcéptis Dómine ſacraméntis ſuppliciter exorâmus, vt intercedénte B. Thoma Apóſtolo tuo: quæ pro illîus veneránda gérimus paſſiône: nobis profíciant ad medêlam. Per Dóminum.

MISSA IN NOVA Eccleſiæ dedicatione poſt benedictionem altaris. Introitus. Epiſtola, &c. quæ hic abbreuiantur, vt in propria Miſſa dedicationis anniuerſariæ. Terribilis. vt infra Collect.

DEus qui inuiſibiliter ómnia côntines, & tamen pro ſalûte géneris humáni, ſigna tuæ poténtiæ viſibíliter oſténdis: têplum hoc poténtia tuæ inhabitatiônis illúſtra, vt omnes qui huc deprecatúri conuéniunt: ex quacũque tribulatiône ad te clamáuerint conſolatiônis tuæ benefícia conſequántur. Per.

Epiſt. Vidi ciuitâtē ſanctam. ℟. Locus iſte. ℣. Deus cui. Allel. ℣. Adorâbo ad templum. Alleluia.

Sequéntia ſancti Euangélii ſecúndum Lucam.

INillo témpore: Ingréſſus Ieſus perambulâbat Hierichó. Et ecce vir nómine Zachæus, & hic erat princeps publicanôrum, & ipſe diues. Et quærêbat vidêre Ieſum quis eſſet, & non póterat præ turba quia ſtatúra puſillus erat. Et præcúrrens aſcéndit in árborem ſycomôrum vt vidêret illum quia inde erat tranſitûrus. Et cum veníſſet ad locum, ſuſpíciens Ieſus vidit illum, & dixit ad eum. Zachæe feſtínans deſcénde, quia hódie in domo tua opórtet me manêre. Et feſtínans deſcendit & excêpit illum gaudens. Et cum vidérent omnes, murmurábant dicentes, quod ad hóminem peccatôrem diuertíſſet. Stans autem Cap. 19.

Zachæus dixit ad Ieſum. Ecce dimídium bonôrum meôrum Dómine do paupéribus, & ſi quid áliquem defraudáui, reddo quádruplum. Ait Ieſus ad eum. Quia hódie ſalus dómui huic facta eſt, eo quod & ipſe fílius ſit Abrahæ. Venit enim fílius hóminis quærere & ſaluum fácere, quod períerat. Credo.

Offertorium. Dómine Deus in ſimpli.

Secreta.

OMnípotens ſempitérne Deus altâre nómini tuo dicâtum cœléſtis virtûtis benedictiône ſanctífica & ómnibus in te ſperántibus auxílij tui munus oſténde vt hic ſacramentôrum virtus, & votôrum obtineâtur effectus. Per Dóminum noſtrum.

Communio. Domus mea.

Poſt communionem.

QVæſumus omnípotens Deus, vt hoc in loco quem nómini tuo indígni dicáuimus, cunctis peténtibus aures tuæ pietâtis accómmodes. Per Dóminum noſtrum.

IN ANNIVERſaria Eccleſiæ Dedicatione.

Introitus.

TErríbilis eſt locus iſte, hic domus Dei eſt & porta cœli, & vocabitur aula Dei, alleluia. Gen. 28.

Pſalm. Quam diléćta tabernácula tua Dómine virtûtum: concupíſcit & déficit anima mea in átria Dómini. Pſal. 83.

Collecta.

DEus qui nobis per ſingulos annos huius ſancti templi tui conſecratiônis réparas diem, & ſacris ſemper myſtérijs repræſéntas incólumes exáudi preces pópuli tui, & præſta vt quiſquis hoc templum beneficia petitûrus ingréditur, cuncta ſe impetráſſe lætêtur. Per Dóminum noſtrum.

Léctio libri Apocalypſis B. Ioánnis Apóſtoli.

IN diêbus illis: Vidi ciuitâtem ſanctam Hieruſalém nouam deſcendéntem de cœlo à Deo parâtam, ſicut ſponſam ornâtam viro ſuo. Et audíui vocem magnam de throno dicéntem. Ecce tabernáculum Dei cum homínibus & habitâbit cum eis. Et ipſi pópulus eius erunt & ipſe Deus cum eis erit eôrũ Deus. Cap. 21.

Et abſtérget Deus omnem láchrymam ab óculis eôrum, & mors non erit vltra neque luctus, neq; clamor, neq; dolor erit vltra, quæ prima abiérunt. Et dixit qui ſedêbat in throno. Ecce noua fácio ómnia.

℟. Locus iſte à Deo factus eſt inæſtimábile ſacraméntum irreprehenſíbilis eſt. ℣. Deus cui aſtat angelô-
Pſal. 137. rum chorus, exáudi preces ſeruôrum
tuôrum. Alleluia. ℣. Adorâbo ad
templum ſanctum tuum & confitébor
Pſal. 124. nómini tuo. Alleluia. ℣. Qui confi-
dunt in Dómino ſicut mons Sion, non commouébitur in ætérnum qui hábitat in Hieruſalém. Si tempore Paſchali euener. hæc duo vltima Alleluia dicantur. Si in Septuageſ. Tractus.

Ibid. QVi confidunt in Dómino ſicut mons Sion, non commouébitur in ætérnum qui hábitat in Hieruſalem. ℣. Montes in circuítu eius & Dóminus in circuítu pópuli ſui ex hoc nũc & vſq; in ſæculum.

Sequéntia ſancti Euangélij ſecúndum Lucam.

Cap. 6. IN illo témpore: Dixit Ieſus diſcípulis ſuis. Non eſt arbor bona quæ facit fructus malos, nec arbor mala fáciens fructum bonum. Vnaquæque enim arbor, de fructu ſuo cognóſcitur. Neq; enim de ſpinis cólligunt ficus, neque de rubo vindémiant vuam. Bonus homo de bono theſáuro cordis ſui profert bonum, & malus homo de malo theſáuro profert malum. Ex abundántia enim cordis, os lóquitur. Quid enim vocâtis me Dómine Dómine, & non fácitis quæ dico? Omnis qui venit ad me & audit ſermónes meos & facit eos, oſténdam vobis cui ſímilis eſt. Símilis eſt hómini ædificánti domum: qui fodit in altum, & póſuit fundaménta ſupra petram. Inundatiône autem facta illîſum eſt flumen dómui illi, & non pótuit eam mouêre. Fundâta enim erat ſupra petram.

Credo.

Offertorium. Dómine Deus 1. Para.
in ſimplicitáte cordis mei lætus ób- 29.
tuli vniuérſa & pópulum tuum qui repértus eſt vidi cum ingénti gáudio, Deus Iſraél cuſtódi hanc voluntâtem, alleluia.

Secreta.

ANnnue quæſumus Dómine précibus noſtris, vt quicúnque intra templi huius, cuius Anniuerſárium dedicatiônis diem celebrâmus, ámbitum continêmur, plena tibi atque perfécta cór poris & ánimæ deuotiône placeâmus, vt dum hæc præſéntia vota réddimus ad ætér na præmia te adiuuánte venîre mereâmur. Per Dóminum noſtrū Ieſum Chriſtū.

Mat. 21. Communio. Domus mea domus oratiônis vocábitur dícit Dóminus: in ea omnis qui petit áccipit, & qui quærit ínuenit, & pulſánti aperiêtur, alleluia, alleluia.

Poſt communionem.

DEus qui Eccleſiam tuá ſponſam vocâre dignâtus es, vt quæ habêret grátiam per fídei deuotiônem habêret étiam ex nómine pietâtem, da vt omnis hæc plebs nómini tuo ſéruiens huius vocábuli conſórtio digna eſſe mereâtur ☩ & Eccléſia tua in templo cuius anniuerſárius dedicatiônis dies celebrâtur tibi collécta, te tímeat, te díligat ☩ te ſequâtur, vt dum iúgiter per veſtígia tua gráditur ☩ ad cœléſtia promíſſa te ducénte peruenîre mereâtur. Qui viuis & regnas cum Deo Patre.

COMMVNE SANCTORVM.

COMMVNE vnius Martyris.

De vno martyre officium.

Introitus.

Pſal. 63. LÆtábitur iuſtus in Dómino: & ſperâbit in eo: & laudabúntur omnes recti corde.

Ibid. Pſal. Exaudi Deus oratiônem meam cum déprecor: à timôre inimíci éripe ánimam meam. Collecta.

ADesto Dómine ſupplicatiónibus noſtris: vt qui ex iniquitâte noſtra reos nos eſſe cognóſcimus: beáti. N. mártyris tui atq; pontíficis intercesſiône liberêmur. Per.

¶ Léctio libri Sapiéntiæ.

Ca. 4. IVſtus ſi morte præoccupâtus fúerit: in refrigério erit. Senéctus enim venerábilis eſt non diutúrna: neq; número annôrũ computâta. Cani ſunt autem ſenſus hóminis: & ętas ſenectûtis vita immaculâta. Placens Deo factus diléctus: & viuẽs inter peccatóres tranſlâtus eſt. Raptus eſt ne malítia mutâret intelléctum illîus: aut ne fíctio decíperet animã illîus. Conſummâtus in breui explêuit témpora multa: plácita enim Deo erat ánima illîus. Propter hoc properâuit edúcere illum de médio iniquitâtum: quóniã grátia Dei & miſericórdia eſt in ſanctos eius: & reſpéctus in eléctos illîus.

℟. Poſuíſti Dñe ſuper caput eius corônam de lápide pretióſo. Pſal. 20. ℣. Deſidériũ ánimæ eius tribuíſti eí: & voluntâte labiôrum eius non fraudáſti eum. Alleluia. ℣. Lætábitur iuſtus in Dómino, Pſal. 63. & ſperâbit in eo: & laudabuntur omnes recti corde.

Sequéntia Sancti Euangélij ſecúndum Ioánnem.

IN illo tempore. Dixit Ca. 12. Ieſus diſcípulis ſuis Amen amen dico vobis, niſi granum frruménti cadens in terram mórtuum fúerit: ipſum ſolum manet. Si autem mórtuum fúerit: multum fructum affert.

Qui amat ánimam ſuam: perdet eam. Et qui odit ánimam ſuam in hoc mundo: in vitam ætérnam cuſtôdit eam. Si quis mihi miníſtrat: me ſequâtur. Et vbi ſum ego: illic & miníſter meus erit. Si quis mihi miniſtráuerit: honorificâbit eum pater meus qui eſt in cœlis.

Pſal. 8. Offertorium. Glória & honôre coronáſti eum: & conſtituíſti eum ſuper ópera mánuum tuârum Dómine.

Secreta.

MVnéribus noſtris quęſumus Dómine précibuſque ſuſcéptis: & cœléſtibus nos munda myſtérijs & clementer exáudi. Per.

Luc. 9. Commu. Qui vult venîre poſt me, ábneget ſemetípſum: & tollat crucem ſuã, & ſequâtur me. Poſt comm.

QVæſumus omnípotens Deus: vt qui cœléſtia aliménta percépimus: intercedénte beáto Thoma mártyre tuo atque pontífice: per hæc contra omnia aduérſa muniamur. Per.

Pro. SS. Blaſio & Lamberto.

Collecta.

DEus qui nos beáti. N mártyris tui atq; pontíficis ánnua ſolenitâte lętíficas: concêde propícius: vt cuius natalítia cólimus: de eiúſdem étiam protectiône gaudeâmus. Per Dóminum.

Secreta.

MVnera tibi Dómine dicâta ſanctífica, & intercedénte beato N. mártyre tuo atq; pontífice, per éadem nos placâtus inténde. Per.

Poſt communio.

HÆc nos communio Dómine purget à crímine: & intercedénte beato. N. mártyre tuo atq; põtífice, cœléſtis remédij fáciat eſſe conſórtes, Per Dóminum.

Alia Epíſtola. Léctio Epiſtolæ Beáti Petri Apóſtoli.

1. c. 4. CHaríſsimi: Communicãtes Chriſti paſsiónibus, gaudête: vt & in reuelatiône glórię eius gaudeâtis exultántes. Si exprobrámini in nómine Chriſti, beáti éritis: quóniã quod eſt honôris, glóriæ & virtûtis Dei, & qui eſt eius Spíritus, ſuper vos requiéſcit. Nemo autem veſtrum patiâtur vt homicîda, aut fur, aut malédicus, aut alienôrũ appetîtor. Si autẽ vt Chriſtiânus

non

non erubéſcat, gloríficet autem Deum in iſto nómine. Quóniam tempus eſt, vt íncípiat iudícium à domo Dei. Si autem primùm à nobis: quis finis eôrum qui non credunt Dei Euangélio? Et ſi iuſtus quidem vix ſaluàbitur: ímpius & peccâtor vbi parébunt? Itaque & hi qui patiúntur ſecúndũ voluntâtẽ Dei: fidéli creatóri comméndent ánimas ſuas in benefáctis.

Aliud Euangelium.

Sequéntia ſancti Euangélij ſecúndum Matthæum.

Cap. 16. IN illo tẽmpore: Dixit Ieſus díſcipulis ſuis. Si quis vult venîre poſt me, ábneget ſemetípſum, & tollat crucem ſuã, & ſequâtur me. Qui enim volúerit ánimã ſuam ſaluam fácere, perdet eam. Qui autem perdíderit ánimam ſuã propter me, inuéniet eam. Quid enim prodeſt hómini, ſi vniuérſum mundum lucrêtur, ánimæ veró ſuæ detriméntum patiâtur? Aut quam dabit homo commutatiônem pro ánima ſua? Fílius enim hóminis ventûrus eſt in glória Patris ſui cum Angelis ſuis: & tunc reddet vnicuîque ſecúndum ópera ſua.

DE VNO MART.

Aliud officium

Introitus.

PRotexíſti me Deus à conuéntu malignantium, alleluia: à multitudine operántium iniquitâtem, alleluia, alleluia. Pſal. 63.

Pſalm. Exáudi Deus oratiônẽ meã, cum déprecor: à timore inimíci éripe ánimam meam. ℣. Glória Patri. Ibi.

Pro Martyre Pontifice.

Collecta.

INfirmitâtem noſtram réſpice omnípotens Deus: & quia pondus própriæ actiônis grauat: beáti. N. mártyris tui atque pontíficis intercéſsio gloriôſa nos prótegat. Per Dóminum noſtrum,

Alia Collecta.

PRæſta, quæſumus omnípotens Deus; vt qui beáti. N. mártyris tui, natalítia cólimus: interceſsiône eius in tui nóminis amôre roborêmur. Per Dominum noſtrum.

Pro Martyre, alia Collecta.

PRæſta quæſumus omnípotens Deus: vt intercedénte beáto. N. mártyre tuo, & á cunctis aduerſitátibus liberêmur in córpore: & á prauis cogitatiónibus mundêmur in mente. Per Dóminum noſtrum.

¶ Léctio libri Sapiéntiæ.

Eccli. 31. BEâtus vir qui inuéntus eſt ſine mácula: & qui poſt aurum, non ábijt, nec ſperâuit in pecúniæ theſáuris Quis eſt hic & laudábimus eum? Fecit enim mirabília in vita ſua. Qui probâtus eſt in illo & perféctus inuétus eſt: & erit illi glória ęterna. Qui pótuit tránſgredi & non eſt tranſgréſſus: & fácere mala & non fecit. Ideo ſtabilîta ſunt bona illîus in Dómino: & eleemoſynas illîus enarrâbit omnis Eccléſia ſanctôrũ.

Pſal. 88. ℟. Inuéni Dauid ſeruum meum, óleo ſáncto vnxi eum, manus enim mea auxiliábitur ei, & bráchium meum confortâbit eum. ℣. Nihil profíciet inimîcus in eo, & fílius iniquitâtis non nocêbit eum. Pſal. 20. Alleluia. ℣. Poſuíſti Dómine ſuper caput eius corônam de lápide pretióſo. In tempore Paſchali. Alleluia, ℣. Beâtus vir, qui timet Dóminum, in mandátis eius cupit nimis, alleluia. Pſal. 111.

In.lxx. Tractus.

Pſal. 20. DEſidérium ánimæ eius tribuíſti ei & volũtâte labiôrum eius nõ fraudáſti eum. ℣. Quóniam præueniſti eum in benedictióne dulcédinis. ℣. Poſuíſti ſuper caput eius corônam de lápide pretióſo.

Sequéntia ſancti Euangélij ſecúndum Ioánnem.

Ca. 16. IN illo témpore: Dixit Ieſus diſcípulis ſuis. Amén, amen dico vobis: quia plorábitis, & flébitis vos, mundus autẽ gaudêbit: vos autem contriſtabímini, ſed triſtítia veſtra vertêtur in gáudium. Múlier cũ parit, triſtítiam habet, quia venit hora eius: cùm autem péperit púerum, iam non méminit preſſúræ propter gáudium, quia natus eſt homo in mundum. Et vos ígitur, nũc quidem triſtítiam habêtis, íterũ autẽ vidêbo vos, & gaudêbit cor veſtrũ: & gáudium veſtrum nemo tollet à vobis.

Pſal. 20. Offert. Poſuíſti Dómine, in cápite eius corônam de lápide pretióſo: vitã pétijt à te, & tribuíſti ei, alleluia.

Secreta.

OBlatis, quæſumus Dómine placâre munéribus, & intercedénte beato. N. màrtyre tuo, à cunctis nos defénde perículis.

Pſal. 20. Cõm. Magna eſt glória eius in ſalutári tuo: glóriā & magnū decôrem impónes ſuper eū, Dñe. Poſt Cõm.

SIt nobis Dómine reparátio mentis & córporis cœléſte myſtérium, vt cuius exéquimur actiônem ⁊ ſentiâmus effé ctum. Per.

COMMVNE plurimorum Martyrum

Introitus.

Pſal. 78. INtret in conſpéctu tuo Dómine, gémitus compeditôrum: redde vicínis noſtris ſéptuplum in ſinu eôrum: víndica ſánguinem ſanctôrum tuôrum, qui effûſus eſt.

Ibid. Pſalm. Deus venérunt gentes in hæreditâtem tuam: polluérunt templum ſanctum tuum: poſuérunt Hieruſalém in pomôrum cuſtódiam. ℣. Glória. Collecta.

DEus, qui nos ánnua ſanctôrū mártyrum tuôrū. N. & N. ſolennitâte lætíficas: cōcêde propícius: vt, quorū gaudêmus méritis, inſtruâmur exémplis. Per Dóminū.

Léctio Epiſtolæ Beáti Pauli Apóſtoli ad Hebræos.

FRatres: Sancti per fidē vicérūt regna: operáti ſunt iuſtítiam: adépti ſunt repromiſsiónes: obturauérunt ora leônū: extinxérunt ímpetum ignis: effugauérūt áciem gládij: conualuérunt de infirmitâte: fortes facti ſunt in bello: caſtra vertérunt exterôrū: accepérunt mulíeres de reſurrectiône mórtuos ſuos. Alij autē diſtēti ſunt: non ſuſcipiētes redēptiônē, vt meliôrē inuenírent reſurrectiônē. Alij veró ludíbria & vérbera expérti, inſuper & víncula & cárceres: lapidáti ſunt, ſecti ſunt, tētáti ſunt, in occiſiône gládij mórtui ſunt. Circuiérunt in melótis, in péllibus caprínis: egéntes, anguſtiáti, afflicti: quibus dignus non erat mundus. In ſolitudínibus errántes, in móntibus & ſpelúncis, & in cauérnis terræ. Et hi omnes, teſtimónio fidei probáti inuénti ſunt, In Chriſto Ieſu Dómino noſtro. cap. 11.

Exo. 15. ℟.Glorióſus Deus in ſanctis ſuis: mirábilis in maieſtâte, faciens prodígia. ℣. Déxtera tua Dómine, glorificâta eſt in virtûte, déxtera manus tua confrêgit inimícos. Alleluia, ℣. Corpora Eccli. 44. ſanctôrum in pace ſepúlta ſunt, & nómina eórum viuent in generatióne & generatiônem, Alleluia.

Sequéntia ſancti Euangélij ſecúndum Matthæum.

capi. 5. IN illo témpore: Videns Ieſus turbas, aſcéndit in montem. Et cum ſedíſſet, acceſſérunt ad eum diſcípuli eius: & apériens os ſuum, docêbat eos, dicens. Beáti páuperes ſpíritu: quóniam ipſôrũ eſt regnũ cœlôrũ. Beáti mites: quóniam ipſi poſsidébunt terrã. Beáti qui lugẽt: quóniam ipſi cõſolabũtur. Beáti qui eſúriunt, & ſitiũt iuſtítiam: quóniam ipſi ſaturabũtur. Beáti miſericórdes: quóniam ipſi miſericórdiam cõſequéntur. Beáti mundo corde: quóniã ipſi Deum vidébunt. Beáti pacífici: quóniam fílij Dei vocabúntur. Beáti, qui perſecutiônem patiúntur propter iuſtítiam: quóniam ipſôrum eſt regnum cœlôrũ. Beáti eſtis, cũ maledíxerint vobis hómines, & perſecúti vos fúerint, & díxerint omne malũ aduerſum vos, mentiéntes, propter me. Gaudête in illa die & exultâte: quóniam merces veſtra copióſa eſt in cœlis.

Offerto. Lætámini in Dómino, & exultâte iuſti: & gloriámini omnes recti corde. Pſal. 31.

Secreta.

HOſtia hæc quæſumus Dómine, quã in ſanctôrum tuôrum natalítijs recenſéntes offérimus: & víncula noſtrę prauitâtis abſóluat, & tuæ miſericórdiæ nobis dona concíliet. Per Dóminum.

Cómu. Iuſtôrũ ánimæ in manu Dei ſunt, & non tanget illos torméntũ malitiæ: viſi ſunt óculis inſipiéntium mori: illi autem ſunt in pace. Sap. 3.

Poſt cõmu.

SAcro múnere ſatiáti, ſúpplices te Dómine deprecâmur: vt quòd débitæ ſeruitûtis celebrâmus officio ſaluatiônis tuæ ſentiâmus augméntum. Per Dóminum.

Aliud Euangelium.

Sequéntia ſancti Euangélij ſecúndum Matthæum.

IN illo témpore: Reſpóndens Ieſus, dixit Confíteor tibi pater capi. 11.

Dómine cœli & terræ : quia abſcondíſti hæc à ſapiéntibus & prudéntibus & reueláſti ea páruulis. Ita pater quóniam ſic fuit plácitum ante te. Omnia mihi trádita ſunt à patre meo. Et nemo nouit fílium niſi pater : neque patrem quis nouit niſi fílius, & cui volúerit fílius reuelâre? Venîte ad me omnes qui laborâtis & oneráti eſtis : & ego reficiam vos. Tóllite iugum meum ſuper vos: & díſcite à me, quia mitis ſum & húmilis corde; & inueniêtis requiem animâbus veſtris. Iugum enim meum ſuâue eſt: & onus meum leue eſt.

DE EODEM
Communi, alia Miſſa.
Introitus.

Ecli. 44. SApientiam ſanctôrũ narrent pópuli : & laudes eôrũ núnciet Eccléſia: nómina autem eôrũ viuent in ſæculum ſæculi. Pſalm. Exultâte iúſti in Dómino: rectos decet collaudátio. ℣. Glória Patri. Pſal. 32.

Collecta:

DEus, qui nos concêdis ſanctôrum mártyrum tuôrum. N. & N. natalítia cólere : da nobis in ætérna beatitúdine de eôrum ſocietâte gaudêre. Per Dóminum noſtrum.

Léctio libri Sapiéntiæ.

IVſti in perpétuum viuét, & apud Dóminũ eſt merces eorum : & cogitátio eôrum apud Altíſsimum. Ideo accípient regnum decôris, & diadêma ſpeciéi de manu Dómini : quóniam déxtera ſua teget eos, & bráchio ſancto ſuo defféndet illos. Accípiet armatûram zelus illius, & armâbit creatûram ad vltiônem inimicôrum. Induet pro thorâce iuſtítiam: & accípiet pro gálea iudícium certum. Sumet ſcutum inexpugnábile æquitâtem. capi. 5.

℟. Anima noſtra ſicut paſſer erépta eſt de láqueo venántium. ℣. Láqueus contrítus eſt, & nos liberáti ſumus: adiutórium noſtrum in nómine Dómini, qui fecit cœlum & terram. Alleluia. ℣. Iuſti epuléntur, & exúltent in conſpéctu Dei : & delecténtur in lætitia, Alleluiá. Pſal. 123. Pſal. 67.

In Septuageſima.

Tractus. Qui ſéminant in láchrymis, in gáudio metent. ℣. Eúntes ibât Pſal. 125.

& flebant, mittẽtes ſemina ſua. ℣. Veniéntes autem vénient cum exultatióne, portántes manípulos ſuos.

Sequéntia ſancti Euangélij ſecúndum Lucam.

Ca. 6. IN illo témpore, Deſcẽdẽs Ieſus de mõte: ſtetit in loco campéſtri, & turba diſcipulôrum eius, & multitûdo copiôſa plebis ab omni Iudæa & Hieruſalẽ: & Marítima, & Tyri & Sidônis, qui vénerãt vt audírent eum, & ſanaréntur à languóribus ſuis. Et qui vexabántur à ſpirítibus immũdis, curabántur. Et omnis turba quærêbat eũ tángere: quia virtus de illo exîbat, & ſanâbat omnes. Et ipſe eleuátis óculis in diſcípulos ſuos, dicêbat. Beáti páuperes: quóniam veſtrum eſt regnum Dei. Beáti qui nunc eſurîtis: quóniam ſaturabímini. Beáti qui nũc fletis: quia ridébitis. Beáti éritis cũ vos óderint hómines, & cũ ſeparáuerint vos, & exprobráuerint, & eiécerint nomen veſtrum tanquam malum, propter Fílium hóminis. Gaudête in illa die & exultâte: ecce enim merces veſtra, multa eſt in cœlo.

Offert. Mirábilis Deus in ſanctis ſuis, Deus Iſraél ipſe dabit virtûtem, & fortitúdinem plebi ſuæ: benedíctus Deus, Allelúia. Pſal. 67.

Secreta.

MVnera tibi Dómine noſtræ deuotiônis offérimus: quæ & pro tuôrum tibi grata ſint honôre iuſtôrũ, & nobis ſalutária te miſerántę reddántur. Per Dóminum.

Commu. Poſuérũt mortália ſeruórum tuórum Dómine, eſcas volatílibus cœli: carnes ſanctôrum tuôrum beſtijs terræ: ſecúndũ magnitúdinẽ bráchij tui póſſide filios morte punitórũ. Pſal. 78.

Poſt communionem.

PRæſta nobis, quæſumus Dómine, intercedéntibus ſanctis martyribus tuis. N. &. N. vt quod ore contíngimus, pura mente capiâmus. Per Dóminum noſtrum.

COMMVNE
Confeſſ. Pontificis.
Introitus.

STátuit ei Dóminus teſtaméntum pacis, & príncipem fecit eum: vt ſit illi ſacerdótij dígnitas in ætérnum. Eccl. 45.

Pſal. 88. Pſal. Miſericórdias Dómini in ętérnũ cantâbo. ℣. Glória Patri. Colle.

DEus qui cónſpicis quia ex nulla noſtra virtûte ſubſíſtimus: concêde propícius: vt interceſsiône beáti. N. confeſſôris tui atq; pontíficis: contra ómnia aduérſa muniâmur. Per Dóminum.

Léctio libri Sapiéntiæ.

Eccl. 44. ECce ſacérdos magnus, qui in diêbus ſuis plácuit Deo, & inuéntus eſt iuſtus: & in témpore iracúndiæ factus eſt reconciliátio. Non eſt inuéntus ſímilis illi, qui conſeruâret legem Excélſi. Ideo iureiurándo fecit illum Dóminus créſcere in plebem ſuam. Benedictiônem ómnium géntium dedit illi, & teſtaméntum ſuũ confirmâuit ſuper caput eius. Cognôuit eum in benedictiónibus ſuis: conſeruâuit illi miſericórdiã ſuam: & inuênit grátiam coram óculis Dómini. Magnificâuit eum in conſpéctu regum: & dedit illi corônam Eccl. 45. glóriæ. Státuit illi teſtaméntum ſempitérnum: & dedit illi ſacerdótium magnum: & beatificâuit illum in glória. Fungi ſacerdótio, & habêre laudem in nómine ipſius, & offérre illi incénſum dignũ in odôrem ſuauitâtis.

℟. Ecce ſacérdos magnus, qui in diêbus ſuis plácuit Deo. ℣. Non eſt inuéntus ſímilis illi, qui conſeruâret legẽ Excélſi. Eccl. 44. Alleluia. ℣. Iuſtus germinâbit ſicut lílium: & florêbit in ætérnum ante Dóminum, Alleluia. Oſe. 14.

Tempore Paſchali. Alleluia. ℣. Inuéni Dauid ſeruum meum, óleo ſancto meo vnxi eum. Alleluia. Pſal. 88.

In Septuageſima.

Tractus. Beátus vir, qui timet Dñm, in mandátis eius cupit nimis. ℣. Potens in terra erit ſemen eius: generátio rectórũ benedicêtur. ℣. Glória & diuítiæ in domo eius, & iuſtítia eius manet in ſæculum ſæculi. Pſal. 111.

Sequéntia ſancti Euangélij ſecúndum Lucam.

Ca. 12. IN illo témpore. Dixit Ieſus diſcípulis ſuis. Sint lumbi veſtri præcíncti: & lucérnæ ardéntes. Et vos ſímiles homínibus expectántibus Dóminum ſuum quando reuertâtur à núptijs: vt cum vénerit & pulſáuerit: confeſtim apériant ei. Beáti ſerui illi, quos cum vénerit Dóminus inuéne-

rit vigilántes. Amen dico vobis: quod pręcínget ſe: & fáciet illos diſcúmbere: & tránſiens miniſtrâbit illis. Et ſi vénerit in ſecúnda vigília, & ſi in tértia vigília vénerit: & ita inuénerit: beáti ſunt ſerui illi. Hoc autem ſcitôte quóniam ſi ſciret paterfamílias, qua hora fur veníret: vigilâret vtique & non ſineret pérfodi domum ſuam. Et vos eſtôte paráti: quia qua hora non putâtis, fílius hóminis véniet.

Pſal. 91. Offerto. Iuſtus vt palma florêbit, ſicut cedrus quæ in Líbano eſt, multiplicábitur. Secreta.

DA miſéricors Deus, vt hæc nos ſalutâris oblátio, & à próprijs reátibus indeſinénter expédiat; & ab ómnibus tueâtur aduérſis. Per Dóminum.

Matthæ. 25. Commu. Beâtus ſeruus quem cũ vénerit Dóminus inuénerit vigilántẽ; amén dico vobis ſuper omnia bona ſua conſtítuet eum. Poſt comm.

PRæſta quæſumus Dómine Deus noſter: vt quorũ feſtiuitâte votíua ſunt ſacramẽta: eôrũ ſalutária nobis intercesſiône reddántur. Per.

ALIVD OFFICIVM, de eodem communi.

Introitus.

SAcerdótes tui Dñe, índuant iuſtítiã, & ſancti tui exúltent: propter Dauid ſeruum tuum, nõ auértas fáciem Chriſti tui. Pſal. 131.

Pſal. Meméto Dñe Dauid: & omnis mãſuetúdinis eius. ℣. Glória. Ibi. Coll.

DA quæſumus omnipotens Deus: vt beati N. confeſſôris tui atq; põtíficis venerãda ſolẽnitas: & deuotiônẽ nobis áugeat & ſalûtẽ.

Epiſtola. Ecce ſacerdos. Vt ſupra in Miſſa precedenti.

Alia Epiſtola de eodem communi.

Lectio Epiſtolæ beati Pauli Apóſtoli ad Hebræos.

FRatres: Omnis põtifex ex homínibus aſſúmptus, capi. 5. pro homínibus conſtitúitur in ijs, quæ ſunt ad Deum: vt ófferat dona & ſacrifícia pro peccátis. Qui condolêre poſſit ijs, qui ignórant & errant: quóniam & ipſe circúndatus eſt infirmitâte. Et proptérea debet, quemádmodũ pro pópulo, ita étiam & pro ſemet-

ípſo offérre pro peccátis. Nec quiſquam ſumit ſibi hónôrem: ſed qui vocâtur à Deo, tanquam Aaron.

Eccli. 44. ℟. Ecce ſacérdos magnus, qui in diébus ſuis plácuit Deo. ℣. Non eſt inuẽtus ſimilis illi, qui cõſeruâret legẽ excélſi. Alleluia. ℣. Póſui adiutóriũ ſuper

Pſal. 88. potèntem; & exaltáui eléctum de plebe mea. Alleluia.

Sequéntia Sancti Euangélij ſecúndum Matthæum.

capi. 25. IN illo témpore: Dixit Ieſus diſcípulis ſuis parábolã hanc. Homo quidã péregre proficíſcens, vocâuit ſeruos ſuos, & trádidit illis bona ſua. Et vni dedit quinq; talénta, álij autem duo, álij veró vnũ. Vnicuîque ſecúndum própriam virtûtem: & proféctus eſt ſtatim. Abijt autem qui quinq; talénta accéperat, & operâtus eſt in eis, & lucrâtus eſt ália quinque. Simíliter & qui duo talénta accéperat, lucrâtus eſt ália duo. Qui autem vnum accéperat, ábiens fodit in terram, & abſcóndit pecúniam Dómini ſui. Poſt multũ verò témporis venit Dóminus ſeruôrum illôrum, & póſuit ratiônem cum eis. Et accédens, qui quinque talénta accéperat, óbtulit ália quinq; talénta, dicens. Dñe, quinque talénta tradidíſti mihi: ecce ália quinque ſuperlucrâtus ſum. Ait illi Dñs eius. Euge ſerue bone & fidêlis: quia in pauca fuíſti fidêlis, ſupra multa te conſtítuã: intra in gáudiũ Dñi tui. Accéſsit autẽ & qui duo talénta accéperat, & ait. Dómine, duo talénta tradidíſti mihi: ecce, ália duo ſuperlucrâtus ſum. Ait illi Dñs eius. Euge ſerue bone & fidêlis, quia ſuper pauca fuíſti fidêlis, ſupra multa te conſtítuã: intra in gáudiũ Dñi tui.

Aliud Euangelium.

Sequéntia Sancti Euangélij ſecúndum Matthæum.

IN illo témpore: Dixit Ieſus diſcipulis ſuis. Vigilâte, quia neſcitis qua hora Dóminus veſter ventúrus ſit. illud autem ſcitôte, quóniam ſi ſciret pater famílias qua hora fur venîret: vigilâret vtique, & non ſíneret pérfodi domum ſuam. Ideó & vos eſtôte paráti: quia neſcîtis qua hora capi. 24.

Filius hóminis ventûrus ſit. Quis putas, eſt fidêlis ſeruus & prudens, quem conſtítuit Dóminus ſuper famíliã ſuã, vt det illis cibum in tẽpore? Beâtus ille ſeruus, quẽ cũ vénerit Dóminus eius, inuénerit ſic faciéntem. Amen dico vobis, quóniam ſuper ómnia bona ſua conſtituet eum.

Pſal. 88. Offert. Inuéni Dauid ſeruum meũ, óleo ſancto meo vnxi eum: manus enim mea auxiliábitur ei, & bráchium meum confortâbit eum.

Secreta.

SAnctitui, quæſumus Dómine, nos vbîque lætíficent: vt dum eôrum mérita recólimus, patrocínia ſentiâmus. Per Dóminũ noſtrum.

Mat thę. 24. Commune. Beâtus ſeruus, quem cum vénerit Dóminus, inuénerit vigilántem: Amen dico vobis: ſuper ómnia bona ſua conſtituet eum.

Poſt communionem.

PRæſta quæſumus omnípotens Deus: vt de percéptis munéribus grátias exhibéntes, intercedénte beáto. N. confeſſôre tuo atque pontífice, beneficia potióra ſumâmus. Per Dóminum noſtrum.

COMMVNE. Doctorum. Introitus.

IN médio Eccléſiæ apéruit os eius; & implêuit eũ Dñs ſpíritu ſapiéntiæ, & intelléctus. ſtolam glóriȩ índuit eum. Eccl. 15.

Pſalm. Iucunditâtem & exultatiônem theſaurizâuit ſuper eum. ℣. Glória Patri. Ibid.

Collecta.

DEus, qui pópulo tuo ętérnæ ſalûtis beâtũ. N. miníſtrum tribuíſti: præſta quæ ſumus: vt quem Doctôrem vitæ habúimus in terris, interceſſôrem habêre mereâmur in cælis. Per Dóminum.

Léctio Epiſtolæ Beáti Pauli Apóſtoli ad Timótheum.

CHaríſsime: Teſtíficor corã Deo & Chriſto Ieſu, qui iudicatûrus eſt viuos & mórtuos, per aduéntum ipſius, & regnum eius: prædica verbum: inſta opportúnè, importúnè: árgue, óbſecra, increpa in omni patiẽtia & doctrína. Erit enim tempus, cũ ſanam doctrînam non ſuſtinébunt: ſed ad ſua deſidéria coaceruábunt ſibi magíſtros, pruriéntes áuribus: & à veri- 2. ca. pi. 4.

tâte quidem audîtum auértent, ad fábulas autẽ conuertẽtur. Tu verò vígila, in òmnibus labóra, opus fac Euangelíſtæ, miniſtérium tuũ imple. Sóbrius eſto. Ego enim iam delîbor: & tempus reſolutiônis meæ inſtat. Bonum certâmen certáui, curſum conſummáui, fidem ſeruáui. In réliquo repóſita eſt mihi corôna iuſtítiæ, quam reddet mihi Dóminus in illa die, iuſtus iudex: non ſolum autem mihi, ſed & ijs qui díligunt aduéntum eius.

Pſal. 36. ℟. Os iuſti meditábitur ſapiéntiam, & lingua eius loquétur iudícium. ℣. Lex Dei eius in corde ipſius: & non ſupplantabúntur greſſus eius. Allelúia. ℣ Amâuit eum Dóminus, & ornâuit eum: ſtolam glóriæ índuit eum.

Eccl. 45.

¶ Tempore Paſchali.

Oſe. 14. Alleluia, ℣. Iuſtus germinâbit ſicut lílium: & florêbit in ætérnum ante Dóminum, alleluia.

In Septuageſima.

Pſal. 111. Tractus Beâtus vir, qui timet Dóminum: in mandâtis eius cupit nimis. ℣. Potens in terra erit ſemen eius: generátio rectórũ benedicétur. ℣. Glória & diuítiæ in domo eius: & iuſtítia eius manet in ſæculum ſæculi.

Sequéntia ſancti Euangélii ſecúndum Matthæum.

In illo témpore: Dixit Ieſus diſcípulis ſuis. Vos eſtis ſal terræ. Quod ſi ſal euanúerit, in quo ſaliêtur? Ad níhilum valet vltrá, niſi vt mittâtur foras, & conculcêtur ab homínibus. Vos eſtis lux mundi. Non poteſt cíuitas abſcóndi ſupra mõtem póſita. Neque accéndunt lucérnam, & ponunt eam ſub módio, ſed ſuper candelâbrum, vt lúceat ómnibus qui in domo ſunt. Sic lúceat lux veſtra corã homínibus: vt vídeant ópera veſtra bona, & gloríficẽt Patrẽ veſtrũ, qui in cœlis eſt. Nolîte putâre quóniã veni ſóluere legem aut prophétas: non veni ſóluere, ſed adimplêre. Amen quippe dico vobis, donec tránſeat cœlum & terra, iota vnum aut vnus apex nõ præterîbit à lege, donec ómnia fiant. Qui ergo ſóluerit vnum de mandâtis iſtis mínimis, & docúerit ſic hómines: mínimus vocábitur in regno cœlôrum. Qui autem fécerit & docúerit: hic magnus vocábitur Ca. 5

Pſal. 91. cábitur in regno cælôrum.

Offerto. Iuſtus vt palma florêbit: ſicut cedrus quæ in Libano eſt, multiplicábitur.

Secreta.

SAncti tui. N. nobis Dñe, pia non deſit oratio: quæ & múnera noſtra cõcíliet, & tuã nobis indulgéntiam ſemper obtíneat. Per Dóminum.

Mat-thæ. 24. Communio. Fidêlis ſeruus & prudens, quem conſtítuit Dóminus ſuper famíliam ſuam: vt det illis in témpore trítici menſûram.

Poſt communionem.

VT nobis Dómine, tua ſacrificia dent ſalûtẽ, beâtus. N. confeſſor tuus & doctor egrégius precâtor accêdat. Per Dóminum noſtrũ.

ALIA EPISTOLA pro Doctoribus.

Léctio libri Sapiéntiæ.

Ec-cli. 39. IVſtus cor ſuum tradet ad vigilándum diluculo, ad Dóminum qui fecit illum, & in conſpéctu Altíſsimi deprecábitur. Apériet os ſuum in oratiône, & pro delíctis ſuis deprecábitur. Si enim Dóminus magnus volúerit, ſpíritu intelligéntiæ replêbit illũ: & ipſe tanquã imbres emíttet elóquia ſapiéntiæ ſuæ, & in oratiône confitébitur Dómino. Et ipſe díriget conſiliũ eius, & diſciplînã: & in abſcónditis ſuis conſiliábitur. Ipſe palàm fáciet diſciplînã doctrínæ ſuæ, & in lege teſtaménti Dómini gloriábitur. Collaudábũt multi ſapiẽtiam eius, & vſq; in ſæculum non delébitur. Non recêdet memória eius, & nomẽ eius requirêtur à generatiône in generatiônẽ. Sapiéntiã eius enarrábunt gentes, & laudem eius enũciâbit Eccléſia.

PRO ABBATIBVS, Miſſa. Introitus.

OS iuſti meditábitur ſapiéntiam: & lingua eius loquêtur iudícium: lex Dei eius in corde ipſîus. Pſal. 36.

Pſal. Noli æmulári in malignántibus, neque zeláueris faciéntes iniquitâtem. ℣. Glória Patri. Ibid

Collecta.

INtercéſsio nos, quæſumus Dómine, beáti. N. abbâtis comméndet: vt quod noſtris méritis nõ valêmus, eius patrocínio aſſequâmur. Per Dóminum noſtrum.

Léctio libri Sapiéntiæ,

Eccl. 45. DIléctus Deo & homini bus, cuius memória in benedictiône eſt. Símilem illum fecit in glória ſanctôrũ, & magnificâuit eum in timô re inimicôrum, & in verbis ſuis monſtra placâuit. Glorificâuit eum in conſpéctu regum, & iuſsit illi corã pópulo ſuo, & oſténdit illi glóriam ſuã. In fide & lenitâte ipſius ſanctum fecit illum, & elêgit eum ex omni carne. Audîuit enim vocem ipſius, & indúxit illum in nubem. Et dedit illi coram prçcépta, & legem vitæ & diſciplínæ.

Pſal. 20. ℟. Dómine, præueníſti eum in benedictiónibus dulcédinis: poſuíſti in cápite eius corônam de lápide pretióſo. ℣. Vitam pétijt à te, & tribuíſti ei longitúdinem diêrum in ſæculum ſæculi.

Pſal. 91. Alleluia. ℣. Iuſtus vt palma florêbit: ſicut cedrus Líbani multiplicábitur, Alleluia.

¶Tempore Paſchali.

Oſe. 14. Alleluia. ℣. Iuſtus germinâbit ſicut lílium, & florêbit in ætérnum, ante Dóminum, Alleluia.

In Septuageſima.

Pſal. 111. Tractus. Beâtus vir qui timet Dóminum: in mandátis eius cupit nimis. ℣. Potens in terra erit ſemen eius: generátio rectôrum benedicêtur. ℣. Glória & diuítiæ in domo eius: & iuſtítia eius manet in ſæculum ſæculi.

Sequéntia ſancti Euangélij ſecúndum Matthæum.

IN illo témpore: Dixit Simon Petrus ad Ieſum: Ecce, nos relíquimus ómnia, & ſecúti ſumus te: quid ergo erit nobis? Ieſus autẽ dixit illis. Amẽ dico vobis, quód vos qui ſecúti eſtis me, in regeneratióne, cum ſéderit Fílius hóminis in ſede maieſtâtis ſuæ, ſedébitis & vos ſuper ſedes duódecim, iudicántes duódecim tribus Iſraël. Et omnis qui relíquerit domum, vel fratres, aut ſorôres, aut patrẽ, aut matrem, aut vxôrem, aut fílios, aut agros propter nomen meũ: céntuplum accípiet, & vitam ætérnam poſsidêbit. Cap. 19.

Offert. Deſidérium ánimæ eius tribuíſti ei, Dómine, & voluntâte labiórum eius non fraudáſti eum: poſuíſti in cápite eius corônam de lápide pretióſo, allelúia. Pſal. 20.

Secreta.

SAcris altáribus Dómine hóſtias ſuperpóſitas ſan-

ctus.N. abbas, quæſumus, in ſalútem nobis prouenîre depóſcat. Per Dóminum.

Matthæ. 19. Communio. Amen dico vobis, quòd vos qui reliquiſtis ómnia, & ſecúti eſtis me, céntuplum accipiêtis, & vitam ætérnam poſsidébitis.

Poſt commun.

PRótegat nos Dómine, cũ tui perceptiône ſacramén ti beâtus. N. abbas pro nobis intercédendo: vt & conuerſatiônis eius experiâmur inſígnia, & interceſsiônis ipſius percipiâmus ſuffrágia. Per Dóminum.

****

IN COMMVNI

Confeſſ. non Pontif.

Introitus.

Pſal. 36. OS iuſti meditábitur ſapiéntiã, & lingua eius loquêtur iudíciũ: lex Dei eius in corde ipſius.

Ibid. Pſalm. Noli æmulári in malignántibus, neque zeláueris faciéntes iniquitâtem. ℣. Glória Patri & Fílio & Spirítui ſancto.

Collecta.

DEus, qui nos beati. N. cõfeſſôris tui ánnua ſolen nitâte lætíficas: concêde propícius: vt cuius natalítia cólimus, per eius ad te exempla gradiâmur. Per.

Epiſtola. Dilectus Deo & homínibus. Vt ſupra præcedenti Miſſa.

Alia epiſt. Lectio libri Sapiẽ. Eccl. 31.

BEâtus vir, qui inuéntus eſt ſine mácula: & qui poſt aurum nõ ábijt, nec ſperâuit in pecúniæ theſáuris. Quis eſt hic, & laudábimus eum? fecit enim mirabília in vita ſua. Qui probâtus eſt in illo, & perféctus inuéntus eſt, & erit illi glória ætérna. Qui pótuit tránſgredi, & nõ eſt tranſgréſſus: fácere mala, & non fecit. Ideó ſtabilîta ſunt bona illîus in Dómino: & eleemóſynas illîus enarrâbit omnis Eccléſia ſanctõrũ.

℟. Os iuſti meditábitur ſapiéntiam, & lingua eius loquêtur iudícium. ℣. Lex Dei eius in corde ipſius: & non ſupplãtabúntur greſſus eius. Pſal. 36. Alleluia, ℣. Iuſtus germinâbit ſicut líliũ & florêbit in ætérnũ ante Dóminũ, alleluia. Oſe. 14.

¶ Tempore Paſchali.

Alleluia. ℣. Amâuit eum Dóminus, & ornáuit eum, ſtolam glóriæ induit eum, alleluia. Eccli. 45.

In Septuageſima.

Tractus. Beâtus vir, qui timet Dóminum: Pſal. 111

minum: in mandátis eius cupit nimis. ℣. Potens in terra erit ſemen eius: generátio rectôrũ benedicêtur. ℣. Glória & diuítiæ in domo eius: & iuſtítia eius manet in ſæculum ſæculi.

Euang. Ecce nos relíquimus. Vt ſupra præcedenti Miſſa.

Aliud Euangelium.

Sequéntia Sancti Euangélij ſecúndum Lucam.

capi. 12. IN illo témpore: Dixit Ieſus diſcípulis ſuis: Nolîte timêre puſíllus grex, quia cõplácuit Patri veſtro dare vobis regnum. Véndite quæ poſsidêtis, & date eleemóſynam: fácite vobis ſácculos qui non veteráſcunt, theſáurum non deficiéntem in cœlis: quó fur non appróρiat, neque tínea corrúmpit. Vbi enim theſáurus veſter eſt, ibi & cor veſtrum erit.

Pſal. 20. Offertorium. Deſidérium ánimę eius tribuíſti ei Dómine, & voluntâte labiôrum eius non fraudáſti eum: poſuíſti in cápite eius corônam de lápide pretióſo. Alleluia.

Secreta.

LAudis tibi Dómine, hóſtias immolâmus in tuôrũ commemoratiône ſanctôrum: quibus nos & præſénti bus éxui malis cõfídimus, & futúris. Per Dóminum.

Commu. Fidêlis ſeruus, & prudens, quem conſtítuit Dóminus ſuper famíliam ſuam: vt det illis in témpore trítici menſúram. Matthæ. 24.

Poſt communionem.

REfécti cibo, potuque cœléſti Deus noſter, te ſúpplices exorâmus: vt in cuius hæc commemoratiône percépimus, eius muniâmur & précibus. Per Dóminum noſtrũ.

Alia Epiſtola de eodem officio.

Léctio Epíſtolæ Beáti Pauli Apóſtoli ad Corínthios.

FRatres: Spectáculum facti ſumus mundo, & Angelis, & homínibus. Nos ſtulti propter Chriſtum: vos autem prudéntes in Chriſto. Nos infírmi: vos autem fortes. Vos nóbiles: nos autẽ ignóbiles. Vſque in hanc horã & eſurîmus, & ſitîmus, & nudi ſumus, & cólaphis cædimur, & inſtábiles ſumus, & laborâmus operántes mánibus noſtris. Maledícimur: & benedícimus. Perſecutiônem pátimur: & ſuſtinêmus: Blaſphemâmur: & obſecrâmus. 1. ca. 4.

Tanquam purgaménta huius mundi facti ſumus, ómnium peripſèma vſq; adhuc. Non vt confúndam vos, hęc ſcribo: ſed vt filios meos chariſsimos móneo; In Chriſto Ieſu Dómino noſtro.

PRO VIRGINE mártyre officium.

Introitus.

Pſal. 118 LOquêbar de teſtimónijs tuis in conſpéctu regum, & non confundêbar: & meditâbar in mandátis tuis, quæ diléxi nimis.

Ibi. Pſalm. Beáti immaculáti in via, qui ámbulant in lege Dñi. Collecta.

DEus, qui inter cętera poténtię tuę mirácula, étiã in ſexu frágili victóriã mártyrij contuliſti: concêde propícius, vt qui beátæ. N. mártyris tuæ natalítia cólimus, per eius ad te exémpla gradiâmur. Per Dóminũ noſtrũ.

Léctio libri ſapiéntię.

Eccli. 51. COnfitêbor tibi Dómine rex & collaudâbo te Deum Saluatôrem meum. Confitêbor nómini tuo: quóniam adiûtor & protéctor factus es mihi, & liberáſti corpus meum à perditiône. A láqueo linguæ iniquæ & à lábijs operántium mendácium. Et in conſpéctu aſtántium factus es mihi adiûtor: & liberáſti me ſecundum multitúdinem miſericórdiæ nóminis tui. A rugiéntibus pręparátis ad eſcam: de mánibus quęréntium ánimam meam, & de portis tribulatiônum quæ circundedérunt me. A preſſúra flammæ quæ circúndedit me: & in médio ignis non ſum ęſtuâta. De altitúdine ventris ínferi, & lingua coinquináta, & verbo mendácij. A rege iníquo & lingua iniúſta. Laudâbit vſque ad mortem ánima mea Dóminum: & vita mea appropínquans erat in inférnum deórſum. Circundedérunt me vndique: & non erat qui adiuuâret; Reſpíciens eram ad adiutórium hóminum: & non erat. Memorâta ſum miſericórdiæ tuę Dómine, & cooperatiônis tuę: quę à ſęculo ſunt. Quóniam éruis ſuſtinéntes te: & líberas eos de manu

angúſtiæ: Dómine Deus noſter.

Pſal. 44. ℟. Audi filia & vide, & inclína aurem tuam, quia concupíuit rex ſpéciem tuam. ℣. Spécie tua & pulchritúdine tua, inténde próſpere procéde & regna.

Ibi. Allelúia. ℣. Diffûſa eſt grátia in lábijs tuis: proptérea benedíxit te Deus in æternum.

In Septuageſima.

Pſal. 125. Tract. Qui ſéminant in láchrymis, in gáudio metent. ℣. Euntes ibant & flebant, mitténtes ſémina ſua. ℣. Veniéntes autem vénient cum exultatiône, portántes manípulos ſuos.

Sequéntia ſancti Euangélij ſecúndum Matthæum.

capi. 25. IN illo témpore: Dixit Ieſus diſcípulis ſuis parábolam hanc. Simile eſt regnum cœlôrum decem virgínibus: quę accipiéntes lámpades ſuas, exiérunt óbuiam ſponſo & ſponſæ. Quinque autem ex eis erant fátuæ, & quinque prudéntes. Sed quinque fátuę, accéptis lampádibus, non ſumpſérunt óleum ſecum. Prudéntes veró accepérunt óleum in vaſis ſuis cum lampádibus. Moram autem faciénte ſponſo, dormitauérunt omnes, & dormiérunt. Média autem nocte clamor factus eſt: Ecce ſponſus venit, exîte óbuiam ei. Tunc ſurrexérunt omnes vírgines illę, & ornauérunt lámpades ſuas. Fátuæ autem ſapiéntibus dixérunt. Date nobis de óleo veſtro: quia lámpades noſtræ extinguúntur. Reſpondérunt prudéntes, dicéntes. Ne forté non ſuffíciat nobis & vobis, ite pótius ad vendéntes, & émite vobis. Dum autem irent émere, venit ſponſus: & quæ parátæ erãt, intrauérunt cum eo ad núptias, & clauſa eſt iánua. Nouíſsimè veró véniunt & réliquæ vírgines, dicéntes. Dómine, Dómine, áperi nobis. At ille reſpóndens, ait. Amẽ dico vobis, néſcio vos. Vigilâte ítaq; quia neſcîtis diem, neque horam.

Offertorium. Diffûſa eſt grátia in lábijs tuis: proptérea benedíxit te Deus in ætérnum, & in ſæculum ſæculi. Pſal. 44.

Secreta.

SVſcipe Dómine múnera, quæ in beátę. N. virgi-

nis & mártyris tuæ ſolenni tâte deférimus: cuius nos confídimus patrocínio liberári. Per Dóminum.

Mat. thæ. 13. Commun. Símile eſt regnum cœlôrum hómini negotiatóri quærénti bonas margarítas: inuénta vna pretióſa margaríta, dedit ómnia ſua: & comparâuit eam.

Poſt communionem.

AVxiliéntur nobis Dómine, ſumpta myſtéria: & intercedénte beáta. N. vírgine & mártyre tua, ſempitérna fáciant protectiône gaudêre. Per Dóminum noſtrũ.

ITEM PRO VIRGIne Martyre, & non martyr. alia Miſſa. Introitus.

Pſal. 44. DIlexíſti iuſtítiã, & odíſti iniquitâtem: proptérea vnxit te Deus, Deus tuus óleo lætítiæ, præ conſórtibus tuis.

Ibid. Pſalmus. Eructâuit cor meum verbum bonum: dico ego ópera mea regi. ℣. Glór. Collecta.

EXaudi nos Deus ſalutâris noſter: vt ſicut de beátæ. N. vírginis tuæ feſtiuitâte gaudêmus: ita piæ deuotiônis erudiâmur afféctu. Per Dóminum noſtrum.

Léctio libri Sapiéntiæ.

DOmine Deus meus, exaltáſti ſuper terram habitatiônem meam, & pro morte defluénte deprecâta ſum. Inuocáui Dóminũ Patrẽ Dómini mei, vt nõ derelínquat me in die tribulatiônis meæ, & in témpore ſuperbôrum ſine adiutório. Laudâbo nomen tuum aſsíduè, & collaudâbo illud in confeſsiône, & exaudîta eſt orátio mea. Liberáſti me de perditiône, & eripuíſti me de témpore iníquo. Proptérea confitêbor tibi, & laudem dícam nómini tuo, Dómine Deus noſter. Eccl. 51.

Alia Epíſtola.

Léctio epíſtolæ beáti Pauli Apóſtoli ad Corínthios.

FRatres: Qui gloriâtur in Dómino gloriêtur. Non enim quiſeipſum comméndat, ille probâtus eſt: ſed quẽ Deus comméndat. Vtinam ſuſtinerêtis módicum quid inſipiéntiæ meæ: ſed & ſupportâte me. Æmulor enim vos Dei æmulatiône. Deſpóndi enim vos vni viro vír- 2. ca. 10.

ginẽ caſtã: exhibêre Chriſto.
Pſal. 44. ℞. Dilexíſti iuſtítiam & odíſti iniquitâtem. ℣. Proptérea vnxit te
2 Corint. 10. Deus, Deus tuus oleo lætítiæ. Allelúia. ℣. AEmulor enim vos Dei ęmulatióne, deſpóndi vos vni viro vírginem caſtam exhibêre Chriſto.

Tempore Paſchali. Allelúia. ℣. Spécie tua & pulchritúdine
Pſal. 44. tua, inténde, próſperè procêde, & regna, Alleluia.

In Septuageſima.

Tractus. Veni ſponſa Chriſti, áccipe corônam, quam tibi Dóminus præparâuit in ætérnum: pro cuius amôre ſánguinem tuum fudíſti. ℣. Dile-
Pſal. 44. xíſti iuſtítiam, & odíſti iniquitâtem: proptérea vnxit te Deus, Deus tuus, óleo lætítiæ, præ consórtibus tuis. ℣.
Ibid. Spécie tua, & pulchritúdine tua: inténde, próſperè procêde, & regna.

Sequéntia ſancti Euangélij ſecúndum Matthæum.

capi. 13. IN illo témpore: Dixit Ieſus diſcípulis ſuis parábolam hãc. Símile eſt regnum cœlôrum theſáuro abſcóndito in agro: quem qui ínuenit homo, abſcóndit, & præ gaúdio illîus vadit, & vendit vniuérſa quę habet, & emit agrum illum. Iterum, ſímile eſt regnum cœlôrum hómini negotiatóri, quærẽti bonas margarítas. Inuénta autem vna pretióſa, margaríta, ábijt, & véndidit ómnia quæ hábuit, & emit eam. Iterum, ſímile eſt regnum cœlôrum ſagénæ miſſæ in mare, & ex omni génere píſcium congregánti. Quam, cum implêta eſſet, educéntes, & ſecus littus ſedéntes, elegérunt bonos in vaſa, malos autem foras miſérunt. Sic erit in conſummatiône ſæculi. Exíbunt ángeli, & ſeparábunt malos de médio iuſtôrum, & mittent eos in camînum ignis. Ibi erit fletus & ſtridor déntium. Intellexíſtis hæc ómnia? Dicunt ei. Etiam Dómine. Ait illis. Ideó, omnis ſcriba doctus in regno cœlôrum, ſímilis eſt hómini patrifamílias, qui profert de theſáuro ſuo noua & vétera.

Offert. Offeréntur regi vírgines Pſal. 44.
poſt eam, próximæ eius offerentur tibi in lætitia & exultatiône adducéntur in templum regi Dómino.

Secreta.

ACcépta tibi ſit, Dómine ſacrátæ plebis oblátio,

pro tuôrum honôre ſanctôrum: quorum ſe méritis de tribulatiône percepíſſe cognóſcit auxílium. Per Dóminum noſtrum.

Ibid. Communio. Diffúſa eſt grátia in lábijs tuis, proptérea benedíxit te Deus in ætérnum. Allelúia.

Poſt communionem.

SAtiáſti, Dómine famíliã tuam munéribus ſacris: eius, quæſumus, ſemper interuẽtiône nos réfoue, cuius ſolénnia celebrâmus. Per Dóminum noſtrum.

Pro pluribus virginibus Miſſa ex præcedéntibus dicitur cum collectis ſequentibus. Collecta.

DA nobis, quæſumus Dómine Deus noſter, ſanctârum vírginum & mártyrum tuârum. N. & N. palmas inceſſábili veneratiône venerári: vt quas digna mente non póſſumus celebrâre, humílibus ſaltem frequentêmus obſéquijs. Per Dóminũ noſtrum. Secreta.

INténde, quæſumus Dómine, múnera, altáribus tuis pro ſanctârum mártyrum & vírginum tuârum. N. & N. feſtiuitâte propóſita: vt ſicut per hæc beâta myſtéria illis glóriam contuliſti, ita nobis indulgéntiam largiâris. Per Dóminum.

Poſt communionem.

PRæſta nobis, quæſumus Dómine, intercedéntibus ſanctis martyribus atq; virgínibus tuis, vt quod ore contíngimus, pura mente capiâmus. Per Dóminum.

PRO SANCTA nec vírgine, nec Martyre.

Introitus.

COgnóui Dómine, quia æquitas iudícia tua, & in veritâte tua humiliáſti me: cófíge timôre tuo carnes meas, à mandátis tuis tímui. Pſal. 118.

Pſalm. Beáti immaculáti in via, qui ámbulant in lege Dómini. Ibi.

Léctio libri Sapiéntiæ.

MVlíerem fortem quís inuéniet? Procul, & de vltimis finibus prétium eius. Pro. 31.
Confídit in ea cor viri ſui: & ſpólijs non indigêbit. Reddet ei bonum, & non malum, ómnibus diêbus vitæ ſuæ. Quæſîuit lanam & li-

num: & operâta eſt conſílio mánuum ſuârum. Facta eſt quaſi nauis inſtitôris de longé portans panem ſuum. Et de nocte ſurréxit, déditque prædam doméſticis ſuis: & cibária ancíllis ſuis. Conſiderâuit agrum, & emit eum: de fructu mánuum ſuârum plantâuit víneam. Accínxit fortitúdine lumbos ſuos: & roborâuit bráchium ſuum. Guſtâuit & vidit, quia bona eſt negotiátio eius: non extinguêtur in nocte lucérna eius. Manum ſuam miſit ad fórtia: & dígiti eius apprehendérunt fuſum. Manum ſuam apéruit ínopi: & palmas ſuas extendit ad páuperem. Non timêbit dómui ſuæ à frigóribus niuis: omnes enim doméſtici eius veſtíti ſunt duplícibus. Stragulâtam veſtem fecit ſibi, byſſus & púrpura induméntum eius. Nóbilis in portis vir eius, quando ſéderit cum ſenatóribus terræ. Síndonem fecit & véndidit, & cíngulum trádidit Chananæo. Fortitûdo & decor induméntum eius, & ridêbit in die nouíſsimo. Os ſuum apéruit ſapiéntiæ: & lex cleméntiæ in lingua eius. Conſiderâuit ſémitas domus ſuę: & panem otiôſa non comêdit. Surrexérunt filij eius, & beatíſsimam prędicauérunt: vir eius, & laudâuit eam. Multæ filiæ congregauérunt diuítias: tu ſupergréſſa es vniuérſas. Fallax grátia, & vana eſt pulchritûdo: múlier timens Dóminum, ipſa laudábitur. Date ei de fructu mánuum ſuârum: & laudent eam in portis ópera eius.

Euangélium Theſáuro abſcóndito. & omnia alia ſicut in pręcedenti Miſſa, quæ incipit Dilexiſti &c.

COMMEMO-RATIONES SANCTORVM, QVI conueniunt in eiſdem Collectis.

Pro. SS. Marty. Proiecto & Donato. Collecta.

INfirmitâtem noſtrã réſpice omnípotẽs Deus: & quia pondus própriæ actiônis grauat, beáti. N. mártyris tui atque pontíficis, intercéſsio gloriôſa nos prótegat. Per.

Secreta.

ACcépta ſit in conſpéctu tuo Dñe noſtra deuótio, & ei⁹ nobis fiat ſupplicatiône ſalutâris, pro cuius ſolennitâte defértur.

Poſt communio.

SPíritũ nobis Dómine tuę charitâtis infúnde: vt quos vno cœléſti pane ſatiáſti, intercedénte beáto. N. mártyre tuo tua fácias pietâte concórdes. Per.

Pro. SS. Mart. Agapito, Rufo, Vvãzelao, Quintino. Colle.

LÆtêtur ecclé ſia tua Deus, beáti. N. mártyris tui cõfiſa ſuffrágijs: atq; eius préci bus gloriôſis, & deuôta permáneat, & ſecûra conſiſtat.

Secreta.

SVſcipe Dómine, múnera, quę in eius tibi ſolennitáte deférimus, cuius nos confídimus patrocínio liberári.

Poſt communionem.

SAtiáſti Dómine, famíliã tuã munéribus ſacris: eius quæſumus, ſemper interuentiône nos réfoue, cuius ſolénnia celebrâmus. Per Dñm.

Pro. SS. Ignatio, Euſebio. Leodegardo. Collecta.

DA, quæſumus omnípotens Deus: vt qui beáti. N. mártyris tui natalítia cólimus, eius apud te intercesſiónibus adiuuêmur. Per Dñm.

Secreta.

HÆc hóſtia, quæſumus Dómine, emúndet noſtra delícta: & ad ſacrifícium

cele-

celebrándum, ſubditôrum tibi córpora, menteſq; ſanctífi cet. Per Dóminum noſtrum.

Poſtcommunionem.

REfécti participatiône múneris ſacri, quæſumus Dómine Deus noſter: vt cuius exéquimur cultũ ſentiâmus efféctum. Per Dñm.

Pro. SS. Marty. Vito, Romano, Priſco, Griſogono. Colle.

ADéſto Dómine ſupplicatiónibus noſtris: vt qui ex iniquitâte noſtra reos nos eſſe cognóſcimus beati. N. mártyris tui intercesſiône liberêmur. Secreta.

MVnéribus noſtris quæſumus Dómine précibuſq; ſuſcéptis & cœléſtibus nos munda myſtérijs, & cleménter exáudi.

Poſt communionem.

QVæſumus omnípotens Deus: vt qui cœléſtia aliménta percépimus ꝰ intercedénte beáto. N. mártyre tuo, per hæc contra ómnia aduérſa muniâmur. Per.

Pro. SS. marty. Albano. Magno, Adriano. Collecta.

PRæſta quæſumus omnípotens Deus: vt qui beáti. N. mártyris tui natalítia cólimus ꝰ à cunctis malis imminéntibus eius intercesſiône liberêmur. Secreta.

OBlátis quæſumus Dómine placâre munéribus, & intercedẽte beáto. N. mârtyre tuo, à cunctis nos defénde perículis. Poſt cõmu.

SIt nobis Dómine reparátio mentis & córporis cœléſte myſtériũ, vt cuius exéquimur actiônem ꝰ ſentiâmus efféctum.

Pro. SS. Mart. Donato, & Rogatiano, Nazario & Celſo, Machabæis, Marcello, & Apuleio, Sergio & Baco.

Collecta.

PRæſta, quæſumus omnípotens Deus: vt qui glorióſos mártyres fortes in ſua cõfesſiône cognóuimus, pios apud te in noſtra intercesſiône ſentiâmus. Per. Secreta.

SAcrifícijs præſéntibus, quæſumus Dñe, inténde placâtus: & intercedéntibus ſanctis tuis, deuotióni noſtrę profíciãt & ſalúti. Per Dñm.

Poſt communionem.

QVæſumus omnípotens Deus: vt illîus ſalutâ-

ris capiâmus effécctum cuius per hæc myſtéria pignus accépimus. Per Dóminum.

Pro. SS. Marty. Chriſtophoro & Cucufato, Criſpino & Criſpiniano. Collecta.

PRęſta, quęſumus omnípotens Deus: vt qui ſanctôrum mártyrum tuôrum. N. ſolénnia cólimus, eôrum étiã virtútes imitêmur. Per Dóminum. Secreta.

HÆc hóſtia quæſumus Dñe, quã in ſanctôrum tuôrum natalítijs recenſentes offérimus, & víncula noſtrę prauitâtis abſóluat: & tuę nobis miſericórdiæ dona conciliet. Per. Poſt communio.

SAcro múnere ſatiáti, ſúpplices te Dómine, deprecâmur: vt quod débitę ſeruitûtis celebrâmus officio: ſaluatiônis tuę ſentiâmus augmẽtum. Per Dóminum.

Pro. SS. marty. Vitale, & Zenone, Andochio, Tirſo & Felice, Begnino & Ceſario, Agricola & Vitale. Collecta.

DA, quęſumus omnípotẽs Deus: vt qui beatôrum mártyrum tuorũ. N. ſolénia cólimus, eôrum apud te intercelsiónibus adiuuêmur. Per Dóminum. Secreta.

HOſtias tibi Dómine, beatôrum mártyrum tuôrum. N. dicátas méritis benígnus aſſûme: & ad perpétuum nobis tríbue prouenîre ſubſídium. Per Dóminum.

Poſt communionem.

QVæſumus omnípotens Deus: vt qui cœléſtia aliménta percépimus, intercedéntibus ſanctis tuis. N. per hæc contra omnia aduérſa muniâmur. Per Dóminũ.

Pro. SS. Mart. Ciriaco & Iulita, Simplicio, & Fauſtino.

Collecta.

DEus qui nos ánnua ſanctorũ tuorum ſolẽnitâte lętíficas: concêde propícius: vt quorũ gaudêmus meritis: accẽdâmur exẽplis. Secreta.

OBlátis quęſumus Dómine placâre munéribus, & intercedéntibus ſanctis tuis à cunctis nos deféndę periculis. Poſt communio.

HÆc nos communio Dómine purget à crímine: & intercedéntibus ſanctis tuis cœleſtis remédij fáciat eſſe conſórtes. Per Dóminũ.

Pro. SS. Marty. Speuſipo & ſocijs Feliciſsimo & Agapito, Criſanto, Mauro & Daria. Collecta.

DEus; qui nos cōcêdis ſanctôrū mártyrum tuôrū natalítia cólere: da nobis in ętérna beatitúdine de eôrum ſocietâte gaudêre. Secreta.

MVnera tibi Dómine, noſtræ deuotiônis offérimus: quæ & pro tuôrum tibi grata ſint honôre iuſtôrum: & nobis ſalutária te miſeránte reddántur.

Poſt communio.

PRæſta nobis, quæſumus Dñe, intercedéntibus ſanctis tuis vt quod ore contíngimus, pura mēte capiâmus.

Pro. SS. Confeſſo. Pontifi. Luthberto, Seruatio, Eburtio, Caliſto. Collecta.

DEus, qui cónſpicis, quia ex nulla noſtra virtûte ſubſiſtimus: concêde propícius: vt interceſsiône beáti. N. confeſſôris tui atq; pontíficis contra ómnia aduérſa muniâmur. Per Dóminum noſtrum. Secreta.

DA, miséricors Deus: vt hæc nos ſalutâris oblátio, & à próprijs reátibus indeſinēter expédiat, & ab ómnibus tueâtur aduérſis. Per.

Poſt communionem.

PRæſta, quæſumus Dómine Deus noſter: vt quorū feſtiuitâte votîua ſunt ſacramēta, eôrū nobis ſalutária interceſsiône reddántur. Per.

Pro. SS. Confeſſo. Pontifi. Mammerto. Leone, Marciale. Britio. Collecta.

DEus, qui ánimæ fámuli tui. N. ętérnæ beatitúdinis pręmia cōtuliſti: concêde propícius: vt, qui peccatôrū noſtrôrū pōdere prémimur, eius apud te précibus ſubleuêmur. Per. Secreta.

ANnue nobis, quæſumus Dómine: vt interceſsiône beáti. N. hæc nobis proſit oblátio, quam immolándo totîus mundi tribuiſti relaxári delicta. Per Dóminū.

Poſt communionem.

DEus, qui beâtum. N. pōtíficem tuum ſanctôrū tuôrum méritis coæquáſti: concêde propícius: vt, qui cōmemoratiônis eius feſta recólimus, vitæ quoque imitêmur exémpla. Per Dóminū.

Pro.

Pro.SS.Confeſſ. Pontifi. Albino, Medardo, Germano, Aniano. Collecta.

DA, quæſumus, omnípotens Deus: vt beáti. N. confeſſôris tui atque Pontíficis veneránda ſoléonnitas, & deuotiônẽ nobis áugeat, & ſalûtem. Per. Secreta.

SAncti tui nos Dómine, quęſumus, vbîque lætíficent: vt dum eôrum mérita recólimus, patrocínia ſentiâmus. Per Dóminum.

Poſt communio.

PRæſta, quæſumus, omnípotens Deus: vt de percéptis munéribus grátias exhibéntes intercedénte beáto. N. confeſſôre tuo atq; pontífice benefícia potiôra ſumâmus. Per Dóminum.

Pro. SS. Confeſſo. Abbatibus, Sequano, Columbano. Collecta.

INtercéſsio nos, quæſumus Dómine, beáti. N. Abbâtis comméndet: vt quod noſtris méritis non valêmus, eius patrocínio aſſequâmur. Per.

Secreta.

SAcris altáribus, Dómine, hóſtias ſuperpóſitas ſanctus. N. Abbas, quæſumus, in ſalûtem nobis prouenîre depóſcat. Per. Poſt commu.

PRótegat nos Dómine, cũ tui perceptiône ſacramẽti beâtus. N. Abbas pro nobis intercedéndo: vt & cõuerſatiônis eius experiâmur inſignia, Per Dóminum.

Pro.SS. Confeſſ. non Pontificibus, Paulo primo Eremita, Euſebio. Collecta.

DEus, qui nos beáti. N. cõfeſſôris tui ánnua ſolennitâte lætíficas: concêde propícius: vt cuius natalítia cólimus, per eius ad te exémpla gradiâmur. Per. Secreta.

LAudis tibi Dómine, hóſtias immolâmus in tuôrũ cõmemoratiône ſanctôrũ: quibus nos & præſéntibus éxui malis confídimus, & futúris. Per Dóminum.

Poſt communio.

REfécti cibo potuque cœléſti, Deus noſter, te ſúpplices exorâmus: vt in cuius hæc commemoratiône percépimus, eius muniâmur & précibus. Per.

Pro. SS. Virginibus, & non Virginibus, Genoueſa, Brigida, Po-

da, Potentiána, Petronílla, Praxêde, Eliſabeth. Collecta.

E Xáudi nos Deus ſalutâris noſter: vt ſicut de beátæ. N. vírginis & mártyris tuæ feſtiuitâte gaudêmus: ita piæ deuotiônis erudiâmur affé-ctu. Per Dóminum. Secreta.

A Ccépta tibi ſit Dómine, ſacrátæ plebis oblátio, pro tuôrum honôre ſanctô-rum: quorum ſe méritis per-cepíſſe de tribulatiône cog-nóſcit auxílium. Per Dñm.

Poſt communionem.

S Atiáſti Dómine, famíliã tuam munéribus ſacris: eius, quæſumus, ſemper in-teruẽtiône nos réfoue, cuius ſolénnia celebrâmus. Per.

Pro. SS. Virginibus, Sothere Margareta, Barbara. Collect.

O Mnípotens ſempitérne Deus, qui infírma mun di éligis, vt fórtia quæq; con-fúndas: concêde propícius: vt, qui beátæ. N. vírginis & mártyris tuæ ſolénnia cóli-mus, eius apud te patrocínia ſentiâmus. Per.

Secreta.

H Oſtias Dómine, quas ti-bi offérimus, propícius ſúſcipe: & intercedénte beá-ta. N. vírgine & mártyre tua, víncula peccatôrum noſtrôrum abſólue. Per Dó-minum.

Poſt communionem.

R Eféєti cibo potúque cœ-léſti, Deus noſter, te ſúp-plices exorâmus: vt in cuius hæc commemoratiône per-cépimus, eius muniâmur & précibus. Per Dóminum.

Pro. SS. Virginibus Emerentiana, Iuliana. Collecta.

I Ndulgéntiam nobis, quæ-ſumus Dómine, beâta. N. virgo & martyr implôret: quę tibi grata ſemper éxtitit & mérito caſtitâtis, & tuæ profeſsiône virtûtis. Per.

Secreta.

S Vſcipe munera Dómine, quæ in beátę. N. vírginis & mártyris tuæ ſolennitâte deférimus, cuius nos confídi mus patrocínio liberári. Per.

Poſt commun.

A Vxiliéntur nobis Dómi ne ſumpta myſteria: & intercedénte beáta. N. vírgi ne & mártyre tua ſempitér-na protectiône confirment. Per Dominum.

MISSÆ QVÆ per hebdomadam dicuntur votiuæ.

Feria. ij. Miſſa pro defunctis. Requiẽ æternã infra fol. 25.

Feria. iij. Miſſa de. S. Patre noſtro Bernardo. In medio eccl· vt ſupra in ſuo die. fol. 231.

Feria. iiij. Miſſa pro familiaribus. Introitus.

Pſal. 54 EXáudi Deus oratiônẽ meã: & ne deſpéxeris deprecatiônem meã: inténde in me & exáudi me.

bi. Pſalm. Contriſtâtus ſum in exercitatiône mea & conturbâtus ſum à fácie inimíci, & à tribulatiône peccatôris. Collecta.

DEus qui charitâtis dona, per grátiam ſancti ſpíritus tuôrum córdibus fidéliũ infudíſti: da fámulis & famulâbus tuis pro quibus tuã deprecâmur cleméntiam, ſalútē mentis & córporis: vt te tota virtûte díligãt: & quę tibi plácita ſunt tota dilectiône perfíciant. Per. eiuſdem.

¶ Lectio Epiſtólæ B. Pauli Apóſtoli. ad Galatas.

capi. 6. FRatres. Si præoccupâtus fúerit homo in aliquo delícto: vos qui ſpirităles eſtis huiúſmodi inſtrúite in ſpíritu lenitâtis conſíderans téipſum, ne & tu tentêris. Alter altérius ónera portâte: & ſic adimplébitis legem Chriſti.

Alia Epiſtola.

¶ Lectio Iſaiæ Prophétæ.

HÆc dicit Dóminus. In die illa deferêtur munus Dómino exercítuum: & rex fortis Dominábitur eôrum. In die illa erit altâre Dómini in médio terræ: & cognoſcêtur Dóminus, & colent eum in hóſtijs & munéribus: & vota vouébunt Dómino & ſoluent. Et reuerténtur ad Dóminum & placábitur eis: & ſanâbit eos. In die illa erit Iſraél benedíctio in médio terræ: cui benedíxit Dóminus exercítuum, dicens. Benedíctus pópulus meus, & opus mánuum meârum: hæréditas mea Iſraél. Dicit Dóminus omnípotens. capi. 19.

℟. Conuértere Dómine aliquántulũ & deprecâre ſuper ſeruos tuos. ℣. Dómine refúgium factus es nobis à generatiône & progénie. Alleluia. ℣. Oſténde nobis Dómine miſericórdiã tuã, & ſalutâre tuũ da nobis. Alleluia. Pſal. 89.

Se-

Sequéntia ſancti Euangélij ſecundum Marcum.

capi. 12. IN illo témpore. Sedens Ieſus contra gazophilátium: aſpiciêbat quómodo turba iactâret æs in gazophilátium. Et multi díuites iactábant multa. Cum veníſſet autem vna vídua pauper, miſit duo minûta quod eſt quadrans. Et cónuocans diſcípulos ſuos: ait illis. Amén dico vobis: quóniã vídua hæc pauper plus ómnibus miſit, qui miſérunt in gazophilátium. Omnes enim ex eo quod abundâbat illis miſérunt. Hæc vero de penúria ſua, ómnia quę hábuit miſit, totum victum ſuum.

Aliud Euangélium.

Sequéntia ſancti Euangélij ſecúndum Ioánnem.

capi. 17. IN illo tépore: Subleuátis Ieſus óculis in cœlũ: dixit. Pater ſanctífica eos in veritâte. Sermo tuus veritas eſt. Sicut tu me miſíſti in mundũ; & ego miſi eos in mundũ: & pro eis ego ſanctífico meipſum vt ſint & ipſi ſanctificáti in veritâte. Nõ pro his autẽ rogo tantũ: ſed & pro eis qui creditúri ſunt per verbũ eôrum in me.

Offerto. De profúndis clamáui ad te Dómine, Dómine exáudi oratiõnem meam. Pſal. 129

Secreta.

MIſerêre quæſumus Dómine Deus fámulis & famulâbus tuis, pro quibus hoc ſacrifícium laudis tuæ offérimus maieſtáti, vt per hæc ſancta ſupernæ benedictiônis grátiam obtíneãt, & gloriam ætérnæ beatitúdinis acquírant. Per.

Cómu. Ab occúltis meis munda me Dómine: & ab aliénis parce ſeruo tuo. Pſal. 18.

Poſt communio.

DIuîna libántes myſtéria quæſumus Dómine: vt hæc ſalutária ſacraménta illis profíciant ad proſperitâtem & pacem: pro quorum quarumque dilectiône, hæc tuę obtúlimus maieſtáti. Per.

FERIA QVINTA.

Miſſa de Spiritu ſancto Introitus.

SPíritus Dñi replêuit orbẽ terrârũ. Alleluia, & hoc quod cõtinet ómnia, ſciéntiã habet vocis. Alleluia, alleluia, alleluia. Sap. 1.

Sap. 7. Pſalm. Omnium eſt enim ártifex, omnem habens virtûtem, ómnia proſpíciens. ℣. Glória Patri. Collecta.

DEus, qui corda fidélium ſancti Spíritus illuſtratiône docuíſti: da nobis in eôdem Spíritu recta ſápere, & de eius ſemper conſolatiône gaudêre. Per Dóminum. In vnitâte eiúſdem.

Léctio Actuum Apoſtolôrũ.

cap. 8. IN diêbus illis: Cúm audíſſent Apóſtoli, qui erant Hieroſólymis, quia recêpit Samária verbum Dei: miſérunt ad eos Petrum & Ioánnem. Qui cùm veníſſent, orauérunt pro ipſis, vt accíperent Spíritum ſanctum. Non dum enim in quenquam illôrum vénerat: ſed baptizáti tantùm erant in nómine Dómini Ieſu. Tunc imponébãt manus ſuper illos, & accipiébant Spíritum ſanctum.

Pſal. 32. ℟. Beâta gens, cuius eſt Dñs Deus eius, pópulus quẽ elêgit in hæreditâtẽ ſibi. ℣. Verbo Dómini cœli firmáti ſunt, & ſpíritu oris eius omnis virtus eórum. Alleluia. ℣. Veni ſancte Spíritus: reple tuórũ corda fidélium: & tui amóris in eis ignẽ accénde. Alleluia.

¶ Tempore Paſchali Primũ Alleluia ℣. Veni Sãcte ſpíritus Secundũ. Alleluia. ℣. Paráclitus Spíritus ſanctus, quem mittet pater in nómine meo, ille vos docêbit omnem veritâtem. Alleluia.

In Septuageſima.

Tractus. Emítte Spíritum tuum, & creabúntur: & renouâbis fáciem terræ. ℣. O quám bonus & ſuâuis eſt, Dómine, Spíritus tuus in nobis. ℣. Veni ſancte Spíritus, reple tuórum corda fidélium: & tui amóris in eis ignem accénde. Ibid.

Sequéntia ſancti Euangélij ſecúndum Ioánnem.

cap. 14. IN illo témpore: Dixit Ieſus diſcípulis ſuis. Si quis díligit me, ſermônem meum ſeruâbit: & Pater meus díliget eũ, & ad eum veniêmus, & manſiônem apud eum faciêmus. Qui non díligit me, ſermónes meos non ſeruat. Et ſermônem quem audíſtis, non eſt meus: ſed eius, qui miſit me, Patris. Hæc locûtus ſum vobis, apud vos manens. Paráclitus autem, Spíritus ſanctus, quem mittet Pater in nómine meo: ille vos docêbit ómnia, & ſúggeret vobis ómnia, quæcúnque díxero

vobis.

vobis. Pacẽ relínquo vobis, pacem mèam do vobis. Non quómodo mundus dat, ego do vobis. Non turbêtur cor veſtrum, neq̃ue formîdet. Audíſtis quia ego dixi vobis: Vado & vénio ad vos. Si diligerêtis me, gauderêtis vtique, quia vado ad Patrem: quia Pater maior me eſt. Et nunc dixi vobis, príuſquam fiat: vt cum factum fúerit, credâtis. Iam non multa loquar vobíſcum. Venit enim princeps mundi huius, & in me non habet quicquam. Sed, vt cognóſcat mundus, quia díligo Patrem: & ſicut mandâtum dedit mihi Pater, ſic fácio.

Pſal. 67. Offerto. Confírma hoc, Deus, quod operâtus es in nobis: à templo ſancto tuo, quod eſt in Hieruſalém, tibi ófferent reges múnera. Alleluia.

Secreta.

MVnera, quęſumus Dñe, oblâta ſanctífica: & corda noſtra ſancti Spíritus illuſtratiône emúnda. Per Dóminum. In vnitâte eiúſdem.

Act. 2. Cõm. Factus eſt repénte de cœlo ſonus tanquã aduenientis ſpíritus vehe-méntis, vbi erant ſedéntes: Alleluia. & repléti ſunt omnes Spíritu ſancto, loquéntes magnália Dei. Alleluia, Alleluia. Poſt communio.

SAncti Spíritus, Dómine, corda noſtra mundet infúſio: & ſui roris íntima aſperſiône fœcúndet. Per Dóminum. In vnitâte eiúſdem.

Miſſa de Spiritu ſancto per ſeptuageſimam vel Quadrageſimam. Spiritus Dómini repleuit. Sine. Alleluia. Item eodem tempore alia Miſſa.

AD POSTVLANdum gratiam Spiritus ſancti. Intro

DVm ſanctificâtus fúero in vobis congregâbo vos de vniuérſis terris, & effúndam ſuper vos aquam mundam & mundabímini ab ómnibus inquinaméntis veſtris & dabo vobis ſpíritum nouum. Eze 36.

Pſalm. Benedîcam Dóminum in omni tĕmpore ſemper laus eius in ore meo. Pſal. 33. Collecta.

DEus cui omne cor patet & omnis voluntas lóquitur, & quem nullum latet ſecrêtum: puríſica per infuſiônem Sancti ſpíritus

cogitatiónes cordis noſtri, vt te perféćte díligere & digné laudâre mereâmur. Per Dóminum noſtrum.

¶Léćtio Epiſt. B. Pauli Apóſtoli ad Corínthios.

1.co rint. 12. FRatres. Vnicuîq; noſtrũ datur manifeſtátio ſpíritus ad vtilitâtem. Alij quidẽ per ſpíritum datur ſermo ſapiéntiæ. Alij ſermo ſciéntiæ ſecundũ eúndẽ ſpíritum. Alteri fides in eôdem ſpíritu. Alij gratia ſanitâtum in vno ſpíritu, Alij operátio virtûtum: álij prophetîa: alij diſcrétio ſpirítuum. Alij génera linguârum. Alij interpretátio ſermônum. Hæc autem ómnia operâtur vnus atq; idem ſpíritus: díuidens ſingulis pro vt vult.

Pſal. 32. ℟. Beâta gens cuius eſt Dóminus Deus eius, pópulus quem elêgit Dó-
Ibi. minus in hæreditâtem ſibi. ℣. Verbo Dómini cœli firmáti ſunt & ſpiritu oris eius omnis virtus eórum.

Pſal. 41. Traćtus. Sicut ceruus deſíderat ad fontes aquârum, ita deſiderat ánima mea ad te Deus. ℣. Sitîuit ánima mea ad Deum viuum quando véniam & apparêbo ante fáciem Dei mei. ℣. Fuérunt mihi láchrymæ meæ panes die ac nocte, dum dicitur mihi per ſíngulos dies, vbi eſt Deus tuus?

Sequéntia ſanćti Euangélij ſecúndum Ioánnem.

IN illo tempore: Dixit Ieſus diſcípulis ſuis. Si dilígitis capi. 14.
me mandâta mea ſeruâte. Et ego rogâbo patrem meum, & alium Paráclitum dabit vobis, vt máneat vobíſcum in ætérnum, ſpíritum veritâtis, quem mũdus non poteſt accípere; quia non videt eum nec ſcit eum. Vos autem cognoſcêtis eum: quia apud vos manêbit: & in vobis erit.

Offert. Emítte ſpíritum tuum, & Pſal 103.
creabúntur: & renouâbis fáciem terræ: ſit glória Dómini in ſæcula.

Secreta.

HÆc oblátio Dómine Deus cordis noſtri máculas emúndet, vt Sanćti ſpíritus digna efficiâtur habitátio. Per eiúſdem.

Commu. Spiritus ſanćtus docêbit Ioã. 14.
vos quæcunque díxero vobis.

Poſt communio.

COncêde quæſumus omnípotens Deus ſanćtũ nos ſpíritum votis promeréri ſé-

ri lédulis, quátenus eius grátia ab ómnibus liberêmur tentatiónibus, & peccatôrum noſtrôrum indulgéntiam pércipere mereâmur. Per. eiuſdem.

MISSA DE SANcta Cruce. Introitus.

Gal. 6. NOs autem gloriári opórtet in Cruce Dómini noſtri Ieſu Chriſti, in quo eſt ſalus, vita, & reſurréctio noſtra: per quem ſaluáti & liberáti ſumus, alleluia, alleluia.

Pſal. 66. Pſalm. Deus misereâtur noſtri, & benedícat nobis: illúminet vultum ſuũ ſuper nos, & misereâtur noſtri. ℣. Gloria Patri & Filio.

Collecta.

DEus, qui vnigéniti Fílij tui pretióſo ſánguine, viuíficę Crucis vexíllum ſanctificâre voluíſti: concêde, quæſumus: eos qui eiúſdem ſanctę Crucis gaudent honôre: tua quoque vbîque protectiône gaudêre. Per eúndem Dóminum noſtrum.

Léctio Epíſtolæ Beáti Pauli Apóſtoli ad Philippénſes.

capi. 2. FRatres, Chriſtus factus eſt pro nobis obédiens vſque ad mortem: mortem autem Crucis. Propter quod & Deus exaltâuit illum: & donâuit illi nomen, quod eſt ſuper omne nomen: vt in nómine Ieſu omne genu flectâtur, cœléſtium, terréſtrium, & infernôrum: & omnis lingua cõfiteâtur, quia Dóminus Ieſus Chriſtus in glória eſt Dei patris.

℟. Chriſtus factus eſt pro nobis obédiensvſq; ad mortem: morté auté Crucis. ℣. Propter quod & Deus exaltâuit illum: & dedit illi nomen, quod eſt ſuper omne nomen. Alleluia. ℣. Dulce lignum, dulces clauos, dúlcia ferens póndera, quæ ſola fuíſti digna ſuſtinére Regem cœlôrum, & Dóminum, Alleluia. Phi-lip. 2

¶ Tempore Paſchali. Alleluia. ℣. Dícite in géntibus, quia Dóminus regnâuit à ligno, Alleluia. Pſal. 95.

In Septuageſima.

Tractus. Adorâmus te Chriſte, & benedícimus tibi: quia per Crucem tuam redemíſti mundum. ℣ Tuã Crucem adorâmus Dómine, tuam glorióſam recólimus paſsiónem: miſerêre noſtri: qui paſſus es pro nobis. ℣. O Crux benedicta, quæ ſola fuíſti digna portâre Regem cœlôrum & Dóminum.

Sequéntia ſancti Euangélij ſecúndum Matthæum.

cap. 20. IN illo témpore: Aſſúmpſit Ieſus duódecim diſcípulos ſuos ſecréto, & ait illis. Ecce aſcéndimus Hieroſólymã, & Fílius hóminis tradêtur princípibus Sacerdôtum & Scribis, & condemnábunt eum morte, & tradent eum Géntibus ad illudéndum, & flagellándum, & crucifigéndũ: & tértia die reſúrget.

1. co rint. 1. Offertorium. Verbum crucis pereúntibus ſtultitia eſt: his autem qui ſalui fiunt, id eſt, nobis virtus Dei eſt. Alleluia. Secreta.

HÆc oblátio, quæſumus Dómine, ab ómnibus nos purget offénſis: quæ in ara Crucis immolâta, étiam totîus mundi tulit offénſam. Per Dóminum noſtrum.

Cómu. Per ſignum Crucis de inimícis noſtris líbera nos Deus noſter. Alleluia. Poſt communio.

ADéſto nobis Dómine Deus noſter: & quos ſanctæ Crucis lætári facis honôre, eius quoque perpétuis defénde ſubſidijs. Per Dóminum noſtrum.

¶Tempore Paſchali, loco primæ Orationis, dicitur ſequens. Collecta.

DEus, qui pro nobis Fílium tuum Crucis patíbulũ ſubîre voluíſti: vt inimíci à nobis expélleres poteſtâtem: concêde nobis fámulis tuis: vt reſurrectiônis glóriam conſequâmur. Per eúndem Dóminum.

ALIA MISSA DE Paſsione Dómini noſtri Ieſu Chriſti, & de eius quinq; plagis. Introitus.

HVmiliâuit ſemetípſum Dóminus Ieſus Chriſtus vſque ad mortem, mortẽ autem Crucis: propter quod & Deus exaltâuit illum, & donâuit illi nomen, quod eſt ſuper omne nomen. Phi-lip. 2

Pſalm. Miſericórdias Dómini in ætérnum cantábo. ℣. Glória. Pſal. 88.

Collecta.

DOmine Ieſu Chriſte, qui de cœlis ad terram de ſinu Patris deſcendíſti, & in ligno crucis quinque plagas ſuſtinuíſti & ſánguinem tuum pretiôſum in remiſsiô-

nem

nem peccatôrum noſtrôrum fudíſti: te humíliter deprecâmur: vt in die iudícij, ad déxteram tuam audîre mereâmur, Venîte benedícti patris mei. Qui viuis.

Léctio Zacharíæ Prophétæ.

capi. 12. HÆc dicit Dóminus: Effúndam ſuper domum Dauid, & ſuper omnes habitántes Hieruſalém, Spíritum grátiæ, & miſeratiônis: & aſpícient in eum quem confixérunt: & plangent eum plãctu magno quaſi ſuper vnigénitum: & dolébunt ſuper eũ, vt doléri ſolet in morte pri-
capi. 13. mogéniti. In illa die erit planctus magnus in Hieruſalém: & dicêtur. Quæ ſunt plagæ iſtæ in médio mánuum tuârum? Et dicet. His plagâtus ſum in domo eôrum, qui diligébant me. Frámea ſuſcitâre ſuper paſtôrem meum, & ſuper virum cohæréntem mihi, dicit Dóminus exercítuũ: Pércute paſtôrem & diſpergéntur oues. Ait Dóminus omnípotens.

Pſal 68. ℟. Impropérium expectâuit cor meũ & miſériam: & ſuſtínui, qui ſimul mecum contriſtarêtur, & non fuit: conſólãtem me quæſiui, & non inuêni. ℣. Dedérunt in eſcam meam fel, & in ſiti mea potauérunt me acéto. Alleluia. ℣. Aue Rex noſter: tu ſolus noſtros es miſerâtus erróres: Patri obédiens, ductus es ad crucem, vt agnus manſuétus ad occiſiônem. Tibi glória Hoſanna: tibi triúmphus & victória, tibi ſupernæ laudis corôna. Alleluia.

In Septuageſima.

Tractus. Veré languores noſtros ipſe tulit, & dolóres noſtros ipſe portâuit. ℣. Et nos putáuimus eum quaſi leprôſum, & percúſſum à Deo, & humiliâtum. ℣. Ipſe autem vulnerâtus eſt propter iniquitátes noſtras, attrîtus eſt propter ſcélera noſtra. ℣. Diſciplîna pacis ſuper eum: & liuôre eius ſanáti ſumus. Iſai. 53.

Sequéntia ſancti Euangélij ſecúndum Ioánnem.

IN illo témpore: Sciés Ieſus quia iam ómnia cõſummâta ſunt: vt conſummarêtur ſcriptûra, dicit. Sítio. Vas ergo póſitum erat acéto plenum. Illi autem ſpóngiam acéto plenam, hyſſópo circumponéntes, obtulérunt ori eius. Cúm ergo accepiſſet Ieſus acêtum; dixit. Conſummâtum eſt. Et inclináto cápite Ioã. 19.

trádidit ſpíritum. Iudæi ergo (quóniam paraſcéue erat) vt non remanérent in Cruce córpora Sabbatho (erat enim magnus dies ille Sábbathi) rogauérunt Pilâtum, vt frangeréntur eôrũ crura, & tolleréntur. Venérunt ergo mílites: & primi quidem fregérunt crura, & altérius, qui crucifixus erat cum eo. Ad Ieſum autem cúm veníſſent, vt vidérunt eum iam mórtuum, non fregérunt eius crura, ſed vnus mílitum lánceа latus eius apéruit, & contínuó exîuit ſanguis & aqua. Et qui vidit, teſtimónium perhíbuit: & verum eſt teſtimónium eius.

Offerto. Inſurrexérunt in me viri iníqui, abſque miſericórdia: quæſiérunt me interfícere, & non pepercérunt in fáciem meam ſpúere: & lánceis ſuis vulnerauérunt me, & cõcúſſa ſunt ómnia oſſa mea.

Secreta.

DOmine Ieſu Chriſte, qui pro mundi redemptiône crucis lignum aſcendíſti vt vniuérſus mundus qui in ténebris erat illuminarêtur, illam lucem in ànima & córpore noſtro ſemper tríbue, per quam ad ætérnam lucem peruenîre mereâmur. Qui cum patre & Spíritu ſancto viuis & regnas Deus.

Præfatio de Cruce. Qui ſalûtem. folio. 136. Com. Fodérunt manus meas, & pedes meos: dinumerauérunt ómnia oſſa mea. Pſal. 21.

Poſt communionem.

DOmine Ieſu Chriſte, qui hora diei ſexta, pro redemptiône mundi, crucis patíbulum aſcendíſti, & ſánguinem tuum pretiôſum in remiſsiônem peccatôrum noſtrôrum fudíſti: te humíliter deprecâmur: vt poſt óbitum noſtrum, paradíſi iánuã gaudénter introîre mereâmur. Qui cum Deo Patre.

S A B B A T H O

Miſſa de Beatiſsima Virgine Maria, per Aduentum.

Introitus.

ROrâte cœli déſuper, & nubes pluãt iuſtum: aperiâtur terra, & gérminet Saluatôrem. Iſai. 45.

Pſalm. Et iuſtítia oriâtur ſimul: ego Ibi.

Dóminus creáui eum. Non dicitur. Glória in excélſis.

Collecta.

DEus, qui de beátæ Maríę vírginis vtero verbum tuũ, ángelo nunciãte, carnem ſuſcípere voluíſti: pręſta ſupplícibus tuis: vt, qui veré eam genitrîcem Dei crédimus, eius apud te intercesſiónibus adiuuêmur. Per eúndem Dóminum noſtrum.

Léctio Iſaiæ Prophétæ.

capi. 7. HÆc dicit Dñs Deus. Egrediêtur virga de radîce Ieſſe: & flos de radîce eius aſcéndet. Et requiéſcet ſuper eum ſpíritus Dómini: ſpíritus ſapiéntiæ & intelléctus, ſpíritus conſílij & fortitúdinis, ſpíritus ſciéntiæ & pietâtis, & replêbit eum ſpíritus timôris Dómini. Non ſecundum viſiônem oculôrum iudicâbit: neq; ſecúndum audîtum áurium árguet; ſed iudicâbit in iuſtítia páuperes, & árguet in æquitâte pro manſuétis terræ. Et percútiet terram virga oris ſui & ſpíritu labiôrum ſuôrum interfíciet ímpium. Et erit iuſtítia cíngulum lumbôrum eius: & fides cinctórium renum eius.

Alia Epiſtola.

Lectio Iſaiæ Prophetæ.

IN diêbus illis: Locûtus eſt Dóminus ad Acház, dicens. Pete tibi ſignum à Dómino Deo tuo, in profúndum inférni, ſiue in excélſum ſuprá. Et dixit Acház. Non petam: & non tentâbo Dóminum. Et dixit. Audîte ergo domus Dauid. Nun quid parum vobis eſt, moléſtos eſſe homínibus, quia moléſti eſtis & Deo meo? Propter hoc dabit Dóminus ipſe vobis ſignum. Ecce virgo cõcípiet: & páriet filium: & vocábitur nomen eius Emmanuél. Butyrum & mel cómedet: vt ſciat reprobâre malum, & elígere bonum. capi. 7.

℞. Tóllite portas príncipes veſtras, & eleuámini portæ æternáles, & introîbit Rex glóriæ. ℣. Quis aſcéndet in montem Dómini, aut quis ſtabit in loco ſancto eius? innocens mánibus, & mundo corde. Alleluia. Virga Ieſſe flóruit, virgo Deum & hóminem génuit, pacem Deus réddidit, in ſe reconcílians ima ſummis. Alleluia. Pſal. 23. Nu. 17.

Sequéntia ſancti Euangelij ſecúndum Lucam.

cap. 1. IN illo témpore: Miſſus eſt ángelus Gábriel à Deo in ciuitâtem Galilææ, cui nomen Nazaréth, ad vírginem deſponſâtam viro: cui nomen erat Ioſeph, de domo Dauid: & nomen vírginis Marîa. Et ingreſſus Angelus, ad eam dixit. Aue grátia plena, Dóminus tecum: benedícta tu in muliéribus. Quæ cùm audíſſet, turbâta eſt in ſermône eius: & cogitâbat qualis eſſet iſta ſalutátio. Et ait Angelus ei. Ne tímeas Marîa: inueníſti enim grátiã apud Deum. Ecce concípies in vtero, & páries filium, & vocâbis nomen eius Ieſum. Hic erit magnus: & filius Altiſsimi vocábitur. Et dabit illi Dóminus Deus ſedem Dauid patris eius: & regnâbit in domo Iacob in ætérnum: & regni eius non erit finis. Dixit autem Marîa ad Angelum. Quómodo fiet iſtud, quóniam virum non cognóſco? Et reſpóndens Angelus, dixit ei. Spíritus ſanctus ſuperuéniet in te: & virtus Altíſsimi obumbrâbit tibi. Ideó que, & quod naſcêtur ex te ſanctum, vocábitur Fílius Dei. Et ecce Eliſabéth cognâta tua: & ipſa concêpit filium in ſenectûte ſua. Et hic menſis, eſt ſextus illi, quę vocâtur ſtérilis: quia non erit impoſſíbile apud Deum omne verbum. Dixit autem Marîa. Ecce ancilla Dómini: fiat mihi ſecúndum verbum tuum.

Offer. Aue Marîa grátia plena, Dóminus tecum: benedícta tu in muliéribus: & benedíctus fructus ventris tui. Ibi.

Secreta.

IN méntibus noſtris, quæſumus Dñe, veræ fídei ſacraménta cõfirma: vt qui cõcéptum de vírgine, Deũ verum & hóminẽ confitêmur: per eiúſdem ſalutíferæ reſurrectiônis poténtiam, ad ætérnam mereâmur peruenîre lętítiam. Per eúndem Dñm.

Præfatio. Et te in veneratione. fol 138.

Commu. Ecce virgo concípiet, & páriet filium: & vocábitur nomen eius Emmánuel. Iſai. 7.

Poſtcommunio.

GRátiam tuam, quæſúmus Dómine, méntibus

noſtris infúnde: vt qui, Angelo nunciánte, Chriſti Fílij tui incarnatiônẽ cognóuimus: per paſsiônem eius & crucem, ad reſurrectiônis glóriam perducâmur. Per eúndem Dóminum noſtrum.

SABBATHO
alia Miſſa de Beatiſsima virgine Maria per annum
Introitus.

Se-dul. SAlue ſancta parens, eníxa puérpera regem: qui cœlũ, terrãq; regit in ſæcula ſæculôrum. Alleluia.

Pſal. 4. Pſalm. Benedícta tu in muliéribus & benedíctus fructus ventris tui. ℣. Glória.

Collecta.

COncêde nos fámulos tuos, quæſumus Dómine Deus, perpétua mentis & córporis ſanitâte gaudêre: & glorióſa beátæ Maríæ ſemper vírginis interceſsiône, à præſénti liberári triſtítia, & futúra pérfrui lætítia. Per.

Léctio libri Sapiéntiæ.

Ec-cli. 24. AB inítio & ante ſæcula creâta ſum: & vſque ad futúrum ſæculum non déſinam: & in habitatiône ſancta coram ipſo miniſtráui. Et ſic in Sion firmâta ſum: & in ciuitâte ſanctificâta ſimíliter requiéui: & in Hieruſalém potéſtas mea. Et radicáui in pópulo honorificáto: & in partes Dei mei hæréditas illìus, & in plenitúdine ſanctôrum deténtio mea.

℟. Benedícta & venerábilis es virgo María: quæ ſine tactu pudóris inuénta es mater Saluatôris. ℣. Virgo Dei génitrix, quem totus non capit orbis, in tua ſe clauſit víſcera factus homo. Alleluia. ℣. Virga Ieſſe flóruit, virgo Deum & hóminem génuit: pacẽ Deus réddidit: in ſe recõcílians ima ſummis, Alleluia. A Natiuitate Dómini vſq; ad purificationem. Alleluia. ℣ Poſt partum virgo inuiolâta permanſiſti: Dei génitrix intercêde pro nobis, Alleluia Sed à Paſcha vſq; ad Trinitatẽ Primũ Alleluia & ℣. Poſt partum Secundũ Alleluia & ℣. Virga Ieſſe Tépore alio. Alleluia. ℣. Poſt partum. In Septuageſima.

Tract. Gaude María virgo, cunctas hæreſes ſola interemíſti. ℣. Quæ Gabriélis archángeli díctis credidíſti. ℣. Dũ virgo Deũ & hóminẽ genuíſti: & poſt partũ virgo inuiolâta permanſiſti. ℣. Dei génitrix intercêde pro nobis.

Sequéntia ſancti Euangélij ſecúndum Lucam.

capi. 1. IN illo témpore: Loquénte Ieſu ad turbas, extóllẽs vocem quędam múlier de turba, dixit illi. Beâtus venter qui te portâuit, & vbera quæ ſuxíſti. At ille dixit. Quinímo, beáti qui áudiunt verbum Dei, & cuſtódiunt illud.

Offertor. Beâta es virgo Maria, quæ Dóminũ portáſti creatôrem mundi; genuiſti qui te fecit, & in ætérnum pérmanes virgo, Alleluia.

Secreta.

TVa Dómine propiciatiône, & beátæ Maríę ſemper vírginis interceſsiône: ad perpétuam atque præſéntem hæc oblátio nobis profíciat ſalutem. Per Dóminum noſtrum.

Communio. Beâta víſcera Maríæ vírginis, quæ portauérunt ætérni Patris filium.

Poſt communionem.

SVmptis Dómine ſalûtis noſtrę ſubſídijs: da, quęſumus, beátę Maríę ſemper vírginis nos patrocínijs vbíque prótegi: in cuius veneratiône, hęc tuæ obtúlimus maieſtáti. Per Dóminum.

Aliud Euangélium.

Sequéntia ſancti Euangélij ſecúndum Ioánnem.

IN illo témpore. Stabant autem iuxta crucem Ieſu mater eius, & ſoror matris eius María Cléophæ, & María Magdaléne. Cùm vidíſſet ergo Ieſus matrem, & discípulum ſtantem, quem diligêbat, dicit matri ſuę. Múlier, ecce filius tuus. Deínde dicit diſcípulo. Ecce mater tua. Et ex illa hora accêpit eam diſcípulus in ſuam. capi. 19.

ORDO SERVANdus in collectis decantandis in Mißis conuentualibus.

Prima Regula.

In ſolennitatibus vel diebus in quibus duę Miſſę celebrantur collecta tantum dicitur de Officio diei quę finitur cum ſequenti collecta.

ET fámulos tuos Papam. N. Regem noſtrum. N. (Reginam) & Príncipem cum prole Regia, & exérci-

tu ſuo

tu ſuo & pópulo ſibi commiſſo & nos ab omni aduerſitâte cuſtodi: pacem & ſalûtem noſtris concêde tempóribus & ab Eccléſia tua cũctam repélle nequítiam: & gentes paganôrum & hæreticôrum déxteræ tuæ potén tia conterántur: & fructus terræ dare & conſeruâre dignêris. Per Dóminum noſtrum Ieſum Chriſtum fíliũ tuum: qui tecum viuit & regnat in vnitâte Spíritus ſan cti Deus; per ómnia ſæcula ſęculôrum. Amen.

IN FESTIVITAtibus duodecim lectio. & vnius Miſſæ, & Feria. 3. de. B. P. N. Bernardo & Feria. 5. de Spiritu ſancto & Sabbatho de B. Virgine Maria & quotieſcunque aliæ ſimiles Miſſæ celebrantur dicuntur collectæ ordine ſequenti.

Secunda Regula.

Prima collecta de officio. Secunda cõmemoratio vel, commemorationes etiam de octauario ſolenni.

3. Concede nos famulos tuos quæſumus Dómine Deus perpétua mẽtis & córporis ſanitâte gaudêre: & glorióſa Beátę Maríę ſemper Vírginis interceſsiône à præſénti liberári triſtítia: & futúra pérfrui lętítia.

4. Deus à quo ſancta deſidéria & recta conſília & iuſta ſunt ópera: da ſeruis tuis illam, quam mundus dare non poteſt pacem; vt & corda noſtra mandátis tuis dédita & hóſtium ſubláta formídine: témpora ſint tua protectiône tranquílla.

5. Eccleſiæ tuæ Dómine preces placâtus, admítte: vt deſtrúctis aduérſitátibus & erróribus vniuerſis: ſecúra tibi ſéruiat libertâte.

6. Et famulos tuos, Papam. N. Regem noſtrum. N. (Regînam) & Príncipem cum prole Régia Pópulo ſibi commiſſo & exércitu ſuo & nos ab omni aduerſitâte cuſtódi: & gentes paganôrum & hæreticôrũ déxteræ tuæ poténtia con

terán-

terántur & fructus terræ dare & conſeruâre dignêris.

Vltima veró dícitur in vere tantum collecta A domo tuæ. vt infra fol. 34. ſimul cum ſecreta & poſtcommu. quç illi reſpondent.

Si autē dicenda ſit collecta Inclina. etiam intra Tricenariū. S. Lāberti.2. locodicitur. Inclina, &. 3. Deus veniæ quas reperies infra fol. 26. ſin autem tantū Deus veniæ dicitur.2.loco erit dicenda cū Secreta & poſt commu. quæ ipſis reſpondent & ſic in reliquis proceditur ſuo ordine.

IN Aduentu vero ſemper pro Collecta de B. virgine Maria dicitur, Deus qui de Beatç Mariæ &c. Vt infra fol.20. & eadem eſt ratio de Secreta & Poſtcommu. illi reſpondentibus. Secreta.

Prima de officio.

2. Commemoratio vel cōmemorationes.

3. TVa Dómine propiciatiône & Beátæ Mariç ſemper vírginis interceſsiône ! ad perpetuam atq; prçſéntem hçc oblátio nobis profíciat ſalutem.

4. DEus qui credéntes in te pópulos nullis ſinis cóncuti terróribus ! dignâre preces & hóſtias dicátæ tibi plebis ſuſcipere: vt pax tua pietâte concéſſa ! Chriſtianôrum fines ab omni hoſte fáciat eſſe ſecúros.

5. PRótege nos Dómine quæſumus, tuis myſterijs ſeruiéntes ! vt diuínis rebus & córpore famulêmur & mente

6. Et famulos vt ſupra. in hac Regula. Poſt cōmu.

Prima Collecta de officio.

2. Commemoratio vel cōmemorationes.

3. SVmptis Dómine, ſalûtis noſtræ ſubſídijs, da quæſumus Beátæ Mariæ ſemper vírginis nos patrocínijs vbîque prótegi; in cuius veneratiône, hçc tuæ obtúlimus maieſtati.

4. DEus author pacis & amâtor ! quem noſſe viuere; cui ſeruîre regnâre eſt: prótege ab ómnibus impugnatiónibus ſupplices tuos, vt qui in defenſiône tua confídimus ! nulliûs hoſtilitâtis arma timeâmus.

5. Quæ

5. QVæſumus Dómine Deus noſter: vt quos diuína tríbuis participatiône gaudêre, humánis non ſinas ſubiacêre perículis. Et fámulos tuos &c. Vt ſupra in hac Regula.

IN MISSIS MATVtinalibus vel quæ gradales, dicuntur vt Feria. 4. pro Familiaribus & Feria. 6. de. S. Cruce dicuntur collectæ ordine ſequenti.

Tertia Regula.

Prim. Collecta. de Officio.

Secund. Inclina Dómine vt infra. fol. 26. vel cõmemoratio ſeu commemorationes ſi dicendæ ſint.

Tert. Cõcede nos famulos tuos vt ſupra præcedenti Regula.

Quarta Collecta quæ dicitur vſitata.

COncêde quæſumus omnípotens Deus: vt intercéſsio nos ſanctæ Dei genitrîcis ſemperq; virginis Mariæ ſanctôrumque ómnium Apoſtolôrũ, Mártyrũ, cõfeſſôrum, atq; Vírginũ, & ómniũ electôrũ tuôrũ vbîq; lętíficet: vt dũ eôrũ mérita recólimus, patrocínia ſentiâmus.

Quinta Deus áquo vt ſupra præcedenti Regula & ſecreta & poſt cõmu. illi reſpondentes.

Sext. Eccléſiæ tuæ. Et fámulos tuos &c. ibidem.

Vltima collecta quæ ſolet dici vſitata.

OMnípotens ſempitérne Deus, qui viuôrum dominâris ſimul & mortuôrũ: ómniumque miſerêris quos tuos fide & ópere futúros eſſe prænóſcis, te ſupplíciter exorâmus: vt pro quibus effúndere preces decréuimus, quoſque vel præſens adhuc ſæculum in carne rétinet, vel futûrum iam exútos córpore ſuſcêpit, pietâtis tuæ cleméntia, ómnium delictôrum ſuôrum véniam, & gáudia cónſequi mereántur ætérna. Per Dóminum noſtrum.

Collecta veró. A domo tua vel intra Tricen. S. Lãberti. collecta Deus veniæ dicẽtur ſtatim poſt Fámulos videlicet loco penultimo & eadem eſt ratio de ſecreta & poſt cómunio.

munio. ipſis reſpondentibus quas ſuperiori regula reperias aſsignatas.

Secreta.

Prima. de officio.

2. Commemoratio. vel cõmemorationes vel pro defuncto collecta.

Annue nobis Dómine vt infra. fol. 26.

3. Tua Dómine propiciatione, vt pręced. Regula.

4. OBlátis Dómine placâre munéribus: & intercedente Beáta Dei genitrîce María, cum ómnibus ſanctis tuis à cunctis nos defende periculis.

5. Deus qui credentes, vt præcedenti Regula.

6. Prótege nos Dómine. Et famulos vt ſupra pręcedenti. Regul.

7. DEus cui ſoli cógnitus eſt númerus electôrum, in ſupérna fœlicitâte locándus, tribue quęſumus vt vniuerſôrum quos in oratiône commendátos ſuſcépimus, & ómnium fidéliũ nómina beátę prędeſtinatiônis liber, aſcrípta retíneat. Per Dóminum.

Poſt communio.

Prima collecta de officio.

2. Commemoratio vel cõmemôrationes vel pro defuncto collectã Abſolue Dómine vt ínfra. fol 26.

3. Sumptis Dómine, vt præcedenti Regula.

4. SVmpſimus Dómine Beátæ Maríæ ſemper vírginis, & ómnium ſanctôrum tuôrum memóriam recoléntes ſacraménta cœléſtia: præſta quæſumus: vt quod temporáliter gérimus: ætérnis gáudijs cõſequâmur.

5. Deus author pacis vt præcedenti Regula.

6. Quæſumus Dñe Deus noſtér, ſupra pręcéd. Regula Et famulos tuos, ibidem.

7. PVrificẽt nos Dómine quæſumus ſacraméta quæ ſúmpſimus: & pręſta vt hoc tuum ſacraméntũ nõ ſit nobis reâtus ad pœnam: ſed intercéſsio ſalutâris ad véniam: ſit ablútio ſcélerũ: ſit fortitûdo fragílium: ſit contra mundi perícula firmamẽtum: ſit viuôrum atq; mortuôrũ fidéliũ remíſsio ómniũ peccatôrũ. Per. Et ſi dicẽda ſit

colle-

collecta. de Tricenario vel contra tempeſtates in hoc loco dicatur ſicut ſupra eſt aſsignatum.

PRO DEFVNCTIS dicitur Feria.2. Miſſa ordine ſequenti.

Quarta Regula.

Prima collecta.

OMnipotens ſempitérne Deus, cui nũquam ſine ſpe miſericórdię ſupplicâtur: propiciâre animâbus famulôrũ famulârumq; tuârum: vt qui de hac vita in tui nóminis confeſsiône diſceſſérunt: ſanctôrum tuôrum número fácias aggregári.

2. Deus à quo, vt in ſecunda Regula.

3. Eccleſiæ tuæ Dómine, ibidem.

4. A domo tua, in vere vt infra.fol.34.

5. Omnípotens ſempiterne Deus qui viuorum, vt præced.Regula. Secreta.

1. PRopiciâre quæſumus Dómine animâbus famulôrũ famulârumque tuârum, pro quibus tibi hóſtias placatiônis offérimus, & quia in hac luce in fide manſérunt cathólica, in futúra vita eius retribútio cõdonêtur.

2. Deus qui credentes, vt in ſecunda Regula.

3. Protege nos Dñe ibidem.

4. Offerimus tibi Dñe lau. in vere infra.fol.34.

5. Deus cui ſoli cognitus, vt in præced.Regula.

Poſt communionem.

Prima collecta.

PRęſta quęſumus omnípotens Deus: vt ánimas famulôrum famulârumq; tuârum ab Angelis lucis ſuſcéptas: in præparâta habitácula, dedúci fácias beatôrum.

2. Deus author pacis, ſupra in ſecunda Regula.

3. Quęſumus Dómine Deus noſter, ibidem.

4. Omnípotẽs ſempiterne. infra.fol.34.

5. Puríficent nos Dómine, vt præced Regula.

In Trecenario.S. Lamberti eodem prorſus modo collectę dicitur ſine. A domo tua prę mittendo tamen ſemper collectam Deus vénię ante omnes alias ipſaſq; ſuo ordine dicẽdo.

IN MISSA DE Anniuerſario mẽſis dicuntur collectæ ordine ſequenti.

Quinta Regula.

Pima. collecta.

PReſta Dñe quæſumus vt ánima fámuli tui (vel ánimæ famulôrum tuôrũ) cuius (vel quorum) anniuerſáriũ depoſitiônis diem cõmemorâmus indulgentiam páriter & réquiem cápiat (cápiant) ſempitérnam.

2. Fidéliũ Deus ómnium cõditor & Redemptor animâbus famulôrum famulârumque tuârum remiſsiônem cũctôrum tríbue peccatôrum: vt indulgéntiam quam ſemper optauérunt pijs ſupplicatiônibus conſequantur.

3. Deus à quo vt ſupra in ſecunda Regula.

4. Eccléſiæ tuæ ibid.

5. A domo tua ſuo tempore vt infra fol. 34.

6. Omnípotens qui viuôrũ vt ſupra in tertia Regula.

Secreta. Prima.

EXáudi Dómine ſupplicatiónes noſtras vt ánimam. (ánimas) fámuli tui (famulôrũ tuôrũ) pro qua (pro quibus) tibi offérimus hoc ſacrifícium laudis ſanctis & eléctis tuis ſociâre dignêris.

2. HOſtias quęſumus Dómine quas tibi pro animâbus famulôrum famulârumq; tuârũ offérimus propiciâtus inténde vt quibus fídei Chriſtiánæ méritũ cõtulíſti dones & præmium.

3. Deus qui credéntes vt ſupra in ſecunda Regul.

4. Protege nos Dómine ibidem.

5. Offerimus Dómine. ſuo tempore vt infra fol. 34.

6. Deus cui ſoli cógnitus. ſupra in tertia Regula.

Poſt communionem.

Prima collecta.

SVſcipe Dómine preces noſtras pro ánima (animabus) famuli tui, (famulorum tuorũ) vt ſi quæ ei (eis) máculę de terrénis contágijs adhęſérũt remiſsiônis tuæ, miſericórdia deleántur.

2. ANimâbus quæſumus Dómine famulôrum famulârumque tuârum oratio

tio proficiat ſupplicántium: vt eas & à peccátis ómnibus éxuas: & tuæ redemptiônis fácias eſſe partícipes.

3. Deus autor pacis, ſupra in ſecunda Regula.

4. Quęſumus Dómine, Deus noſter, ibidem.

5. Omnípotens qui nos & caſtigándo ſanas ſuo témpore infra fol. 34.

Vltima. Puríficent nos Dómine, ſupra in tertia Regula.

REGVLA GENERALIS.

SI in Miſſa, ſit dicenda collecta aliqua ſpecialis, ſi fuerit illa pro defuncto, vel pro alia quálibet peculiari perſona vel perſonis, ſecũdo loco dicatur: ſi verò pro alia quauis neceſsitate cõmuni pluuia vidélicet, vel ſerenitate, ſalute, aut peſte, vel tandem pro gratiârum actione, dicenda eſt poſt collectam Ecclésiæ tuæ & ſic conſequẽter in reliquis. Alię peculiares regulæ, quæ aliquibus in feſtis ſolent euenire, proprijs in locis denotantur.

MISSA PRO Defunctis. Introitus.

REquiem ętérnam dona eis Dñe: & lux perpétua lúceat eis.

Pſalm. Te decet hymnus Deus in Sion, & tibi reddêtur votum in Hieruſalém: exáudi oratiônem meam, ad te omnis caro véniet. Requiem. Pſal. 64.

℞. Réquiem ętérnam dona eis Dómine: & lux perpétua lúceat eis.

℣. Animæ eôrum in bonis demoréntur: & ſemen eôrum hæréditet terram.

In Miſsis priuatis.

Tractus. De profúndis clamáui ad te Dómine: Dómine exáudi vocem meam. ℣. Fiant aures tuæ intendéntes: in oratiônem ſerui tui. ℣. Si iniquitátes obſeruáueris Dómine: Dómine quis ſuſtinêbit. ℣. Quia apud te propiciátio eſt: & propter legem tuam ſuſtínui te Dómine. Pſal. 24. Pſal. 129.

In maioribus anniuerſarijs, & pro præſenti defuncto.

℞. Si ámbulem in médio vmbræ mortis non timêbo mala: quóniam tu mecum es Dómine. ℣. Virga tua & báculus tuus ipſa me conſolâta ſunt. Pſal. 22.

Tractus. Abſolue Dómine, ánimas ómnium fidélium defunctôrũ ab omni vinculo delictorũ. ℣. Et grátia tua illis ſuccurrente, mereãtur euáde

re

re iudícium vltiônis. ℣. Et lucis ætérnæ beatitúdine pérfrui.

Offertorium. Dómine Ieſu Chriſte, Rex glóriæ, líbera ánimas ómnium fidélium defunctórum de manu inférni, & de profundo laci: líbera eas de ore leônis: ne abſórbeat eas tártarus: ne cadant in obſcûra: ſed ſignifer ſanctus Míchael repræſéntet eas in lucem ſanctam: Quam olim Abrahæ promiſiſti, & ſémini eius. ℣. Hóſtias & preces tibi Dómine offérimus: tu ſúſcipe pro animâbus illis, quarum hódie memóriam ágimus: fac eas, Dómine, de morte tranſíre ad vitam. Quam.

Communio. Lux ætérna lúceat eis Dómine cum ſanctis tuis in ætérnum, quia pius es.

Pro ſummo Pontifice defuncto Collecta.

DEus, qui inter ſummos Sacerdótes fámulum tuũ N. ineffábili tua diſpoſitiône connumerári voluíſti, præſta, quæſumus: vt qui vnigéniti fílij tui vices in terris gerêbat, ſanctôrum tuôrum pontíficum conſórtio perpétuo aggregêtur. Per eúndem Dóminum.

Secreta

SVſcipe quæſumus Dómine pro ánima fámuli tui N. ſummi pontíficis quas offérimus hóſtias: vt cui in hoc ſæculo põtificâle donáſti méritum, in cœléſti regno ſanctôrum tuôrum iúbeas iungi conſórtio. Per Dóminum.

Poſt communionem.

PRoſit, quæſumus Dómine, ánimæ fámuli tui N. ſummi pontíficis miſericórdię tuę implorâta cleméntia, vt eius, in quo ſperâuit & crédidit, ætérnum cápiat te miſerante conſórtium. Per Dñm

Pro defuncto Epiſcopo. Col.

DA nobis Dómine vt ánimam fámuli tui N. Epíſcopi, quam de huius ſæculi eduxíſti laborióſo certámine, ſanctôrum tuôrum cœtui tríbuas eſſe conſórtem. Per Dóminum.

Secreta.

ANnue nobis Dómine, vt ánimæ fámuli tui Epíſcopi, hæc proſit oblátio: quam immolándo, totîus mũdi tribuíſti relaxári delícta. Per Dóminum noſtrum.

Poſt communionem.

HIs ſacrificijs quæſumus omnípotens Deus: vt purgâta ánima & ſpíritus fámuli tui Epíſcopi, ad indulgéntiam & refrigérium ſem

pitér

pitérnum peruenîre mereâtur. Per Dóminum.

Pro Abbate defuncto.

Collecta.

DEus qui inter Apoſtólicos ſacerdótes fámulū tuum Abbatiáli fecíſti dignitâte vigêre: præſta quæſumus, vt eôrum quoq; perpétuo aggregêtur cōſórtio. Per Dóminum noſtrum.

Secreta.

SVſcipe quæſumus Dómine: pro ánima fámuli tui Abbâtis, quas tibi offérimus hóſtias, vt cui Abbatiâle donáſti méritum, dones & præmium. Per Dóminum.

Poſt communionem.

PRopiciâre Dómine ſupplicatiónibus noſtris, & ánimam fámuli tui Abbâtis, in viuôrum regiône ætérnis gáudijs iúbeas ſociári. Per.

Pro defuncto Sacerdote.

Collecta.

PRæſta quæſumus Dómine, vt ánima fámuli tui ſacerdôtis, quem in hoc ſæculo commorántem, ſacris mu[illegible]s decoráſti: in cœléſ[illegible]nis [illegible]ióſa, ſemper exúl[illegible]. Per Dóminum. [illegible]

Secreta.

SVſcipe quæſumus Dómine, pro ánima fámuli tui ſacerdôtis, quas offérimus hóſtias: vt cui ſacerdotâle donáſti méritum, dones & præmium. Per Dóminum.

Poſt communionem.

PRæſta quæſumus omnípotens Deus: vt ánimam fámuli tui ſacerdôtis, in congregatiône iuſtôrum ætérnę beatitúdinis iúbeas eſſe conſórtem. Per Dóminum.

In anniuerſario defunctorum: & in anniuerſario menſis. Collecta.

PRæſta Dómine quæſumus: vt ánimæ famulôrum tuôrum, quorum (ánima famuli tui cuius) anniuerſárium depoſitiônis diem commemorâmus indulgéntiam páriter & réquiem cápiant (capiat) ſempiternam. Per Dóminum.

Secreta.

EXáudi Dóm[illegible]ne ſupplicatié[illegible]ſsióni[illegible]s, vt ánimas Dómine [illegible] prótege, quo qui- fámulis & famulabus tu[illegible] quorum cōmemoratiònem ágimus: vel quorum eleemóſynas recépimus, ſeu

Sequéntia ſancti Euangélij ſecúndum Lucam.

capi. 11. IN illo témpore: Loquénte Ieſu ad turbas, extóllés vocem quędam múlier de turba, dixit illi. Beâtus venter qui te portâuit, & vbera quæ ſuxíſti. At ille dixit. Quinímo, beáti qui áudiunt verbum Dei, & cuſtódiunt illud.

Offertor. Beâta es virgo Maria, quæ Dóminũ portáſti creatôrem mundi; genuiſti qui te fecit, & in ætérnum pérmanes virgo, Alleluia.

Secreta.

TVa Dómine propiciatiône, & beátæ Maríę ſemper vírginis interceſsiône: ad perpétuam atque præſéntem hæc oblátio nobis profíciat ſalutem. Per Dóminum noſtrum.

Communio. Beâta víſcera Maríæ vírginis, quæ portauérunt ætérni Patris filium.

Poſt communionem.

SVmptis Dómine ſalûtis noſtrę ſubſídijs: da, quęſumus, beátę Maríę ſemper vírginis nos patrocínijs vbîque prótegi: in cuius veneratiône, hęc tuæ obtúlimus maieſtáti. Per Dóminum.

Aliud Euangélium.

Sequéntia ſancti Euangélij ſecúndum Ioánnem.

IN illo témpore. Stabant autem iuxta crucem Ieſu mater eius, & ſoror matris eius María Cléophæ, & María Magdaléne. Cùm vidíſſet ergo Ieſus matrem, & diſcípulum ſtantem, quem diligêbat, dicit matri ſuę. Múlier, ecce filius tuus. Deínde dicit diſcípulo. Ecce mater tua. Et ex illa hora accêpit eam diſcípulus in ſuam. capi. 19.

ORDO SERVANdus in collectis decantandis in Miſsis conuentualibus.

Prima Regula.

In ſolennitatibus vel diebus in quibus duę Miſſę celebrantur collecta tantum dicitur de Officio diei quę finitur cum ſequenti collecta.

ET fámulos tuos Papam. N. Regem noſtrum. N. (Reginam) & Príncipem cum prole Regia, & exérci-

tu ſuo

tu ſuo & pópulo ſibi commiſſo & nos ab omni aduerſitâte cuſtodi ⁊ pacem & ſalûtem noſtris concêde tempóribus & ab Eccléſia tua cũctam repélle nequítiam: & gentes paganôrum & hæreticôrum déxteræ tuæ potén tia conterántur ⁊ & fructus terræ dare & conſeruâre dignêris. Per Dóminum noſtrum Ieſum Chriſtum fíliũ tuum ⁊ qui tecum viuit & regnat in vnitâte Spíritus ſancti Deus; per ómnia ſæcula ſęculôrum. Amen.

IN FESTIVITAtibus duodecim lectio. & vnius Miſſæ, & Feria. 3. de. B. P. N. Bernardo & Feria. 5. de Spiritu ſancto & Sabbatho de B. Virgine Maria & quotieſcunque aliæ ſimiles Miſſæ celebrantur dicuntur collectæ ordine ſequenti.

Secunda Regula.

Prima collecta de officio. Secunda cõmemoratio vel, commemorationes etiam de octauarío ſolenni.

3. COncede nos famulos tuos quæſumus Dómine Deus perpétua mẽtis & córporis ſanitâte gaudêre: & glorióſa Beátę Maríę ſemper Vírginis interceſsiône à præſénti liberári triſtítia ⁊ & futúra pérfrui lętítia.

4. DEus à quo ſancta deſidéria & recta conſília & iuſta ſunt ópera ⁊ da ſeruis tuis illam, quam mundus dare non poteſt pacem; vt & corda noſtra mandátis tuis dédita & hóſtium ſubláta formídine ⁊ témpora ſint tua protectiône tranquílla.

5. ECcleſiæ tuæ Dómine preces placâtus, admítte: vt deſtrúctis aduérſitátibus & erróribus vniuerſis ⁊ ſecúra tibi ſéruiat libertâte.

6. ET famulos tuos, Papam. N. Regem noſtrum. N. (Regînam) & Príncipem cum prole Régia Pópulo ſibi commíſſo & exércitu ſuo & nos ab omni aduerſitâte cuſtódi ⁊ & gentes paganôrum & hæreticôrũ déxteræ tuæ poténtia con

terántur & fructus terræ dare & conſeruâre dignêris.

Vltima veró dícitur in vere tantum collecta A domo tuæ. vt infra fol. 34. ſimul cum ſecreta & poſtcommu. quę illi reſpondent.

Si autē dicenda ſit collecta Inclina. etiam intra Tricenariū. S. Lāberti. 2. loco dicitur. Inclina, &. 3. Deus veniæ quas reperies infra fol. 26. ſin autem tantū Deus veniæ dicitur. 2. loco erit dicenda cū Secreta & poſt commu. quæ ipſis reſpondent & ſic in reliquis proceditur ſuo ordine.

IN Aduentu vero ſemper pro Collecta de B. virgine Maria dicitur, Deus qui de Beatę Mariæ &c. Vt infra fol. 20. & eadem eſt ratio de Secreta & Poſtcommu. illi reſpondentibus. Secreta.

Prima de officio.

2. Commemoratio vel cōmemorationes.

3. TVa Dómine propiciatiône & Beátæ Marię ſemper vírginis interceſsiône ad perpetuam atq; pręſéntem hęc oblátio nobis profíciat ſalutem.

4. DEus qui credéntes in te pópulos nullis ſinis cóncuti terróribus: dignâre preces & hóſtias dicátæ tibi plebis ſuſcipere: vt pax tua pietâte concéſſa: Chriſtianôrum fines ab omni hoſte fáciat eſſe ſecúros.

5. PRótege nos Dómine quæſumus, tuis myſterijs ſeruiéntes: vt diuínis rebus & córpore famulêmur & mente

6. Et famulos vt ſupra. in hac Regula. Poſt cōmu.

Prima Collecta de officio.

2. Commemoratio vel cōmemorationes.

3. SVmptis Dómine, ſalûtis noſtræ ſubſídijs, da quæſumus Beátæ Mariæ ſemper vírginis nos patrocínijs vbîque prótegi; in cuius veneratiône, hęc tuæ obtúlimus maieſtati.

4. DEus author pacis & amâtor: quem noſſe viuere; cui ſeruîre regnâre eſt: prótege ab ómnibus impugnatiónibus ſupplices tuos, vt qui in defenſiône tua confídimus: nulliûs hoſtilitâtis arma timeâmus.

5. QVæſumus Dómine Deus noſter: vt quos diuína tríbuis participatiône gaudêre: humánis non ſinas ſubiacêre perículis. Et fámulos tuos &c. Vt ſupra in hac Regula.

IN MISSIS MATVtinalibus vel quæ gradales, dicuntur vt Feria. 4. pro Familiaribus & Feria. 6. de. S. Cruce dicuntur collectæ ordine ſequenti.

Tertia Regula.

Prim. Collecta. de Officio.

Secund. Inclina Dómine vt infra. fol. 26. vel cõmemoratio ſeu commemorationes ſi dicendæ ſint.

Tert. Cõcede nos famulos tuos vt ſupra præcedenti Regula.

Quarta Collecta quæ dicitur vſitata.

COncède quæſumus omnípotens Deus: vt intercéſsio nos ſanctæ Dei genitrîcis ſemperq; virginis Mariæ ſanctôrumq́ue ómnium Apoſtolôrũ, Mártyrũ, cõfeſſôrum, atq; Vírginũ, & ómniũ electôrũ tuôrũ vbîq; lętíficet: vt dũ eôrũ mérita recólimus: patrocínia ſentiâmus.

Quinta Deus áquo vt ſupra præcedenti Regula & ſecreta & poſt cõmu. illi reſpondentes.

Sext. Eccléſiæ tuæ. Et fámulos tuos &c. ibidem.

Vltima collecta quæ ſolet dici vſitata.

OMnípotens ſempitérne Deus, qui viuôrum domināris ſimul & mortuôrũ: ómniumq́ue miſerêris quos tuos fide & ópere futúros eſſe prænóſcis: te ſupplíciter exorâmus: vt pro quibus effúndere preces decréuimus, quoſque vel præſens adhuc ſæculum in carne rétinet, vel futûrum iam exútos córpore ſuſcêpit: pietâtis tuæ cleméntia, ómnium delictôrum ſuôrum véniam, & gáudia cónſequi mereántur ætérna. Per Dóminum noſtrum.

Collecta veró. A domo tua vel intra Tricen. S. Lãberti. collecta Deus veniæ dicétur ſtatim poſt Fámulos videlicet loco penultimo & eadem eſt ratio de ſecreta & poſt cõmunio.

munio. ipſis reſpondentibus quas ſuperiori regula reperias aſsignatas.

Secreta.

Prima. de officio.

2. Commemoratio. vel cõmemorationes vel pro defuncto collecta.

Annue nobis Dómine vt infra. fol. 26.

3. Tua Dómine propiciatione, vt prçced. Regula.

4. OBlátis Dómine placâre munéribus: & intercedente Beáta Dei genitrîce María, cum ómnibus ſanctis tuis à cunctis nos defende periculis.

5. Deus qui credentes, vt præcedenti Regula.

6. Prótege nos Dómine. Et famulos vt ſupra prçcedenti. Regul.

7. DEus cui ſoli cógnitus eſt númerus electôrum, in ſupérna fœlicitâte locándus, tribue queſumus vt vniuerſôrum quos in oratiône commendátos ſuſcépimus, & ómnium fidéliũ nómina beátę prędeſtinatiônis liber, aſcrípta retíneat. Per Dóminum.

Poſt communio.

Prima collecta de officio.

2. Commemoratio vel cõmemôrationes vel pro defuncto collectã Abſolue Dómine vt ínfra. fol 26.

3. Sumptis Dómine, vt præcedenti Regula.

4. SVmpſimus Dómine Beátæ Maríæ ſemper vírginis, & ómnium ſanctôrum tuôrum memóriam recoléntes ſacraménta cœléſtia: præſta quæſumus: vt quod temporáliter gérimus: ætérnis gáudijs cõſequâmur.

5. Deus author pacis vt præcedenti Regula.

6. Quæſumus Dñe Deus noſtér, ſupra prçcẽd. Regula Et famulos tuos, ibidem.

7. PVríficẽt nos Dómine quæſumus ſacraméta quæ ſúmpſimus: & pręſta vt hoc tuum ſacraméntũ nõ ſit nobis reâtus ad pœnam: ſed intercéſsio ſalutâris ad véniam: ſit ablútio ſcélerũ: ſit fortitûdo fragílium: ſit contra mundi perícula firmamẽtum: ſit viuôrum atq; mortuôrũ fidéliũ remíſsio ómniũ peccatôrũ. Per. Et ſi dicẽda ſit

colle-

collecta. de Tricenario vel contra tempeſtates in hoc loco dicatur ſicut ſupra eſt aſsignatum.

PRO DEFVNCTIS dicitur Feria.2.Miſſa ordine ſequenti.

Quarta Regula.

Prima collecta.

OMnipotens ſempitérne Deus, cui nũquam ſine ſpe miſericórdię ſupplicâtur: propiciâre animâbus famulôrũ famulârumq; tuârum: vt qui de hac vita in tui nóminis confeſsiône diſceſſérunt: ſanctôrum tuôrum número fácias aggregári.

2. Deus à quo, vt in ſecunda Regula.

3. Eccleſiæ tuæ Dómine, ibidem.

4. A domo tua, in vere vt infra.fol.34.

5. Omnípotens ſempiterne Deus qui viuorum, vt præced.Regula. Secreta.

1. PRopiciâre quæſumus Dómine animâbus famulôrũ famulârumque tuârum, pro quíbus tibi hóſtias placatiônis offérimus, & quia in hac luce in fide manſérunt cathólica, in futúra víta eius retribútio cõdonêtur.

2. Deus qui credentes, vt in ſecunda Regula.

3. Protege nos Dñe ibidem.

4. Offerimus tibi Dñe lau. in vere infra.fol.34.

5. Deus cui ſoli cognitus, vt in præced.Regula.

Poſt communionem.

Prima collecta.

PRęſta quęſumus omnípotens Deus: vt ánimas famulôrum famulârumq; tuârum ab Angelis lucis ſuſcéptas: in præparâta habitácula, dedúci fácias beatôrum.

2. Deus author pacis, ſupra in ſecunda Regula.

3. Quęſumus Dómine Deus noſter, ibidem.

4. Omnípotẽs ſempiterne. infra.fol.34.

5. Puríficent nos Dómine, vt præced Regula.

In Trecenario.S. Lamberti eodem prorſus modo collectę dicitur ſine. A domo tua prę mittendo tamen ſemper collectam Deus vénię ante omnes alias ipſaſq; ſuo ordine dicẽdo.

IN MISSA DE Anniuerſario mēſis dicuntur collectæ ordine ſequenti.

Quinta Regula.

Pima. collecta.

PReſta Dñe quæſumus vt ánima fámuli tui (vel ánimæ famulôrum tuôrũ) cuius (vel quorum) anniuerſáriũ depoſitiônis diem cõmemorâmus indulgentiam páriter & réquiem cápiat (cápiant) ſempitérnam.

2. Fidéliũ Deus ómnium cõditor & Redemptor: animâbus famulôrum famulârumque tuârum remiſsiônem cũctôrum tríbue peccatôrum: vt indulgéntiam quam ſemper optauérunt: pijs ſupplicatiônibus conſequantur.

3. Deus à quo vt ſupra in ſecunda Regula.

4. Eccléſiæ tuæ ibid.

5. A domo tua ſuo tempore vt infra fol. 34.

6. Omnípotens qui viuôrũ vt ſupra in tertia Regula.

Secreta. Prima.

EXáudi Dómine ſupplicatiónes noſtras vt ánimam. (ánimas) fámuli tui (famulôrũ tuôrũ) pro qua (pro quibus) tibi offérimus hoc ſacrifícium laudis ſanctis & eléctis tuis ſociâre dignêris.

2. HOſtias quęſumus Dómine quas tibi pro animâbus famulôrum famulârumq; tuârũ offérimus propiciâtus inténde vt quibus fídei Chriſtiánæ méritũ cõtulíſti dones & præmium.

3. Deus qui credéntes vt ſupra in ſecunda Regul.

4. Protege nos Dómine ibidem.

5. Offerimus Dómine. ſuo tempore vt infra fol. 34.

6. Deus cui ſoli cógnitus. ſupra in tertia Regula.

Poſt communionem.

Prima collecta.

SVſcipe Dómine preces noſtras pro ánima (animabus) famuli tui, (famulorum tuorũ) vt ſi quæ ei (eis) máculę de terrénis contágijs adhęſérũt: remiſsiônis tuæ, miſericórdia deleántur.

2. ANimâbus quæſumus Dómine famulôrum famulârumque tuârum oratio

tio proficiat ſupplicántium: vt eas & à peccátis ómnibus éxuas? & tuæ redemptiônis fácias eſſe partícipes.

3. Deus autor pacis, ſupra in ſecunda Regula.

4. Quęſumus Dómine, Deus noſter, ibidem.

5. Omnípotens qui nos & caſtigándo ſanas ſuo témpore infra fol. 34.

Vltima. Puríficent nos Dómine, ſupra in tertia Regula.

REGVLA GENERALIS.

SI in Miſſa, ſit dicenda collecta aliqua ſpecialis, ſi fuerit illa pro defuncto, vel pro alia quá libet peculiari perſona vel perſonis, ſecũdo loco dicat᷑: ſi verò pro alia quauis neceſsitate cõmuni pluuia vidélicet, vel ſerenitate, ſalute, aut peſte, vel tandem pro gratiârum actione, dicenda eſt poſt collectam Eccléſiæ tuæ & ſic conſequẽter in reliquis. Alię peculiares regulæ, quæ aliquibus in feſtis ſolent euenire, proprijs in locis denotantur.

MISSA PRO Defunctis. Introitus.

REquiem ętérnam dona eis Dñe: & lux perpétua lúceat eis.

Pſalm. Te decet hymnus Deus in Sion, & tibi reddêtur votum in Hieruſalém: exáudi oratiônem meam, ad te omnis caro véniet. Requiem. Pſal. 64.

℟. Réquiem ętérnam dona eis Dómine: & lux perpétua lúceat eis.

℣. Animæ eôrum in bonis demoréntur: & ſemen eôrum hæréditet terram.

In Miſsis priuatis.

Tractus. De profúndis clamáui ad te Dómine: Dómine exáudi vocem meam. ℣. Fiant aures tuæ intendéntes: in oratiônem ſerui tui. ℣. Si iniquitátes obſeruáueris Dómine: Dómine quis ſuſtinêbit. ℣. Quia apud te propiciátio eſt: & propter legem tuam ſuſtínui te Dómine. Pſal. 14. Pſal. 129.

In maioribus anniuerſarijs, & pro præſenti defuncto.

℟. Si ámbulem in médio vmbræ mortis non timêbo mala: quóniam tu mecum es Dómine. ℣. Virga tua & báculus tuus ipſa me conſolâta ſunt. Pſal. 22.

Tractus. Abſólue Dómine, ánimas ómnium fidélium defunctôrũ ab omni vínculo delictorũ. ℣. Et grátia tua illis ſuccurrénte, mereãtur euáde

re

re iudícium vltiônis. ℣. Et lucis ætérnæ beatitúdine pérfrui.

Offertorium. Dómine Ieſu Chriſte, Rex glóriæ, líbera ánimas ómnium fidélium defunctórum de manu inférni, & de profundo laci: líbera eas de ore leônis: ne abſórbeat eas tártarus: ne cadant in obſcûra: ſed ſignifer ſanctus Míchael repræſéntet eas in lucem ſanctam: Quam olim Abrahæ promiſiſti, & ſémini eius. ℣. Hóſtias & preces tibi Dómine offérimus: tu ſúſcipe pro animâbus illis, quarum hódie memóriam ágimus: fac eas, Dómine, de morte tranſíre ad vitam. Quam.

Communio. Lux ætérna lúceat eis Dómine cum ſanctis tuis in ætérnum, quia pius es.

Pro ſummo Pontifice defuncto Collecta.

DEus, qui inter ſummos Sacerdótes fámulum tuũ N. ineffábili tua diſpoſitiône connumerári voluíſti, præſta, quæſumus: vt qui vnigéniti fílij tui vices in terris gerêbat, ſanctôrum tuôrum pontíficum conſórtio perpétuo aggregêtur. Per eúndem Dóminum.

Secreta

SVſcipe quæſumus Dómine pro ánima fámuli tui N. ſummi pontíficis quas offérimus hóſtias: vt cui in hoc ſæculo põtificâle donáſti méritum, in cœléſti regno ſanctôrum tuôrum iúbeas iungi conſórtio. Per Dóminum.

Poſt communionem.

PRoſit, quæſumus Dómine, ánimæ fámuli tui N. ſummi pontíficis miſericórdię tuę implorâta cleméntia, vt eius, in quo ſperâuit & crédidit, ætérnum cápiat te miſerante conſórtium. Per Dñm

Pro defuncto Epiſcopo. Col.

DA nobis Dómine, vt ánimam fámuli tui N. Epiſcopi, quam de huius ſæculi eduxíſti laborióſo certámine, ſanctôrum tuôrum cœtui tríbuas eſſe conſórtem. Per Dóminum.

Secreta.

ANnue nobis Dómine, vt ánimæ fámuli tui Epíſcopi, hæc proſit oblátio: quam immolándo, totíus mũdi tribuíſti relaxári delícta. Per Dóminum noſtrum.

Poſt communionem.

HIs ſacrificijs quæſumus omnípotens Deus: vt purgâta ánima & ſpíritus fámuli tui Epíſcopi, ad indulgéntiam & refrigérium ſem-

pitérnum peruenîre mereâtur. Per Dóminum.

Pro Abbate defuncto.

Collecta.

DEus qui inter Apoſtólicos ſacerdótes fámulũ tuum Abbatiáli fecíſti dignitâte vigêre: præſta quæſumus, vt eôrum quoq; perpétuo aggregêtur cõſórtio. Per Dóminum noſtrum.

Secreta.

SVſcipe quæſumus Dómine: pro ánima fámuli tui Abbâtis, quas tibi offérimus hóſtias, vt cui Abbatiâle donáſti méritum, dones & præmium. Per Dóminum.

Poſt communionem.

PRopiciâre Dómine ſupplicatiónibus noſtris, & ánimam fámuli tui Abbâtis, in viuôrum regiône ætérnis gáudijs iúbeas ſociári. Per.

Pro defuncto Sacerdote.

Collecta.

PRæſta quæſumus Dómine, vt ánima fámuli tui ſacerdôtis, quem in hoc ſæculo commorántem, ſacris mu... s decoráſti: in cœléſ... ...ſa, ſemper exúlt... Per Dóminum.

Secreta.

SVſcipe quæſumus Dómine, pro ánima fámuli tui ſacerdôtis, quas offérimus hóſtias: vt cui ſacerdotâle donáſti méritum, dones & præmium. Per Dóminum.

Poſt communionem.

PRæſta quæſumus omnípotens Deus: vt ánimam fámuli tui ſacerdôtis, in congregatiône iuſtôrum ætérnę beatitúdinis iúbeas eſſe conſórtem. Per Dóminum.

In anniuerſario defunctorum: & in anniuerſario menſis. Collecta.

PRæſta Dómine quæſumus: vt ánimæ famulôrum tuôrum, quorum (ánima famuli tui cuius) anniuerſárium depoſitiônis diem commemorâmus indulgéntiam páriter & réquiem cápiant (capiat) ſempiternam. Per Dóminum. Secreta.

EXáudi D... ...ne ſupplicati... ...s, vt ánimas ...nes n... ...o qui...

Poſt communionem.

SVſcipe Dómine preces noſtras pro animâbus famulôrum tuôrum (famuli tui) vt ſi quæ eis (ei) máculæ de terrénis cõtágijs adhæſérũt: remiſsiônis tuę miſericórdia deleántur. Per Dóminum.

Pro defuncto. Collecta.

INclina Dómine aurem tuã ad preces noſtras: quibus miſericórdiam tuam ſúpplices deprecâmur: vt ánimam (animas) fámuli tui (famulorum tuorũ) quam (quas) de hoc ſæculo migrâre iuſsíſti: in pacis ac lucis regiône conſtítuas: & ſanctôrũ tuôrum iúbeas eſſe conſórtem. (tes) Per Dóminũ. Secreta

ANnue nobis Dómine, vt ánima (ánimæ) fámuli tui (famulôrũ tuôrum) remiſsiônem, quam ſemper optâuit (erũt) mereâtur (antur) percípere peccatôrũ. Per.

Poſt co[illegible]onem.

ABſólue [illegible] ánim[illegible] (as) fám[illegible]

Alia Collecta.

DEus cui própriũ eſt miſeréri ſemper & párcere: propiciâre ánimæ (âbus) famuli tui (lôrum tuôrum) & omnia eius (eorũ) peccata dimítte: vt mortis vínculis abſolûtus (luti) tranſíre mereâtur (cantur) ad vitã. Per Dominum. Secreta.

ANimam (animas) fámuli tui: (ôrum tuôrum) quæſumus Dómine ab ómnibus vítijs humánæ conditiônis hæc abſóluat oblátio: quę totîus mundi tulit immoláta peccâtum. Per Dóminum.

Poſt communionem.

PRæſta Dómine quæſumus ánimæ (abus) fámuli tui (ôrum tuôrum) miſericórdiã ſempitérnam: vt mortalitâtis néxibus abſolûtam (ſolutas) lux ætérna poſsídeat (eant). Per Dóminum.

Pro fœmina defuncta. Coll.

QVæſumus Dómine pro tua pietâte miſerêre ánimæ (abus) fámulæ tuę (árum tuarum) & á contagijs mortalitatis exûtã (utas) [illegible] ætérnæ ſaluatiônis [illegible] [illegible]itue. Per Dominũ.

Secreta.

HIs ſacrifícijs Dñe quæſumus ánima fámulæ tuæ (arũ tuarũ) à peccátis ómnibus exuâtur (antur) vt per hæc piæ placatiônis offícia: perpétuam miſericórdiã conſequâtur (antur). Per Dñm.

Poſt communionem.

INuéniat (ant) quæſumus Dñe ánima (mę) fámulæ tuæ (ârum tuârũ) lucis ætérnæ conſórtiũ, quæ in hac luce póſita (póſitæ) tuum conſecûta eſt (tę ſunt) ſacraméntum. Per Dóminum.

Alia pro defunctis Collecta.

OMnípotens ſempitérne Deus: cui nũquam ſine ſpe miſericórdię ſupplicâtur, propiciâre animâbus famulôrum famulârumq; tuârum: vt qui de hac vita in tui nóminis confeſsiône diſceſſérunt, ſanctôrum tuôrum número fácias aggregári. Per Dóminũ noſtrum.

Secreta.

PRopiciâre quæſumus Dó[illegible] mine animâbus famul[illegible] rum famulârumq; tuâr[illegible] quibus tibi hóſtias plac[illegible] nis offérimus, & quia in hac luce in fide manſerunt catho lica in futúra vita eis retribútio condonêtur. Per Dñm.

Poſt communionem.

PRæſta quæſumus omnípotens Deus: vt ánimas famulôrum famulârũq; tuârum ab ángelis lucis ſuſcéptas, in præparâta habitácula dedúci fácias beatôrum. Per.

Pro fratribus congregationis defunctis. Collecta.

DEus véniæ largîtor & humánæ ſalûtis auctor, quæſumus cleméntiam tuã: vt noſtræ congregatiônis fratres, familiáres, & benefactóres qui ex hoc ſeculo tranſiérunt beáta María ſemper Vírgine intercedénte cum ómnibus ſanctis ad perpétuæ beatitúdinis cõſórtiũ peruenîre concédas. Per.

Secreta.

DEus cuius miſericórdiæ non eſt númerus, ſúſcipe pro[illegible]ius preces humili[illegible] tâ[illegible] & animâb[illegible]

Poſt communio.

PRæſta quæſumus miſéricors Deus: vt ánimæ pro quibus hoc ſacrificiũ láudis tuæ obtúlimus maieſtáti⁊per huius virtûtem ſacraménti à peccátis ómnibus expiátæ lucis perpétuę te miſeránte recípiant beatitúdinem. Per.

Pro his qui in cœmeterijs iacent. Collecta.

DEus cuius miſeratiône ánimæ fidéliũ requiéſcũt: fámulis & famulâbus tuis ómnibus hic & vbîq; in Chriſto quieſcẽtibus: da propícius véniã peccatôrum ⁊ vt à cunctis reátibus abſolúti: tecũ ſine fine lętétur. Per eũd. Secr.

PRo animâbus famulôrũ famulârumq; tuârũ hic & vbîq; in Chriſto dormiẽtium hóſtiã Dñe ſúſcipe benígnus oblâtam, vt hoc ſacrifício ſingulári vínculis hõrédę mor[illegible]s exútæ [illegible]ur

quiêtis beatitúdinẽ ⁊ lúminis claritâtem. Per eúndem.

Pro patre & matre Collecta.

DEus, qui nos patrẽ & matrem honorâre præcepíſti: miſerêre clementer animâbus patris & matris meæ, eôrumq; peccâta dimítte: meq; eos in ætérnæ claritâtis gáudio fac vidêre. Per Dñm.

Secreta.

SVſcipe ſacrifícium quęſumus Dñe quod tibi pro animâbus patris & matris meæ offértur, eiſq; gáudium ſit ſempitérnum in regiône viuôrum. Per. Poſt commu.

CÆléſtis participátio ſacraménti quæſumus Dñe animâbus patris & matris meæ réquiem & lucem obtíneat perpétuã meq; cũ illis grátia tua corônet ætérna. Per.

Pro omnibus fidélibus defun[cti]s. Collecta.

FIdelium Deus ómnium conditor & redémptor⁊ animâbus famulôrum famulârumq; tuarum remiſſiônẽ [cu]nctôrum tribue peccatôr[um] [i]ndulgéntiam quam ſemper optauérunt ⁊ pijs ſupplicatiónibus cõſequántur. Qui vi.

Secreta.

HOſtias quæſumus Dñe quas tibi pro animâbus famulôrum famulârumq; tuârum offérimus propiciâtus inténde: vt quibus fídei Chriſtiánæ méritum contuliſti: dones & præmium. Per.

Poſt communionem.

ANimâb⁹ quęſumus Dñe famulôrum famulârũq; tuârũ orátio profíciat ſupplicãtiũ: vt eas & à peccátis ómníbus éxuas⁊ & tuæ redẽptiônis fácias eſſe partícipes. Per.

Generalis pro viuis & defunctis. Collecta.

OMnípotens ſempitérne Deus: qui viuôrum dominâris ſimul & mortuôrũ ómniumque miſerêris quos tuos fide & ópere futúros eſſe prænóſcis ⁊ te ſupplíciter exorâmus: vt pro quibus effúndere preces decréuimus, quos vel præſens adhuc ſęculum in carne rétinet, vel futûrum iam exútos córpore ſuſcêpit: pietâtis tuæ cleméntia ómnium delictôrum ſuôrum véniam, & gáudia conſequi mereántur ætérna. Per Dóminum noſtrum.

Secreta.

DEus cui ſoli cógnitus eſt númerus electôrum in ſupérna fœlicitâte locándus, tríbue quæſumus: vt vniuerſórum quos in oratiône commendátos ſuſcépimus, & ómnium fidélium nómina beátæ prædeſtinatiônis liber aſcrípta retíneat. Per.

Poſt communionem.

PVríficent nos Dómine quæſumus ſacraménta quæ ſúmpſimus: & præſta: vt hoc tuum ſacraméntum non ſit nobis reâtus ad pœnam: ſed intercéſsio ſalutaris ad véniam, ſit ablútio ſcélerum⁊ ſit fortitûdo fragílium: ſit cõtra mundi perícula firmaméntum⁊ ſit viuôrum atque mortuôrum fidélium remíſſio ómnium peccatôrum. Per Dóminum noſtrum.

Item alia pro viuis & defunctis. Collecta.

SAnctôrum tuôrum interceſsiónibus quæſumus Dómine nos prótege ⁊ & fámulis & famulabus tuis quorum cõmemoratiônem ágimus: vel quorum eleemóſynas recépimus, ſeu

étiam his qui nobis familiari
tâte atq; conſanguinitâte iun
cti ſunt miſericórdiã tuã vbî
que prætende: vt ab ómnibus
impugnatiónibus defénſi tua
opitulatiône ſaluéntur, & áni
mas famulôrum famulârũq;
tuârum, ómnium vidélicet fi
délium catholicôrum ortho-
doxôrum, quorum cõmemo-
ratiônẽ ágimus: & quorũ cór
pora in hoc cœmetério vel
in cũctis cœmetérijs Chriſtia
nôrũ requiéſcunt: vel quorũ
nómina ante ſanctum altâre
tuum ſcripta adéſſe vidéntur
electôrum tuôrũ iúngere dig
nêris conſórtio. Per. Secreta.

PRopiciâre Dñe ſupplica-
tiónib⁹ noſtris: & has obla
tiónes quas pro incolumitâte
famulôrũ famulârũq; tuârũ:
& pro animâb⁹ ómniũ fidéliũ
catholicôrũ orthodoxôrum,
quorũ nómina ante ſanctũ al
târe tuũ ſcripta adéſſe vidẽtur
nómini tuo cõſecrãdas deféri
m⁹, benígnus aſſûme, vt ſacri
fícij pręſéntis oblátio ad refri
gérĩũ animârũ eôrũ te miſerã
te prouéniat. Per. Poſt cõmu.

PVrificet nos Dñe quæſu-
mus diuíni ſacramẽti per
céptio: & gloriôſa ſanctôrũ
tuorum orátio & animâbus
famulôrum famulârumque
tuârum: quorum cõmemora
tiônẽ ágimus remiſsiônẽ cun
ctôrum tríbue peccatôrũ. Per.

Item alia pro viuis & defun-
ctis. Collecta.

PIetâte tua quęſumus Dñe
noſtrôrum ſolue víncula
ómnium peccatôrum: & in-
tercedénte beáta & glorióſa
ſemperq; Vírgine Dei genitrî
ce María cum ómnibus ſan-
ctis tuis, Domnum Papã, Põti
fices & Abbátes noſtros, &
ómnes cõgregatiónes illis cõ
míſſas, Reges & Príncipes
noſtros, & omnem pópulum
Chriſtiánum & nos fámulos
tuos atq; loca noſtra in omni
ſanctitâte & religiône cuſtó-
di: omneſq; affinitâte ac fami
liaritâte, vel cõfeſsiône & ora
tiône nobis iunctos à vícijs
purga: virtútibus illúſtra: pa-
cẽ & ſalûtẽ nobis tríbue: ho-
ſtes viſíbiles & inuiſíbiles ré
moue: carnália deſidéria re-
pélle: áerẽ ſalûbrem indúlge:
amícis & inimícis noſtris cha
ritâtẽ largîre: iter famulôrum
tuôrum in ſalûtis tuę proſpe-

ritâte diſpône: infírmis noſtris ſanitâtẽ reſtítue: & ómnibus fidélibus viuis & defúnctis in terra viuéntium vitã & réquiem ætérnam concêde. Per eundem. Secreta.

DEus qui ſinguléri córporis tui hóſtia, totîus mundi ſoluíſti delicta, hac oblatiône placâtus máculas ſcélerũ noſtrôrum abſtérge, & ómniũ fidélium viuôrum vel defunctôrum peccâta dimítte: eiſq; præmia ætérna cõcêde. Qui viuis. Poſt communio.

SVmpta queſumus Dñe ſacraménta cœléſtia: ómnia crímina noſtra detérgãt: omnemq; prauitâtem & infirmitâtem & hóſtiũ rábiem méritis B. ſemper Vírginis Maríæ & ómniũ ſanctôrum à nobis procul repéllant: & ómnibus fidélibus viuis & defúnctis proſint ad véniam: pro quorũ tibi ſunt oblâta ſalûte. Per.

Pro defunctis j. Epiſtola.

Léctio libri Apocalypſis B. Ioannis Apóſtoli.

Cap. 14. IN diêbus illis: Audíui vocẽ de cœlo dicéntẽ mihi. Scribe, Beáti mórtui: qui in Dño moriúntur. Amodo iam dicit ſpíritus vt requiéſcant à labóribus ſuis: Opera enim illôrum ſequúntur illos.

Primum Euangelium.

Sequéntia ſancti Euangélij ſecúndum Ioannem.

IN illo tẽpore. Dixit Martha ad Ieſum. Dñe ſi fuíſſes hic: frater meus nõ fuíſſet mórtuus. Sed & nunc ſcio: quia quæcúnq; popóſceris à Deo, dabit tibi Deus. Dicit illi Ieſus. Reſúrget frater tuus. Dicit ei Martha. Scio quia reſúrget in reſurrectiône in nouíſsimo die. Dicit ei Ieſus. Ego ſum reſurréctio & vita. Qui credit in me étiam ſi mórtuus fúerit viuet. Et omnis qui viuit & credit in me, nõ moriêtur in ætérnum. Credis hoc? Ait illi. Vtique Dómine. Ego crédidi quia tu es Chriſtus filius Dei: qui in hunc mundum veníſti. Cap. 11.

Secunda epiſtola.

Léctio libri Machabæôrum.

IN diêbus illis. Vir fortíſsimus Iudas collatiône facta, duódecim míllia dragmas argénti miſit Hieroſólymã offerri ea ibi pro peccatis mortuôrum: iuſte & religióſe de

reſurrectióe cógitás. Niſi em̃ eos qui cecíderãt reſurrectúros ſperâret: ſupérfluũ viderêtur: & vanum orâre pro mórtuis. Et quia conſiderâbat ꝙ hi qui cũ pietâte dormitiônẽ accéperãt: óptimã haberẽt repóſitã grátiã. Sãcta ergo & ſalûbris eſt cogitátio pro defúnctis exorare, vt à peccatis ſoluántur. ¶ Secundũ Euãgeliũ.

Sequéntia ſancti Euangélij ſecúndum Ioánnem.

ca 6. IN illo tẽpore: Dixit Ieſus turbis Iudęorũ. Omne q̃d dat mihi pater ad me véniet: & eũ qui venit ad me, nõ eiíciã foras, quia deſcẽdi de cęlo: nõ vt fáciã volũtâtẽ meã: ſed volũtatẽ ei⁹ qui miſit me. Hæc eſt aũt volúntas eius qui miſit me patris: vt omne q̃d dedit mihi, nõ perdã ex eo: ſed reſúſcitem illud in nouíſſimo die. Hæc eſt enim volũtas patris mei qui miſit me: vt omnis qui videt fíliũ & credit in eũ: hábeat vitã ætérnã. Et ego reſuſcitâbo eũ in nouíſſimo die. ¶ Tertia Epíſtola.

Lec. Epi. B. Pau. Apo. ad Theſ.

FRatres. Nólumus vos ignorâre de dormiéntibus: vt nõ cõtriſtémini ſicut & cęteri qui ſpẽ nõ habẽt. Si enim crédimus quod Ieſus mórtuus eſt & reſurréxit: ita & Deus eos qui dormiérũt per Ieſum, addûcet cũ eo. Hoc enim vobis dícim⁹ in verbo Dñi: quia nos qui víuimus qui reſídui ſumus in aduẽtu Dñi nõ præueniêmus eos qui dormiérũt: quóniã ipſe Dñs in iuſſu & in voce Archãgeli, & in tuba Dei deſcẽdet de cęlo: & mórtui qui in Chriſto ſunt reſurgẽt primi. Deínde nos qui víuimus, qui relínquimur ſimul rapiêmur cum illis in núbibus óbuiam Chriſto in áera: & ſic ſemper cũ Dño érimus. Itaq; conſolámini ínuicem, in verbis iſtis.

Tertium Euangelium.

Sequéntia ſancti Euangélij ſecúndum Ioánnem.

IN illo tẽpore: Dixit Ieſus turbis Iudęôrũ. Sicut pater ſúſcitat mórtuos & viuíficat: ſic & fílius quos vult viuíficat. Neq; enim pater iúdicat quẽquã: ſed iudíciũ omne dedit fílio, vt oẽs honorífícẽt fíliũ ſicut honoríficãt patrẽ. Qui nõ honoríficat fíliũ: nõ honoríficãt patrẽ qui ca. 5.

miſit

miſit illũ. Amẽ amén dico vobis: quia qui verbũ meũ audit, & credit ei qui miſit me: habet vitã æternã. Et in iudíciũ non venit: ſed tránſiet à morte in vitã. ¶ Quarta Epiſtola.

Lectio epíſtolæ B. Pauli Apóſtoli ad Corinthios.

1. ca. 15. FRatres: Ecce myſtériũ vobis dico. Omnes quidẽ reſurgêmus: ſed nõ oẽs immutábimur. In momẽto: in ictu óculi: in nouíſsima tuba. Canet enim tuba: & mórtui reſurgẽt incorrúpti: & nos immutábimur. Opórtet enim corruptíbile hoc indúere incorruptêlã: & mortâle hoc indúere immortalitâtẽ. Cũ autẽ mortâle hoc indúerit immortalitâtẽ: tunc fiet ſermo qui ſcriptus eſt. Abſórpta eſt mors in victória. Vbi eſt mors victória tua? Vbi eſt mors ſtímulus tuus? Stímulus enim mortis, peccâtũ eſt. Virt' vero peccáti, lex. Deo aũt grátias: qui dedit nobis victóriã. Per Dñm. ¶ iiij. Euãg.

Sequéntia ſancti Euangélij ſecúndum Ioánnnem.

ca. 5. IN illo tẽpore. Dixit Ieſus turbis Iudæôrum. Amẽ amẽ dico vobis: quia venit hora & nũc eſt, quãdo mórtui áudient vocẽ filij Dei: & qui audíerint, viuẽt. Sicut enim pater habet vitã in ſemetipſo: ſic dedit & fílio vitã habêre in ſemetípſo. Et poteſtâtẽ dedit ei iudiciũ fácere, quia filius hóminis eſt. Nolîte mirári hoc, quia venit hora in qua omnes qui in monumẽtis ſunt áudiẽt vocẽ eius, & procẽdẽt q bona fecérũt in reſurrectiônẽ vitę. qui vero mala egérunt, in reſurrectiônẽ iudicij.

MISSA DE OMNIbus ſanctis. Introitus.

TImête Dñm omnes ſancti eius: quóniam nihil deeſt timẽtibus eum, díuites eguérunt & eſuriérunt, inquiréntes autẽ Dóminũ nõ defíciẽt omni bono. Pſal. 33.

Pſal. Benedicã Dñm in omni tẽpore: ſemper laus eius in ore meo. Colle.

COncêde quæſumus omnípotens Deus: vt intercéſsio nos ſanctæ Dei genitrîcis ſemperque vírginis Maríæ: ſanctôrum que ómnium Apoſtolôrum mártyrum cõfeſſôrum atque vírginum: & ómnium electôrum tuôrum

vbiq

vbîq; lætíficet: vt dum eôrum mérita recólimus⁊patrocínia ſentiâmus. Per eúndem.

Léctio libri Apocalypſis B. Ioánnis Apóſtoli.

ca. 7. IN diêbus illis. Ego Ioánnes: vidi álterum ángelum aſcendéntem ab ortu ſolis, habéntem ſignum Dei viui: & clamâuit voce magna quátuor ángelis: quibus datum eſt nocêre terræ & mari, dicens. Nolîte nocêre terræ & mari, neq; arbóribus: quoadúſq; ſignêmus ſeruos Dei noſtri in fróntibus eôrum. Et audíui número ſignatôrũ centum quadragíntaquátuor míllia ſignáti: ex omni tribu filiôrum Iſraél. Poſt hæc vidi turbam magnam quam dinumerâre nemo póterat ex ómnibus géntibus & tríbubus & pópulis & linguis, ſtantes ante thronum & in cõſpéctu agni, amícti ſtolis albis: & palmæ in mánibus eôrum. Et clamábant voce magna, dicẽtes. Salus Deo noſtro: qui ſedet ſuper thronum, & agno. Et omnes ángeli ſtabant in circúitu throni, & ſeniôrum & quátuor animálium: & cecidérunt in conſpéctu throni in fácies ſuas: & adorauérunt Deũ dicẽtes, amẽ. Benedíctio & cláritas & ſapiẽtia⁊& gratiârum áctio: honor & virtus, & fortitûdo Deo noſtro: in ſæcula ſæculôrum, amén.

℞. Exultábunt ſancti in glória lætabúntur in cubílibus ſuis. ℣. Cantâte Dómino cánticum nouum: laus eius in Ecclésia ſanctôrũ. Alleluia. ℣. Iudicábũt ſancti natiónes & dominabũtur pópulis: & regnâbit illôrũ Rex in ætérnũ. Pſal. 149. Sap. 3

Sequéntia ſancti Euangélij ſecúndum Matthæum.

IN illo témpore. Videns turbas Ieſus: aſcéndit in montẽ. Et cum ſedíſſet: acceſſérunt ad eũ diſcípuli eius. Et apériens os ſuum: docêbat eos dicens. Beáti páuperes ſpíritu: quóniam ipſôrum eſt regnum cœlôrum. Beáti mites: quóniã ipſi poſsidébunt terrã. Beáti qui lugẽt: quóniã ipſi cõſolabúntur. Beáti qui eſúriũt & ſítiunt iuſtítiã: quóniã ipſi ſaturabúntur. Beáti miſericórdes: quóniam ipſi miſericórdiam cõſequéntur. Beáti mundo corde: quóniam ipſi Deũ vidébunt. Beáti pacífici: ca. 5.

quó-

quóniam filij Dei vocabúntur. Beati qui perſecutiônem patiũtur propter iuſtitiã: quóniã ipſôrũ eſt regnũ cœlorũ. Beáti eſtis cum maledíxerint vobis hómines & perſecúti vos fuérint: & díxerint omne malum aduérſum vos mentiéntes: propter me. Gaudête in illa die & exultâte: quôniam merces veſtra copiôſa eſt in cœlis.

Pſal. 67. Offertorium. Mirábilis Deus in ſanctis ſuis Deus Iſraél: ipſe dabit virtûtem & fortitúdinem plebi ſuæ, benedictus Deus, Alleluia. Secreta

OBlátis Dómine placâre munéribus: & intercedénte beáta Dei genitrîce María cum ómnibus ſanctis tuis à cunctis nos defénde pericu lis. Per eúndem Dóminum.

Pſal. 32. Communio. Gaudête iuſti in Dómino, alleluia: rectos decet collaudátio, alleluia. Poſt communio.

SVmpſímus Dómine Beatæ Marię ſemper vírginis & omnium ſanctôrum tuôrum memóriam recoléntes ſacraménta cœléſtia: præſta quæſumus: vt quod temporáliter gérimus: ęternis gáudijs conſequâmur. Per Dóminũ.

De omnibus ſanctis, alia con

ACunctis nos quæſumus Dómine mentis & córporis defénde perículis & intercedénte gloriôſa Vírgine Dei genitrîce María cũ beátis Apóſtolis tuis Petro & Paulo, & ſanctis Patribus Benedícto atq; Bernárdo, & ómnibus ſanctis ſalûtem nobis tríbue benígnus & pacem, vt deſtrúctis aduerſitátibus & erróribus vniuérſis Eccléſia tua ſecúra tibi ſéruiat libertâte. Per eundem. Secreta.

EXáudi nos Deus ſalutâris noſter: vt per hui⁹ virtûtẽ ſacramẽti: à cũctis nos mẽtis & córporis hóſtibus tueâris: grátiam tríbuens in præſenti & glóriã in futúro. Per Dñm.

Poſt communionem.

MVndet & múniat quæſumus Dómine diuíni ſacraménti nos munus oblâtum, vt intercedénte B. Vírgine Dei genitrîce María cum beátis Apóſtolis tuis Petro & Paulo, & ſanctis Pátribus Benedícto, atque Bernárdo, & ómnibus ſanctis à cunctis nos reddas & peruerſitátibus expiátos, & aduerſitáti-

bus

bus expeditos. Per eundẽ, &c.

MISSA PRO pace. Introitus.

Eccl. 36. DA pacem Dómine ſuſtinéntibus te: vt prophétæ tui fidéles inueniátur: exáudi preces ſerui tui: & plebis tuæ Iſraél.

Pſal. 121. Pſalm. Lætátus ſum in his, quæ dicta ſunt mihi: in domum Dómini ibimus.

Collecta.

DEus à quo ſancta deſidéria: recta conſilia & iuſta ſunt ópera: da ſeruis tuis illam, quã mundus dare nõ poteſt, pacẽ, vt & corda noſtra mandátis tuis dédita: & hóſtium ſubláta formídine témpora ſint tua protectiône trãquilla. Per Dóminum.

Epiſtola. Si iniquitátes. vt infra in miſſa pro quacunque tribulatione. fol. ſequenti.

Ibid. ℞. Lætâtus ſum in his, quæ dicta ſunt mihi: in domum Dómini íbimus.

Pſal. 147. ℣. Fiat pax in virtûte tua, & abundántia in túrribus tuis. Alleluia. ℣. Qui póſuit fines tuos pacem: & ádipe frumenti ſátiat te. Alleluia.

Euangelium. Dicebat Ieſus ad diſcipulos. Vide inferius in proxima miſſa.

Offert. Sicut in holocáuſto aríetum & taurôrum: & ſicut in míllibus agnôrum pínguium: ſic fiat ſacrificium noſtrum in conſpéctu tuo hódie vt pláceat tibi: quia non eſt confúſio confidéntibus in te Dómine. Dan. 3.

Secreta.

DEus qui credéntes in te pópulos nullis ſinis cóncuti terróribus: dignâre preces & hóſtias dicátæ tibi plebis ſuſcípere vt pax tua pietâte concéſſa, Chriſtianôrum fines ab omni hoſte fáciat eſſe ſecúros. Per Dóminum.

Communio. Amẽn dico vobis: quicquid orántes pétitis, crédite: quia accipiêtis & fiet vobis. Mar. 11.

Poſt communionem.

DEus auctor pacis & amâtor quẽ noſſe víuere, cui ſeruîre, regnâre eſt: prótege ab ómnibus impugnatiónibus ſúpplices tuos, vt qui in defenſiône tua confídimus: nullîus hoſtilitâtis arma timeâmus. Per Dóminum.

PRO ADVERSITATE Eccleſiæ. Introitus.

SAlus pópuli ego ſum: dicit Dñs: de quacũq; tribulatiône clamáuerint ad me exáudiam eos: &

ero illôrum Dñs in perpétuũ.

Pſal. 77. Pſalm. Atténdite pópule meus legem meam, inclinâte aurem veſtram in verba oris mei. Collecta.

ECcleſiæ tuę Dómine preces placâtus admítte: vt deſtrúctis aduerſitátibus & erróribus vniuérſis, ſecúra tibi ſéruiat libertâte. Per.

Léctio libri Sapiéntiæ.

Eccl. 36. MIſerêre noſtri Deus ómnium & réſpice nos: & oſténde nobis lucem miſeratiônum tuârum. Et immitte timôrem tuum ſuper gentes quæ non exquiſiérunt te: & cognóſcant quia non eſt Deus niſi tu: vt enárrent magnália tua. Alleua manũ tuã ſuper gẽtes aliénas: vt vídeãt poténtiam tuam. Sicut enim in conſpéctu eôrum ſanctificâtus es in nobis, ſic in conſpéctu noſtro magnificáberis in illis: vt cognóſcant te ſicut & nos cognóuimus: quóniã non eſt Deus præter te Dómine. Innoua ſigna: & immúta mirabília. Glorífica manũ: & bráchium dextrum. Excita furôrem: & effúnde iram. Extólle aduerſáriũ: & afflíge inimícũ. Feſtína tẽpus & meménto finis: vt enárrẽt magnália tua: Dñe Deus noſter.

℟. Liberáſti nos Dómine ex affligẽntibus nos, & eos qui nos odérunt, confudíſti. ℣. In Deo laudábimur tota die, & nómini tuo confitébimur in ſæcula. Pſal 43.

Alleluia. ℣. Propícius eſto Dómine peccátis noſtris, nequando dicãt gentes, vbi eſt Deus eórum. Alleluia. Pſal. 78.

Sequéntia ſancti Euangélij ſecúndum Lucam.

Cap. 18. IN illo témpore. Dicêbat Ieſus ad diſcípulos ſuos parábolã iſtã, quóniã opórtet ſemper orâre & nõ defícere dicens. Iudex quidã erat in quadã ciuitâte, qui Deũ non timêbat: & hóminẽ nõ reuerebâtur. Vídua aũt quædã erat in ciuitâte illa: & veniêbat ad illũ dicens. Víndica me de aduerſário meo. Et nolêbat per multũ tẽpus. Poſt hæc aũt dixit intra ſe. Et ſi Deũ nõ tímeo: nec hóminẽ reuéreor: tamẽ quia moléſta mihi eſt hæc vidua: vindicâbo illã, ne in nouíſsimo véniẽs ſugillet me. Ait autem Dñs. Audîte quid Iudex iniquitâtis dicit. Deus aũt nõ fáciet vindíctã electórũ ſuórũ clamántiũ ad ſe die ac nocte,

&patiéntiam habêbit in illis? Dico vobis quia cito fáciet vindíctam illôrum.

Pſal. 137. Offertorium. Si ambuláuero in médio tribulatiônis viuificâbis me Dómine, & ſuper iram inimicórum meorũ exténdes manum tuam, & ſáluum me fecit dèxtera tua. Secreta.

PRótege nos Dómine quæſumus tuis myſtérijs ſeruiéntes vt diuínis rebus & córpore famulêmur & mente. Per Dóminum noſtrum.

Pſal. 118. Communio. Meménto verbi tui ſeruo tuo Dómine, in quo mihi ſpem dedíſti: hæc me conſolâta eſt in humilitâte mea. Poſt communio.

QVęſumus Dómine De⁹ noſter: vt quos diuína tríbuis participatiône gaudêre: humánis non ſinas ſubiacêre periculis. Per Dominũ.

Pro quacunque tribulatione.

Salus populi. vt ſupra in proxima Miſſa pręcedẽte Colle.

INeffábilẽ miſericordiã tuã Dómine nobis cleménter oſtẽde: vt ſimul nos & à peccatis éxuas: & à pœnis quas pro his merêmur erípias. Per.

Léctio Hieremíæ prophétæ.

Cap. 14. SI iniquitátes noſtræ conténderint contra nos: Dómine líbera nos. Quæſumus fac propter nomen tuũ: quóniam multæ ſunt auerſiones noſtræ. Tibi peccáuimus expectátio Iſraél: Saluâtor noſter in témpore tribulatiônis. Tu autem in nobis es Dómine & nomen tuum inuocâtũ eſt ſuper nos: ne derelínquas nos Dómine: Deus noſter.

℞. Liberáſti nos Dómine: Alleluia.
℣. Propícius eſto Dómine peccatis. vt in miſſa pręcedente.

Sequéntia ſancti Euangélij ſecúndum Marcum.

IN illo témpore: Dixit Ieſus diſcípulis ſuis. Habête fidem Dei. Amen dico vobis: quia quicúnque díxerit mõti huic, tóllere & míttere in mare: & non hęſitáuerit in corde ſuo, ſed credíderit quia quodcúnque díxerit fiat: fiet ei. Proptérea dico vobis omnia quæcunque orántes pétitis crédite quia accipiêtis, & vénient vobis. Et cum ſtábitis ad orãdum: dimíttite ſi quid habêtis aduérſus aliquem, vt & pater veſter qui in cœlis eſt dimíttat vobis peccâta veſtra. Quod ſi vos non dimiſerîtis: Cap. 11.

nec pater veſter, qui in cœlis eſt, dimíttet vobis peccâta veſtra.

Offertoriũ. Si ambuláuero in médio tribulatiônis. Vt in Miſſa pręcedente. Secreta.

PVríficet nos Dómine quęſumus múneris præſéntis oblátio, & dignos ſacra participatiône perficiat.

Communio. Memento verbi. Vt in Miſſa præcedente.

Poſt communio.

PRæſta Dñe quæſumus: vt terrénis affectibus expiáti: ad ſupérni plenitúdinem ſacraménti cuius libáuimus ſancta tendâmus. Per.

MISSA PRO PECcatis. Introitus.

Daniel. 3. OMnia quæ fecíſti nobis Dómine in vero iudício fecíſti, quia peccáuimus tibi & mandátis tuis non obedíuimus: ſed da glóriam nómini tuo: & fac nobíſcum ſecúndum multitúdinem miſericórdiæ tuæ.

Pſal. 118 Pſal. Beáti immaculáti in via: qui ámbulant in lege Dñi. Collecta.

EXáudi quęſumus Dómine ſúpplicũ preces & confiténtium tibi parce peccátis: vt páriter nobis indulgéntiam tríbuas benígnus & pacem. Per Dóminũ noſtrũ.

Epiſtola. Si iniquitátes. Vt in Míſſa præcedente.

℞. Propícius eſto Dómine peccátis noſtris: ne quando dicant gentes, vbi eſt Deus eôrum. Pſal. 78. ℣. Adiuua nos Deus ſalutâris noſter: & propter honôrẽ nóminis tui Dómine líbera nos. Alleluia. ℣. Oſténde nobis Dñe miſericórdiam tuam: & ſalutâre tuum da nobis. Pſal. 84.

Euãgelium. Habete fidẽ Dei. Vt in Miſſa præcedente.

Offer. Sperent in te omnes qui nouérunt nomen tuum Dómine: quóniam non derelínquis quærêntes te, pſállite Dómino qui hábitat in Sión: quóniam non eſt oblítus oratiônem páuperum. Pſal. 9. Secreta.

HOſtias tibi Dómine placatiônis offérimus: vt & delícta noſtra miſerâtus abſóluas: & nutántia corda tu dírigas. Per Dñm noſtrum.

Cómu. Inclína aurẽ tuã accélera vt éruas nos. Pſal. 30. Poſt communio.

PRæſta nobis æterne Saluâtor: vt percipiéntes hoc múnere véniam peccatôrũ: deínceps peccâta vitêmus. Per Dominum noſtrum.

AD POSCENDAM pluuiam. Introitus.

Pſal. 73. RESpice Dómine in teſtaméntum tuum: & animas páuperũ tuôrum ne derelínquas in finẽ: exúrge Dómine & iúdica cauſam tuam, & ne obliuiſcâris voces quæréntium te.

Ibid. Pſalm. Vt quid Deus repuliſti in finẽ: irâtus eſt furor tuus ſuper oues páſcuę tuę. Collecta.

DEus in quo víuimus mouêmur & ſumus: plúuiã nobis tríbue congruẽtem: vt pręſéntibus ſubſídijs ſufficiẽter adiúti: ſempitérna fiduciálius appetâmus. Per.

Epiſtola. Si iniquitates. Vt ſupra. fol. 32.

Pſal. 89. ℟. Cõuértere Dómine aliquántulũ, & deprecâre ſuper ſeruos tuos. ℣. Dómine refúgiũ factus es nobis: à generatiône & progénie. Alleluia. ℣.

Pſal. 129. De profúndis clamáui ad te Dómine: Dómine exáudi vocem meam,

Euangelium. Habete fidem Dei. Vt in Euang. pręcedẽte.

Daniel. 3. Offert. Sicut in holocáuſtum aríetũ & taurôrũ: & ſicut in míllibus agnôrum pínguium ſic fiat ſacrifícium noſtrum in conſpéctu tuo hódie, vt pláceat tibi: quia non eſt confúſio confidéntibus in te Dómine. Secreta.

OBlátis Dómine placâre munéribus & opportûnum nobis tríbue plúuiæ ſufficiéntis auxílium. Per.

Communio. Pétite & accipiẽtis, quærite & inueniẽtis: pulſâte & aperiẽtur vobis, omnis enim qui petit, áccipit: & qui quærit, ínuenit: & pulſánti aperiẽtur, alleluia. Luc. 11.

Poſt communio.

TVêre nos Dómine quæ ſumus tua ſancta ſuméntes: & ab ómnibus propícius abſólue peccátis. Per Dóminum noſtrum.

AD POSCENDAM ſerenitatem. Introitus.

MIſerêris ómnium Dómine, & nihil odíſti eôrum quę feciſti: diſsímulans peccâta hóminum propter pœniténtiã & parcens illis: quia tu es Dóminus Deus noſter. Sap. 11.

Pſalm. Miſerêre mei Deus, miſerêre mei, quóniam in te confídit ánima mea. Collecta. Pſal. 56.

AD te nos Dómine clamántes exáudi: & áeris ſerenitâtẽ nobis tribue ſupplican-

plican-

plicántibus: vt qui pro peccátis noſtris iuſte affligimur: miſericórdia tua præueniénte cleméntiam ſentiâmus. Per.
Epiſt. Si iniquitates. fol. 32.
℟. Propícius eſto peccátis noſtris. Vt ſupra fol. præcedenti.
Pſal. 129. Alleluia. ℣. Deprofúndis clamáui ad te Dómine Dñe exáudi vocẽ meã.
Euãg. Habete fidẽ Dei. fo. 32.
Offertorium. Sperent in te. &c. vt ſupra fol. præcedenti.

Secreta.

PRæuéniat nos quęſumus Dómine grátia tua ſemper & ſubſequâtur: & has oblatiónes quas pro peccátis noſtris nómini tuo conſecrãdas deférimus benígnus aſſûme: vt per interceſsiônẽ ſanctôrum tuôrũ cunctis nobis profíciant ad ſalûtem. Per.
Pſal. 118. Communio. Tu mandáſti mandâta tua cuſtodíri nimis: vtinam dirigántur viæ meæ ad cuſtodiéndas iuſtificatiónes tuas. Poſt communio.

PLebs tua Dómine cápiat ſacræ benedictiônis augmentum: & copióſis beneficiôrũ tuôrũ ſubleuêtur auxílijs: quæ tantis interceſsiônũ deprecatiónibus adiuuâtur. Per Dóminum noſtrum.

AD REPELLENdam tẽpeſtatem. Salus populi fol. 32. Collecta.

A Domo tua quæſumus Dómine ſpiritáles nequítię repellántur: & aeriârum diſcêdat malígnitas tempeſtâtum. Per Dóminum noſtrum.
Epiſtola. Si iniquita. fol. 32.
℟. Liberaſti. Alleluia. ℣. Propicius eſto.
Euangel. Habête fidẽ. fo. 32.
Offertorium. Si ambuláuero. ibidem. Secreta.

OFférimus Dómine laudes & múnera, pro concéſsis benefícijs: grátias referéntes: & pro concedéndis ſemper ſuppliciter deprecántes. Per Dóminum noſtrum.
Communio. Memento verbi. fol. 32. Poſt communio.

OMnípotens ſempitérne Deus qui nos & caſtigándo ſanas, & ignoſcéndo conſéruas: præſta ſupplícibus tuis: vt & tranquillitátibus huius optátæ conſolatiônis lætêmur: & dono tuæ pietâtis ſemper vtâmur. Per Dóminum noſtrum.

MISSA PRO ITER agentibus. Introitus.

psal. 30. ESto mihi in Deum protectôrem, & in locũ refúgij: vt ſaluũ me fácias, quóniam firmamẽtum meũ, & refúgium meũ es tu: & propter nomen tuũ dux mihi eris & enútries me.

Ibi. Pſal. In te Dómine ſperáui nõ confúndar in ætérnum: in iuſtítia tua líbera me, & éripe me. Collecta.

ADéſto Dómine ſupplicatiónibus noſtris: & viã fámuli tui. (Famulôrũ tuôrum) in ſalûtis tuę proſperitâte diſpône: vt inter omnes viæ & vitæ huius varietátes tuo ſemper protegâtur, (ántur) auxílio. Per Dóminum.

Epiſto. Si iniquitates. fol. 32.

psal. 90. ℟. Angelis ſuis mandâuit de te: vt cuſtódiant te in ómnibus vijs tuis. ℣. In mánibus portábunt te: ne vnquam offéndas ad lápidẽ pedem tuũ. Alleluia.

psal. 121. ℣. Lætâtus ſum in his quę dicta ſunt mihi: in domum Dómini íbimus.

Euange. Habete fidẽ. fol. 32.

psal. 16. Offert. Pérfice greſſus meos in ſémitis tuis: vt non moueántur veſtigia mea: inclína aurem tuam: & exáudi verba mea, mirífica miſericórdias tuas: qui ſaluos facis ſperántes in te Dómine. Secreta.

PRopiciâre Dñe ſupplicatiónibus noſtris, & has oblatiónes quas tibi offérimus pro fámulo tuo (lis tuis) benígnus aſſûme, vt viã illîus (lorum) & præcedénte grátia tua dírigas: & ſubſequénte comitári dignêris, vt de actu atque incolumitâte eius (eorũ) ſecúndum miſericórdię tuę pręſídia gaudeâmus.

Communio. Amén dico vobis: quicquid orántes pétitis, crédite: quia accipiêtis & fiet vobis. Marci. capi. 11.

Poſt cõmu. SVmpta Dómine cœleſtis ſacramẽti myſtéria quæſumus ad proſperitâtem itíneris fámuli tui (lorum tuorũ) profíciant: & eum (eos) ad ſalutária cuncta perdúcant. Per Dóminum.

MISSA PRO ſeipſo ſacerdote. Introitus.

psal. 37. NE derelínquas me Dñe Deus meus: ne diſcédas à me, inténde in adiutórium meum Dómine virtus ſalûtis meę.

Ibid. Pſalm. Dómine ne in furôre tuo árguas

guas me.

Collecta.

OMnipotens ſempitérne Deus: tuæ grátiæ pietâtem ſúpplici deuotiône depóſco: vt ómnium malôrum meôrum víncula ſoluas: cunctiſque meis criminibus & peccátis cleménter ignóſcas: & quia me indígnũ peccatôrem ad miniſtérium tuũ vocâre dignâtus es: ſic me idóneũ tibi miníſtrum effícias: vt ſacrifícium de mánibus meis plácide ac benígne ſuſcípias: electôrumq; ſacerdôtum me partícipem fácias, & de præcéptis tuis in nullo me oberrâre permíttas. Per.

¶ Lectio libri Eſdrę.

1. 2. 9. DOmine Deus confúndor & erubéſco leuâre fáciem meam ad te, quóniã iniquitátes meę multiplicátę ſunt ſuper caput meum: & delícta mea creuérunt vſque ad cœlum, à diêbus patrum meôrum. Quæſo Dómine Deus cœli & terræ: fortis magne & terríbilis qui cuſtôdis pactum & misericórdiã cum his qui díligũt te. Sit auris tua inténdens ad oratiônem ſerui tui: & dírige eũ, & da ei miſericórdiam ante cõſpéctũ tuũ Dñe Deus noſter.

℟. Tribulatiónes cordis mei dilatátæ ſunt: de neceſsitátibus meis éripe me Dómine. ℣. Vide humilitâtẽ meã & labôrẽ meũ: & dimítte ómnia peccâta mea. Psal. 24.

Alleluia. ℣. De profúndis clamáui ad te Dñe: Dñe exáudi vocẽ meã. Psal. 129.

Sequéntia ſancti Euangélij ſecúndum Matthæum.

capi. 8. IN illo témpore: Cũ deſcéndiſſet Ieſus, de monte: ſecútæ ſunt eum turbæ multæ, & ecce leprôſus adorâbat eum, dicens. Dómine, ſi vis: potes me mũdâre. Et exténdens manum tétigit eum Ieſus, dicens. Volo. Mundâre. Et conféſtim mundâta eſt lepra eius.

Offertorium. Miſerêre mihi Dómine ſecúndum magnam miſericórdiam tuam: dele Dómine iniquitâtem meam. Psal. 50.

Secreta.

DEus qui te pręcipis à peccatóribus exorári, tibiq; ſacrifíciũ cõtríti cordis offérri, hoc ſacrifíciũ quod indígnis mánibus meis óffero acceptâre dignêris: & vt ipſe tibi hóſtia & ſacrifícium eſſe mérear miſerâtus concêde, vt per miniſtérij huius exhi-

bitiônem: ómnium peccatôrum percípiam remiſsiônẽ.

Pſal. 5. Communio. Intéllige clamôrem meum, inténde voci oratiônis meæ: rex meus & Deus meus, quóniam ad te orâbo Dñe. Poſt communio.

HVius mihi Dómine ſacraménti percéptio: ſit peccatôrum meôrum ómnium remíſsio: & tuæ pietâtis optâta propiciátio, vt per hæc te opitulánte effíciar ſacris myſtérijs dignus qui de tua pietâte cõfiſus frequentâre præſúmpſi indígnus. Per.

ALIA MISSA pro ſeipſo ſacerdote.

Introitus.

Pſal. 69. DEus in adiutórium meum inténde: Dómine ad adiuuándũ me feſtína, confundántur & reuereántur inimíci mei: qui quęrunt ánimam meam.

Ibid. Pſalm. Auertántur retrórſum & erubéſcant, qui cógitant mihi mala.

Collecta.

OMnípotens ſempitérne Deus: qui me peccatôrem ſacris altáribus aſtâre voluiſti, & ſancti nóminis tui laudâre poténtiam, concêde quæſo per huius ſacraménti myſtérium meôrum mihi véniam peccatôrum, vt tuæ maieſtáti dignè mérear miniſtrâre. Per Dóminũ noſtrũ.

Léctio Epíſtolę B. Pauli Apóſtoli Ad Romános.

FRatres. Condeléctor legi Dei ſecúndũ interiôrẽ hómınẽ. Vídeo autem áliã legem in mẽbris meis repugnántem legi mentis meæ: & captiuántem me in lege peccáti quæ eſt in mẽbris meis. Infélix ego homo quis me liberâbit de córpore mortis huius? Grátia Dei per Ieſum Chriſtum Dóminũ noſtrũ. ca. 7.

℟. Ego dixi, Dómine miſerêre mei: ſana ánimam meam quia peccáui tibi. ℣. Beâtus qui intélligit ſuper egênum & páuperem, in die mala liberâbit eum Dóminus. Alleluia. pſal. 40.

℣ De profúndis clamáui ad te Dñe: Dñe exáudi vocem meam. Alleluia. pſal. 129.

Sequéntia ſancti Euangélij ſecúndum Matthæum.

IN illo témpore. Cũ deſcẽdiſſet Ieſus de monte: ſecútæ ſunt eum turbæ multæ. Et ecce leprôſus véniens: adorâbat eũ, dicens. Dómine, ſi vis potes ca. 8.

me

me mundâre. Et exténdens manũ: tétigit eum, dicens. Volo, Mundâre. Et cõféſtim mũdâta eſt lepra eius. Et ait illi Ieſus. Vide: némini díxeris. Sed vade oſtẽde te ſacerdóti: & offer munus quod pręcêpit Moyſes: in teſtimóniũ illis.

Pſal. 6. Offert. Dómine cõuértere & éripe ánimam meam: ſaluum me fac propter miſericórdiam tuam.

Secreta.

DEus miſericórdiæ: Deus pietâtis: Deus indulgéntiæ, indúlge quæſo, & miſerêre mihi ſeruo tuo ſacrifícium quoq; quod tuæ pietáti humíliter óffero benígne dignêris ſuſcípere: & peccâta quæ labéntibus vícijs per ignorántiam, malamq; conſuetúdinem contráxi, tu pius & propícius ac miſerâtus indúlge: & loco pœniténtiæ, flúmine lachrymârum concéſſo: véniam à te mérear percípere delictôrum. Per.

Pſal. 30. Communio. Illúmina fáciem tuam ſuper ſeruum tuum: & ſaluum me fac in tua miſericórdia, Dómine non confúndar, quoniam inuocáui te.

Poſt communio.

DEus qui viuõrũ es Saluâtor ómniũ: qui non vis mortẽ peccatôrum: nec lætâris in perditiône moriéntiũ: ſed vt cõuertántur, & viuát: te ſupplíciter déprecor, vt cõcédas mihi míſero véniam peccatôrum: vt admíſſa défleam: & póſtmodum deflénda non admíttam, vt cum mihi extrêma dies, finiſq; vitæ meæ aduénerit: emundâtum delíctis ómnibus, ángelus ſanctitâtis me ſuſcípiat: & ad gáudia ætérna perdûcat. Per Dóminum noſtrum.

MISSA DE ANGELIS.

Epiſtola. Factum eſt prælium. & cætera ómnia ſicut in feſto S. Michaelis fol. 242 vel dicatur Miſſa ſequens.

Introitus.

Pſal. 96. ADorâte Dóminum omnes Angeli eius: audîuit & lætâta eſt Sion, & exultauérunt fíliæ Iudæ.

Ibi. Pſal. Dñs regnâuit exúltet terra: læténtur ínſulæ multæ.

Collecta.

PErpétuum nobis Dómine tuæ miſeratiônis præſta ſubſídium: quibus & Angélica præſtitiſti ſuffrágia nõ deéſſe. Per Dóminum.

¶ Lectio libri Apocalypſis.
B. Ioánnis Apóſtoli.

ca.19 IN diêbus illis: Dixit mihi Angelus. Scribe. Beáti qui ad cœnam nuptiârum agni vocáti ſunt. Et dixit mihi. Hæc verba Dei vera ſunt. Et cécidi ante pedes eius: vt adorârem eum. Et dixit mihi. Vide ne féceris. Cōſéruus tuus ſum: & fratrum tuôrum habéntium teſtimónium Ieſu. Deum adóra.

Pſal. 102. ℟. Benedícite Dóminum omnes ángeli eius: poténtes virtûte qui fácitis verbum eius. ℣. Benedíc ánima mea Dómino: & ómnia interiôra mea nomē ſanctum eius. Alleluia. ℣. Pſal. 148. Laudâte Deum omnes ángeli eius: laudâte eū omnes virtútes eius. Alleluia.

Si in Septuageſima Tractus.

Pſal. 116. LAudâte Dóminum omnes gentes: & collaudâte eum omnes pópuli eius. ℣. Quóniam confirmâta eſt ſuper nos miſericórdia eius & véritas Dómini manet in ætérnum.

Sequéntia ſancti Euangélij ſecúndum Ioánnem.

ca.5 IN illo témpore. Aſcēdit Ieſus Hieroſólymam. Eſt autem Hieroſólymis probática piſcîna, quę cognominâtur Hebráice Bethſáida: quinque pórticus habēs. In his iacêbat multitûdo magna languéntiū, cæcôrū, claudôrū, aridôrū, expectátium, aquæ motum. Angelus autem Dómini ſecúndum tēpus deſcendêbat in piſcînā, & mouebâtur aqua. Et qui prior deſcendêbat in piſcînā poſt motiônem aquæ ſanus fiêbat à quacúnque tenebâtur infirmitâte.

Offertorium. Immíttit ángelus Dómini in circúitu timéntium eum & erípiet eos, guſtâte & vidéte quóniā ſuáuis eſt Dóminus. Pſal. 33.

Secreta.

HOſtias tibi Dómine laudis offérimus ſupplíciter deprecántes: vt eáſdem angélico pro nobis interueniénte ſuffrágio, & placâtus accípias, & ad ſalûtē noſtrā prouenîre cōcédas. Per Dn̄m.

Communio. Benedícite omnes ángeli Dómini Dómino, hymnū dícite & ſuperexaltâte eū in ſæcula. Daniel. 3.

Poſtcommunio.

REpléti Dn̄e benedictiône cœléſti, te ſupplíciter implorâmus: vt quod frágili celebrâmus officio ſanctôrū angelôrum nobis prodéſſe ſentiâmus auxílio. Per.

MISSA DE QVINdecim auxiliatoribus.

Introitus.

Pſal. 33. Vltæ tribulatiónes iuſtôrum, & de his ómnibus liberâbit eos Dóminus: Dóminus cuſtôdit ómnia oſſa eôrũ: vnũ ex his non conterêtur.

Ibid. Pſalm. Benedicã Dóminum in omni témpore: ſemper laus eius in ore meo.

Collecta.

Omnipotés & mitíſsime Deus: qui eléctos ſanctos tuos Geórgium, Bláſiũ, Eráſmum, Panthaleônẽ, Vitum, Chriſtóphorum, Dionyſium, Ciríacum, Achácium, Euſtáchiũ, Ægídium, Magnum, Margarêtam, Catherînam, & Bárbaram, ſpeciálibus decoráſti priuilégijs, vt omnes qui in neceſsitátibus ſuis eôrum implórant auxílium ſecũdum promiſsiônis tuæ grátiam petitiônis ſuę ſalutârem conſequántur effé-ctum; da nobis quęſumus noſtrôrũ véniã peccatôrũ: & ipſôrũ intercedéntibus méritis ab ómnibus aduerſitátibus nos líbera: & petitiónes noſtras benígnus exáudi. Per.

Epiſt. Sancti per fidẽ. Vt in communi plurim. Mart. fo. 3.

Pſal. 33. ℟. Clamauérũt iuſti: & Dñs exaudiuit eos: & ex ómnibus tribulatiónibus eorũ liberâuit eos. ℣. Iuxta eſt Dñs his qui tribuláto ſunt corde: & húmiles ſpíritu ſaluabúntur. Alleluia. ℣. Fulgẽbunt iuſti, & tanquã ſcintíllæ in arundinéto diſcúrrent: & regnábũt in ætérnũ.

Euangélium Confiteor tibi pater Vt in communi plurímorum Mart. fol. 3.

Pſal. 67. Offert. Mirábilis Deus in ſanctis ſuis Deus Iſrael ipſe dabit virtûtem & fortitúdinem plebi ſuæ benedictus Deus, Alleluia.

Secreta.

Vſcipe clementíſsime Deus preces & hóſtias quas tibi in ſanctôrũ tuôrũ, Geórgij, Bláſij, Eráſmi, Panthaleônis, Viti, Chriſtóphori, Dionyſij, Ciríaci, Achácij, Euſtáchij, Ægídij, Magni, Margarétæ, Catherínæ, & Bárbaræ honôre deférimus: vt qui iuſtítiæ noſtræ fidúciam non habêmus, eôrum qui tibi placuérunt intercedéntibus méritis petitiônum noſtrârum te pium largitôrẽ ſentiâmus. Per Dóminũ.

Pſal. 78. Cõm. Poſuérunt mortália ſeruórũ

tuórum Dómine eſcas volatílibus cœli, carnes ſanctórũ tuórum béſtijs terræ ſecúndum magnitúdinem bráchij tui póſside filios morte punitórum.

Poſt communio.

SAcraménta quæ ſúmpſimus Dómine intercedéntibus ſanctis tuis, Geórgio Blaſio, Eraſmo, Panthaleône, Vito, Chryſtóphoro, Dionyſio, Ciríaco, Achácio, Euſtáchio, Ægidio, Magno, Margaréta, Catherína, & Bárbara nobis quæſumus proſint ad véniam: & quorum petitiônem cleménter exaudíſti: in neceſsitátibus noſtris nos réfoue miſerâtus auxílio, & ab ómni aduerſitâte nos poténter cuſtódi. Per.

MISSA PRO INfirmis Introitus.

Pſal. 24. DE neceſsitátibus meis éripe me Dñe vide humilitâtem meã & labôrem meum & dimítte ómnia peccâta mea.

Ibid. Pſal. Ad te Dómine leuáui ánimam meam: Deus meus in te confído non erubéſcam.

Collecta.

OMnípotens ſempitérne Deus: ſalus ętérna credẽtium: exáudi nos pro fámulo tuo (lis tuis) pro quo (quibus) miſericórdię tuę implorâmus auxílium: vt réddita ſibi ſanitâte: gratiàrũ tibi in Ecclésia tua réferat (réferãt) actiônem. Per Dóminum.

¶ Léctio Epíſtolę Beáti Iacóbi Apóſtoli.

CHaríſsimi: Triſtâtur áliquis veſtrum, oret æquo ánimo & pſallat. Infirmâtur quis in vobis, indûcat presbyteros Ecclésię & orent ſuper eum vngéntes eũ óleo in nómine Dómini. Et orátio fidei ſaluâbit infírmum: & alleuâbit eum Dóminus. Et ſi in peccátis ſit, dimitténtur ei. ca. 5.

℟. Tribulatiónes cordis mei dilatátæ ſunt, de neceſsitátibus meis éripe me Dómine. ℣. Vide humilitâtem meã & labôrẽ meũ & dimítte ómnia peccâta mea. Alleluia. ℣. Eripe me de inimícis meis Deus meus & ab inſurgéntibus in me libera me. Alleluia. Pſal. 24.

Sequéntia ſancti Euangélij ſecúndum Lucam.

IN illo tẽpore. Surgẽs Ieſus de Synagóga introîuit in domũ Symônis. Socrus autem Symônis: tenebâtur magnis fébri- ca. 4.

bus.

bus. Et rogauerunt illum pro ea. Et ſtans ſuper illam imperâuit febri: & dimîſit illã. Et contínuo ſurgens: miniſtrâbat illis. Cum ſol autem occidíſſet: omnes qui habébãt infírmos várijs languóribus: ducébant illos ad eum. At ille ſíngulis manus impónens: curâbat omnes.

Pſal. 129. Offert. De profúndis clamáui ad te Dómine: Dómine exáudi vocem meam.

Secreta.

Deus cuius nútibus vitæ noſtræ moménta decúrrũt: ſúſcipe preces & hóſtias, fámuli tui (lôrum tuôrum) pro quo (quibus) ęgrotánte (tibus) miſericórdiam tuam implorâmus: vt de cuius (quorum) perículo metúimus de eius (eorum) ſalûte lętémur.

Pſal. 30. Cõmu. Inclína aurẽ tuã, accélera vt éruas nos.

Post communio.

Deus infirmitâtis humánæ ſingulâre præſídiũ: auxílij tui ſuper infírmum (mos) noſtrum (noſtros) oſténde virtûtem: vt ope miſericórdiæ tuæ adiûtus (ti) Eccleſiæ tuæ ſanctæ incólumis (es) repręſentári mereâtur (antur) Per Dñm noſtrũ.

MISSA CONTRA peſtem. Introitus.

Recordâre Dómine teſtaménti tui: & dic Angelo percutiénti, ceſſet iã manus tua: vt non deſolêtur terra, & ne perdas omnem ánimam viuam.

Pſal. Qui regis Iſraél inténde: qui dedûcis velut ouẽ Ioſeph. Pſal. 79.

Collecta.

Deus qui non mortẽ ſed pœniténtiam peccatôrum deſíderas pópulum tuũ quæſumus ad te cõuérte propícius, vt dum tibi deuôtus extíterit: iracúndię tuę ab eo flagélla amóueas. Per Dóminũ.

¶Léctio libri Regum.

In diêbus illis. Immîſit Dóminus peſtiléntiã in Iſraél 2.Re. 14.
à mane vſque ad tempus conſtitûtum: & mórtui ſunt ex pópulo à Dan vſq; Berſabee ſeptuagínta míllia virôrum. Cumq; extendíſſet manum Angelus Dómini ſuper Hieruſalém vt diſpérderet eam: miſértus eſt Dóminus ſuper afflictiônem: & ait Angelo percutiénti pópulũ. Súfficit nunc: cóntine manũ tuã.

Erat autem ángelus Dómini iuxta áream Areuná Iebuſęi. Dixitq; Dauid ad Dóminũ: cum vídiſſet ángelum cędén tem pópulum. Ego ſum qui peccáui & ego iníque egi. Iſti qui oues ſunt quid fecérunt? Vertâtur óbſecro manus tua contra me, & contra domũ patris mei. Venit autem Gad prophêta ad Dauid in die illa: & dixit ei. Aſcénde: & cõſtítue altâre Dño in área Areuná Iebuſæi. Et aſcéndit Dauid iuxta ſermônem Gad quẽ pręcéperat ei Dóminus.

pſal. 106. ℟. Miſit Dóminus verbum ſuũ & ſanâuit eos: & erípuit eos de intéritu eórum. ℣. Confiteántur Dómino miſericórdiæ eius: & mirabília eius filijs hóminũ.

Zacha. ca. 8. Alleluia. ℣. Saluábo pópulũ meum in médio Hieruſalém: & ero ei in Deum in veritâte & iuſtítia.

Euangelium. Surgens Ieſus de Synagoga, Vt in Miſſa præcedente.

Numer. 16. Offert. Stetit póntifex inter mórtuos & viuéntes: habens thuríbulum áureum in manu ſua: & ófferens incénſi ſacrifícium placâuit iram Dñi & ceſſâuit plaga à pópulo.

Secreta

SVbuéniat nobis Dómine quæſumus ſacrifícij præſéntis oblátio, quæ nos & ab erróribus vniuérſis poténter abſóluat: & à totîus erípiat perditiônis incúrſu. Per Dóminum noſtrum.

Communio. Multitúdo languéntium, & qui vexabántur à ſpirítibus immúndis veniébant ad eum: quia virtus de illo exîbat & ſanâbat omnes. Ioã. 5.

Poſt communio.

EXáudi nos Deus ſalutâris noſter: & intercedénte beáta María ſemper vírgine pópulum tuum ab iracúndiæ tuæ onéribus líberum, & miſericórdiæ tuæ fac largitâte ſecûrum. Per Dóminum noſtrum.

Collecta de ſancto Sebaſtiáno dicẽda in Miſſa prędicta.

OMnípotens ſempitérne Deus, qui méritis beáti Sebaſtiáni mártyris tui, quandam generâlem peſtem homínibus mortíferam reuocáſti: præſta ſupplícibus tuis: vt qui pro conſímili peſte reuocánda ſub tua confidéntia ad ipſum confúgimus: ſuis méritis & précibus ab ipſa peſte, & ab omni perturbatiône liberêmur. Per Dóminum noſtrum.

Secreta.

SVbuéniat nobis Dómine miſericórdia tua intercedénte beáto Sebáſtiano mártyre tuo: vt ab imminéntibus peccatôrum noſtrôrum perículis mereâmur te protegénte ſaluári: & ſuis précibus ab omni peſte & tribulatiône liberári. Per Dominum.

Poſtcommunio.

DA quæſumus Dómine pópulo tuo ſalûtem mẽtis & córporis interuéntu beáti Sebaſtiáni mártyris tui vt bonis opéribus inhæréndo tuæ ſemper virtûtis: & ſuôrum meritôrũ mereâtur protectiône defféndi. Per.

Tempore famis & peſtis.

Collecta.

DA nobis quæſumus Dómine piæ ſupplicatiônis affectum, & peſtiléntiam famemque propiciâtus auérte, vt mortálium corda cognóſcant & te indignánte tália flagélla prodîre & te miſerãte ceſſâre. Per Dóminum noſtrum.

Secreta.

DEus qui humáni géneris vtrámq; ſubſtántiã præſéntium múnerum & alimẽto végetas & rénouas ſacraménto; tríbue quæſumus vt eôrum & corpóribus noſtris ſubſídium non deſit & méntibus. Per Dominũ noſtrum.

Poſtcommunionem.

GVbérna quæſumus Dómine temporálibus aliméntis quos dignâris ætérnis informâre myſtérijs. Per Dóminum noſtrum.

MISSA PRO ELIgendo ſummo Pontifice, ſede vacante dicitur de Spiritu ſancto, vel vt ſequitur.

Introitus.

SVſcitâbo mihi ſacerdôtem fidêlem, qui iuxta cor meum & ánimam meam fáciet, & ædificâbo ei domum fidêlem, & ambulâbit coram Chriſto meo cunctis diêbus. 1. Regũ. 2

Pſalm. Meménto Dómine Dauid, & omnis mãſuetúdinis eius. ℣. Glória Patri. pſal. 131.

Collecta.

SVpplici Dómine, humilitate depóſcimus: vt ſacroſánctæ Románæ Eccléſiæ concêdat pontíficem illum tua imménſa píetas: qui & pio in nos ſtúdio ſemper tibi

plácitus,& tuo pópulo pro ſalúbri regímine ſit aſsiduè ad glóriam tui nóminis reuerēdus. Per Dóminum noſtrū.

Léctio Epíſtolæ beáti Pauli apóſtoli ad Hebræos.

capi. 4. & 5. FRatres: Adeâmus cum fidúcia ad thronum grátiæ eius: vt miſericórdiam conſequâmur, & grátiam inueniâmus in auxílio opportúno. Omnis namque póntifex ex homínibus aſſúmptus, pro homínibus conſtitúitur in his quę ſunt ad Deum: vt ófferat dona & ſacrifícia pro peccátis. Qui condolêre poſsit his qui ignórāt & errāt: quóniam & ipſe circúndatus eſt infirmitâte: & proptérea debet, quemádmodum & pro pópulo, ita & pro ſemetípſo offérre pro peccátis. Nec quiſquam ſumit ſibi honôrē: ſed qui vocâtur à Deo tanquam Aarón. Sic & Chriſtus non ſemetípſum clarificâuit, vt póntifex fíeret: ſed qui locûtus eſt ad eum, Filius meus es tu, ego hódie génui te. Quēádmodum & in álio loco dicit. Tu es ſacérdos in ætérnum, ſecúndum órdinē Melchiſedéch. Qui in diêbus carnis ſuæ, preces, ſupplicatióneſque ad eum, qui poſsit eū ſaluum fácere à morte, cum clamôre válido, & láchrymis ófferens: exaudîtus eſt pro ſua reueréntia.

℟. Póntifex ſacérdos magnus inter fratres ſuos, ſuper cuius caput fuſum eſt vnctiónis óleum, & cuius manus in ſacerdótio conſecrátæ ſunt, veſtitúſque eſt ſanctis véſtibus: débuit per ómnia frátribus ſimilári. ℣. Vt miſéricors fíeret & fidêlis póntifex ad Deum, vt repropiciâret débita pópuli. Luc. 21. Alleluia. ℣. Sacérdos ſit ſanctus, ſicut ego ſum Dóminus, qui ſanctífico vos. Alleluia.

¶ Tēpore Paſchali, Alleluia, Ioā. 10. ℣. Ego ſum paſtor bonus: & cognóſco oues meas, & cognóſcunt me meę. Alleluia. In Septuageſima.

Tract. Surge Dómine in réquiem Pſal. 131. tuam, tu & arca ſanctificatiónis tuæ. ℣. Sacerdótes tui induātur iuſtítiam, & ſancti tui exultatiône exultábunt. ℣. Propter Dauid ſeruum tuum, non auértas fáciem Chriſti tui.

Sequéntia ſancti Euangélij ſecúndum Ioánnem.

capi. 14. IN illo témpore: Dixit Ieſus diſcípulis ſuis. Si dilígitis me,

mádâta mea ſeruâte. Et ego rogâbo Patrem, & álium Paráclitum dabit vobis, vt máneat vobíſcum in ætérnum, ſpíritum veritâtis, quem mũdus non poteſt accípere, quia non videt eum, nec ſcit eum. Vos autem cognoſcêtis eum: quia apud vos manêbit, & in vobis erit. Non relínquam vos órphanos: véniã ad vos. Adhuc módicum, & mundus iam me non videt. Vos autem vidébitis me: quia ego viuo, & vos viuêtis.

Offert. Nõ participétur ſancta donec exúrgat póntifex in oſtenſiône, & veritâte.

Secreta.

TVæ nobis Dómine, abũdãtia pietâtis indúlgeat: vt per ſacra múnera, quæ tibi reueréntur offérimus, gratum maieſtáti tuæ pontíficẽ ſanctæ matris Eccléſiæ regímini præéſſe gaudeâmus. Per Dóminum noſtrum.

Communio. Veſte ſancta vtêtur póntifex, qui fúerit conſtitûtus: & qui ingrediétur tabernáculum teſtimónij, vt miniſtret in ſanctuário.

Poſt communionem.

PRetióſi córporis & ſánguinis tui nos Dómine, ſacraménto reféctos miríſica tuæ grátia maieſtâtis de illîus ſummi pontíficis confeſſiône lætíficet: qui & plebem tuã virtútibus ínſtruat, & fidélium mentes ſpirituálium arómatum odôre perfúndat. Qui viuis.

MISSA AD TOLlendũ ſchiſma, vel pro quacũque neceſſitate Eccleſię.

Introitus.

SAluos nos fac Dómine Deus noſter: & cóngrega nos de natiónibus: vt confiteâmur nómini ſancto tuo, & gloriêmur in laude tua. Pſal. 105.

Pſal. Confitémini Dómino, quóniam bonus, quóniam in ſæculum miſericórdia eius. ℣. Glória Patri. Ibi.

Collecta.

DEus qui errâta córrigis, & diſpérſa cóngregas, & congregâta cõſéruas, quæſumus: ſuper pópulum Chriſtiânum tuæ vniônis grátiam cleménter infúnde: vt diuiſiône reiécta, vero paſtóri Eccléſiæ tuę ſe vniens: tibi digné váleat famulári. Per Dóminum noſtrum.

Léctio Epiſtolæ beáti Pauli apóſtoli ad Ephéſios.

ca.4. FRatres: Obſecro vos, vt digné ambulêtis vocatióne, qua vocáti eſtis, cum omni humilitâte & manſuetúdine, cum patiéntia, ſupportántes ínuicem in charitâte: ſolíciti ſeruâre vnitâtem ſpíritus in vínculo pacis. Vnum corpus, & vnus ſpíritus: ſicut vocâti eſtis in vna ſpe vocatiônis veſtræ. Vnus Dóminus, vna fides, vnum baptíſma. Vnus Deus & Pater ómnium, qui eſt ſuper omnes, & per ómnia, & in ómnibus nobis. Vnicuîque autem noſtrum data eſt grátia ſecúndum menſûram donatiônis Chriſti: donec occurrâmus omnes in vnitâtem fidei & agnitiônis Fílij Dei, in virum perféctum, in menſûram ętâtis plenitúdinis Chriſti: vt iã nõ ſimus páruuli, fluctuãtes, & circũferâmur omni vento doctrínę in nequitia hóminũ, in aſtútia ad circumuentiônem errôris. Veritâtẽ autem faciéntes in charitâte, creſcâmus in illo per ómnia, qui eſt caput. Chriſtus: ex quo totũ corpus compáctũ, & connéxum per omnẽ iunctûram ſubminiſtratiônis, ſecúndum operatiônem in mẽſûrã vniuſcuiúſq; membri, augméntum córporis facit in ædificatiônem ſui in charitâte. Hoc ígitur dico & teſtíficor in Dómino, vt iam non ambulêtis, ſicut & gentes ámbulant in vanitâte ſenſus ſui, ténebris obſcurâtum habéntes intelléctum, alienáti à vita Dei per ignorántiam, quæ eſt in illis propter cæcitâtem cordis ipſôrum. Qui deſperántes, ſemetípſos tradidérunt impudicítię, in operatiônem immundítiæ omnis, in auarítiam. Vos autem non ita didicíſtis Chriſtum: ſi tamen illum audíſtis, & in ipſo edócti eſtis, ſicut eſt véritas in Chriſto Ieſu Dño noſtro.

℟. Rogâte quæ ad pacem ſunt Hieruſalém: & abũdántia diligẽtibus te. ℣. Fiat pax in virtûte tua, & abundántia in túrribus tuis. Allelúia. ℣. Lauda Hieruſalém Dóminum, lauda Deum tuum Sion, Allelúia. psal. 121. psal. 147.

¶ Tẽpore Paſchali. Allelúia. ℣. Qui póſuit fines tuos pacem, & ádipe fruméntiſátiat te. Allelúia. Ibi.

In Septuageſima.

pſal. 75. Tractus. Notus in Iudæa Deus, in Iſraël magnum nomen eius. ℣. Et factus eſt in pace locus eius, & habitátio eius in Sion. ℣. Ibi confrégit poténtias, arcum, ſcutum, gládiũ, & bellũ.

Sequéntia ſancti Euangélij ſecúndum Ioánnem.

c. 17. IN illo tẽpore: Subleuátis Ieſus óculis in cœlum, dixit. Pater ſancte, ſerua eos in nómine tuo quos dedíſti mihi: vt ſint vnum, ſicut & nos. Cùm eſſẽ cum eis, ego ſeruâbã eos in nómine tuo. Quos dedíſti mihi, ego cuſtodíui: & nemo ex eis périjt, niſi fílius perditiônis, vt ſcriptûra implerêtur. Nunc autem ad te vénio: & hæc loquor in mundo, vt hábeant gáudium meũ implêtum inſemetípſis. Ego dedi eis ſermônem tuum: & mũdus eos ódio hábuit, quia non ſunt de mundo, ſicut & ego non ſum de mundo. Nõ rogo vt tollas eos de mundo: ſed vt ſerues eos à malo. De mundo nõ ſunt: ſicut & ego non ſum de mundo. Sanctífica eos in veritâte. Sermo tuus, véritas eſt. Sicut tu me miſiſti in mundum, ita & ego miſi eos in mundum. Et pro eis ego ſanctífico meípſum: vt ſint & ipſi ſanctificáti in veritâte. Non pro eis autem rogo tantùm, ſed & pro eis qui creditúri ſunt per verbum eôrum in me: vt omnes vnum ſint, ſicut tu Pater in me, & ego in te: vt & ipſi in nobis vnum ſint, vt credat mũdus, quia tu me miſíſti. Et ego claritâtem quam dedíſti mihi, dedi eis, vt ſint vnum, ſicut & nos vnum ſumus. Ego in eis, & tu in me: vt ſint conſummáti in vnum.

Offertorium. Det vobis Deus idípſum ſápere in altérutrum: vt vnánimes vno ore honorificêtis Deum noſtrum. Reg. 15.

Secreta.

MVnera hæc pro vniône pópuli Chriſtiáni tibi, Dómine, oblâta ſanctífica: per quæ vnitâtis & pacis in Eccléſia tua nobis dona concêde. Per Dóminum.

Commu. Vnus panis & vnum corpus multi ſumus, omnes qui de vno pane & vno cálice participâmus. 1. capite 10.

Poſt communionem.

HÆc tua Dómine, ſumpta ſacra commúnio, ſi-

cut fidélium in te vniônem præſígnat: ſic in tua Eccléſia vnitâtis, quęſumus, operêtur effé&tú. Per Dóminum.

MISSA CONTRA paganos. Introitus.

Pſal. 43. EXúrge, quare obdórmis Dómine? exúrge, & ne repéllas in finē: quare fáciem tuam auértis? obliuíſceris tribulatiônem noſtram: adhæſit in terra venter noſter: exúrge Dómine ádiuua nos, & líbera nos.

Ibi. Pſalm. Deus áuribus noſtris audíuimus: patres noſtri annunciauérunt nobis. ℣. Glória Patri. Collecta.

OMnípotens ſempitérne Deus, in cuius manu ſunt ómnium poteſtátes, & ómniū iura regnôrum, réſpice in auxílium Chriſtianôrū: vt gētes paganôrum, quæ in ſua feritâte confídunt, déxteræ tuæ poténtia cōterántur. Per Dóminum noſtrum.

Epiſtola. Indiêbus illis: Orâuit Mardochæus ad Dóminū, dicēs. Vt ſuprá in Feria quarta poſt ſecundam Dominicā Quadrageſimæ. fol. 43.

Pſal. 82. ℟. Sciant gentes, quóniā nomen tibi Deus: tu ſolus altíſsimus ſuper omnem terram. ℣. Deus meus pone illos vt rotam, & ſicut ſtípulam ante fáciem venti. Alleluia. ℣. Excita, Dómine, poténtiam tuam, & veni, vt ſaluos fácias nos. Alleluia. Pſal. 79.

¶ Tempore Paſchali. Alleluia, ℣. Deus virtûtum conuértere: réſpice de cœlo, & vide, & víſita víneam iſtam: & pérfice eam quam plantâuit déxtera tua, Alleluia. Ibid.

In Septuageſima.

Tractus. Adiuua nos Deus ſalutâris noſter, & propter glóriam nóminis tui Dñe, libera nos: & propícius eſto peccátis noſtris propter nomē tuū. ℣. Ne forté dicant in géntibus, vbi eſt Deus eôrum? & innotéſcat coram óculis noſtris. ℣. Vltio ſánguinis ſeruôrum tuôrum qui effúſus eſt, intret in conſpéctu tuo gémitus cōpeditôrum. Pſal. 78.

Euangelium. Quis veſtrum habébit amícum. Vt in Rogationibus. fol. 116.

Offert. Pópulum húmilem ſaluum fácies, & óculos ſuperbôrum humiliâbis: quóniam quis Deus præter te Dómine? Pſal. 17.

Secreta.

SAcrifíciū Dómine, quod immolâmus, inténde: vt propugnatóres tuos ab omni éruas paganôrū nequítia, & in tuæ protectiônis ſecuritâ-

te con-

te conſtituas. Per Dóminum.

Pſal. 118. Cómu. In ſalutári tuo ánima mea, & in verbum tuum ſperáui: quando fácies de perſequéntibus me iudícium? iníqui perſecúti ſunt me; ádiuua me Dñe Deus meus. Poſt cõmunio.

PRotéctor noſter áſpice Deus, & propugnatóres tuos à paganórum defénde perículis: vt ab ómnibus perturbatiónibus ſemóti, líberis tibi méntibus ſéruiant. Per Dóminum noſtrum.

MISSA TEMPORE belli. Introitus.

Pſal. 24. REminíſcere miſeratiônum tuârũ, Dómine, & miſericórdiæ tuæ quæ à ſęculo ſunt: ne vnquam dominéntur nobis inimíci noſtri, líbera nos Deus Iſraél, ex ómnibus angúſtijs noſtris.

Ibid. Pſalm. Ad te Dómine leuáui ánimam meam: Deus meus in te confído, non erubéſcam. ℣. Glória Patri & Fílio. Collecta.

DEus, qui cónteris bella, & impugnatóres in te ſperántium poténtia tuæ defenſiônis expúgnas: auxiliâre fámulis tuis implorántibus miſericórdiam tuam: vt ómnium inimicôrum ſuôrũ feritâte depréſſa, inceſſábili te gratiârum actiône laudêmus. Per Dóminum noſtrũ.

Léctio Hieremíæ prophétæ.

IN diêbus illis: Acceſſérunt omnes príncipes bellatôrum: dixéruntque ad Hieremîam prophêtam. Ora pro nobis ad Dóminum Deum tuum. Et factum eſt verbum Dómini ad Hieremîam. Vocâuitq; Ióhanam filium Careé, & omnes príncipes bellatôrũ, & vniuérſum pópulum à mínimo vſq; ad magnũ. Et dixit ad eos. Hæc dicit Dóminus Deus Iſraél, ad quem miſiſtis me, vt proſtérnerem preces veſtras in conſpéctu eius. Si quieſcéntes manſerîtis in terra hac, ædificâbo vos, & non déſtruam: plantâbo, & nõ euéllam. Iam enim placâtus ſum ſuper malo, quod feci vobis. Nolîte timêre à fácie Regis Babylônis, quem vos páuidi formidâtis. Nolîte metúere eũ, dicit Dóminus: quia vobíſcum ſum ego, vt ſaluos vos fáciam, & éruam de manu eius. Et da- c. 42.

bo vobis miſericórdias,& mi ſerêbor veſtri:& habitâre vos fáciam in terra veſtra : Dicit Dóminus omnípotens.

Pſal. 76. ℟. Tu es Deus,qui facis mirabília ſo lus:notam fecíſti in géntibus virtûtem tuã. ℣. Liberáſti in bráchio tuo pópulum tuum:filios Iſraél & Ioſeph.

Pſal. 58. Alleluia. ℣. Eripe me de inimícis meis Deus meus : & ab inſurgéntibus in me,líbera me, Alleluia.

¶ Tempore Paſchali.

Alleluia. ℣. Ego autem cantâbo fortitúdinem tuam : & exaltâbo mané miſericórdiã tuam. Alleluia. Ibid.

In Septuageſima.

Tractus Dómine non ſecún dum peccâta noſtra &c. Vt in Quadrageſima. fol. 26.

Sequéntia ſancti Euangélij ſecúndum Matthæum.

capi. 24. IN illo témpore: Acceſſérunt ad Ieſum diſcípuli ſecréto, dicéntes. Dic nobis, quando hæc erunt? & quod ſignum aduéntus tui, & conſummatiônis ſæculi?Et reſpóndens Ieſus, dixit illis. Vidête ne quis vos ſedûcat.Multi enim vénient in nómine meo, dicéntes. Ego ſum Chriſtus: & multos ſedúcent. Audi-túri enim eſtis prælia,& opiniónes præliôrum. Vidète ne conturbémini. Opórtet enim hæc fíeri: ſed nondum eſt finis. Conſúrget enim gens in gentem, & regnum in regnum:& erunt peſtiléntiæ,& fames, & terræmôtus per loca. Hæc autem ómnia, inítia ſunt dolôrum.

Offert. Pópulum húmilem ſaluum fácies Dómine,& óculos ſuperbôrum humiliâbis: quóniam quis Deus præter te Dómine? Pſal. 17.

Secreta.

SAcrificiũ Dómine, quod immolâmus, inténde placâtus : vt ab ómnibus nos éruat bellôrum nequítijs, & in tuæ protectiônis ſecuritâte conſtîtuat. Per Dóminum noſtrum.

Communio. Inclína aurem tuã, accélera,vt éruas nos. Pſal. 30.

Poſt communio.

DEus regnôrum ómniũ, regũq; dominâtor, qui nos,& percutiéndo ſanas, & ignoſcéndo conſéruas: præténde nobis miſericórdiam tuam: vt tranquillitâte pacis tua poteſtâte ſeruáta, ad remédia correctiônis vtâmur. Per Dóminum noſtrum.

MISSA PRO CONſtitutis in afflictione

Introitus.

Pſal. 37. NE derelínquas me Dómine Deus meus ne diſcédas à me inténde in adiutórium meum Dómine virtus ſalûtis meæ.

Ibid. Pſalm. Dómine ne in furóre tuo árguas me. Glória Patri.

Collecta.

NE deſpícias omnípotēs Deus ſeruos tuos in afflictiône clamántes: ſed propter glóriam nóminis tui tribulâtis ſuccúrre placátus. Per Dóminum noſtrum.

Epiſtola. Dómine Deus confúndor. Vt ſupra. fol. 35.

pſal. 24. ℟. Tribulatiónes cordis mei dilatátæ ſunt: de neceſsitátibus meis éripe me Dómine. ℣. Vide humilitâtem meam & labôrem meum & dimítte

Pſal. 129. ómnia peccâta mea. Alleluia. ℣. De profúndis clamáui ad te Dómine: Dómine exáudi oratiônē meā. Alleluia.

Euangelium. Habête fidem Dei. Vt ſupra. fol. 32.

Pſal. 137. Offert. Si ambuláuero in médio tribulatiónis viuificâbis me Dómine & ſuper iram inimicôrum meôrum extèndes manum tuam, & ſaluum me fecit déxtera tua.

Secreta.

SVſcipe Dñe propícius hóſtias quibus & te placári voluíſti & nobis ſalûtē potēti pietâte reſtítui. Per Dñm.

Pſal. 5. Cōmu. Intéllige clamôrē meum, inténde voci oratiônis meæ Rex meus & Deus meus: quia ad te orâbo Dómine.

Poſt communio.

TRibulatiônem noſtram quæſumus Dómine propícius réſpice & iram tuæ indignatiônis, quā iuſté merêmur auérte. Per Dóminum.

MISSA PRO SPONſo & ſponſa. Introitus.

DEus Iſraél cōiúngat vos: & ipſe ſit vobíſcū, qui miſértus eſt duôbus vnicis: & nunc, Dómine fac eos plênius benedícere te.

Pſal. 127. Pſal. Beáti omnes qui timent Dóminum: qui ámbulant in vijs eius. ℣. Glória Patri.

Collecta.

DEus, qui tam excellénti myſtério coniugâlē cópulam conſecráſti, vt Chriſti & Eccléſiæ ſacraméntū præſignáres in fœdere nuptiârum: præſta quæſumus, vt quod noſtro miniſtrâtur

officio, tua benedictiône pótius impleâtur. Per eúndem Dóminum noſtrum.

Léctio Epíſtolæ Beáti Pauli Apóſtoli ad Ephéſios.

capi. 5. FRatres: Mulíeres viris ſuis ſúbditæ ſint, ſicut Dómino: quóniam vir, caput eſt mulíeris: ſicut Chriſtus caput eſt Eccléſiæ. Ipſe, Saluâtor córporis eius. Sed ſi cut Eccléſia ſubiécta eſt Chriſto: ita & mulíeres viris ſuis in ómnibus. Viri, dilígite vxóres veſtras, ſicut & Chriſtus diléxit Eccléſiam, & ſeípſum trádidit pro ea: vt illam ſanctificâret, mundans eam lauácro aquæ in verbo vitæ, vt exhibêret ipſe ſibi gloriôſam Eccléſiam non habéntem máculam, aut rugam, aut áliquid huiúſmodi, ſed vt ſit ſancta & immaculâta. Ita & viri debent dilígere vxores ſuas vt córpora ſua. Qui ſuam vxôrem díligit, ſeípſum díligit. Nemo enim vnquam carnem ſuam ódio hábuit: ſed nutrit & fouet eam, ſicut & Chriſtus Eccléſiam. Quia membra ſumus córporis eius: de carne eius, & de óſſibus eius. Propter hoc relínquet homo patrem & matrem ſuam, & adhærêbit vxóri ſuæ. Et erunt duo in carne vna. Sacraméntũ hoc magnum eſt. Ego autem dico in Chriſto & in Eccléſia. Verũtamẽ & vos ſinguli, vnuſquíſque vxôrem ſuam ſicut ſeípſum díligat: vxor autem tímeat virum ſuum.

℟. Vxor tua ſicut vitis abúndans in latéribus domus tuæ. ℣. Fílij tui ſicut nouéllæ oliuârum in circúitu menſæ tuæ. Psal. 127. Alleluia. ℣. Mittat vobis Dóminus auxílium de ſancto: & de Sion tueâtur vos. Alleluia. Psal. 19.

Tempore Paſchali. Alleluia. Psal. 113.
℣. Benedícat vobis Dóminus ex Siõ, qui fecit cœlum & terram, Alleluia.

In Septuageſima.

Tractus. Ecce ſic benedicêtur omnis homo, qui timet Dóminum. ℣. Psal. 127. Benedîcat tibi Dóminus ex Sion: & vídeas bona Hieruſalém ómnibus diébus vitæ tuæ. ℣. Et vídeas fílios filiôrum tuôrum: pax ſuper Iſraél.

Sequéntia ſancti Euangélij ſecúndum Matthæum.

capi. 19. IN illo tempore: Acceſſérunt ad Ieſum Phariſæi tentãtes eũ, & dicéntes. Si licet hómini

dimít-

dimíttere vxôrem ſuam qua cúnque ex cauſa ? Qui reſpóndens, ait eis. Non legíſtis, quia qui fecit hóminem ab inítio, máſculum & fœminā fecit eos? Et dixit. Propter hoc relínquet homo patrem & matrem, & adhærêbit vxóri ſuæ: & erunt duo in carne vna. Itaq; iam non ſunt duo: ſed vna caro. Quod ergo Deus coniúnxit, homo non ſéparet.

Pſal. 30. Offert. In te ſperáui Dómine, dixi, tu es Deus meus: in mánibus tuis témpora mea.

Secreta.

SVſcipe, quæſumus Dómine, pro ſacra connúbij lege munus oblâtum: & cuius largîtor es múneris, óperis eſto diſpóſitor. Per Dóminum noſtrum.

¶ Dicto, Pater noſter, Sacerdos antequam dicat. Líbera nos quæſumus Dómine. ſtãs in cornu Epiſtolæ, verſus ſpõſum & ſponſam ante altare genuflexos, dicit ſuper eos ſequẽtes Orationes. Oremus.

PRopiciáre Dñe, ſupplicatiónibus noſtris: & inſtitútis tuis, quibus propagatiônem humáni géneris ordiná ſti, benígnus aſsíſte: vt quod te auctôre iúngitur, te auxiliánte ſeruêtur. Per Dóminum noſtrum. Oremus.

DEus, qui poteſtâte virtûtis tuæ de níhilo cuncta feciſti, qui diſpóſitis vniuerſitâtis exórdijs, hómini ad imáginem Dei facto, ídeo inſeparábile mulíeris adiutórium condidíſti, vt fœmíneo córpori de viríli dares carne princípium, docens quod ex vno placuíſſet inſtítui, nunquam licêre diſiungi. Deus qui tam excellénti myſtério coniugâlem cópulam conſecráſti, vt Chriſti & Ecclléſiæ Sacraméntum præſignáres in fœdere nuptiârum. Deus, per quem múlier iúngitur viro, & ſocíetas principáliter ordinâta, ea benedictiône donâtur, quæ ſola nec per originâlis peccáti pœnā, nec per dilúuij eſt ablâta ſenténtiam. Réſpice propícius ſuper hanc fámulam tuam, quæ maritáli iungénda conſórtio, tua ſe éxpetit protectiône muníri. Sit in ea iugum dilectiônis & pacis, fidêlis & caſta nubat

in Chriſto, imitátrixque ſanctârum permáneat fœminârum. Sit amábilis, vt Rachel viro ſuo. Sápiens, vt Rebécca. Longæua & fidêlis, vt Sara. Nihil in ea ex áctibus ſuis ille auctor præuaricatiônis vſúrpet. Nexa fídei, mandátiſque permáneat, vni thoro iuncta. Contáctus illícitos fúgiat. Múniat infirmitâtem ſuam róbore diſciplínæ. Sit verecúndia grauis, pudôre venerábilis, doctrínis cœléſtibus erudîta. Sit fœcúnda in ſóbole, ſit probâta & ínnocens. Et ad beatôrum réquiem, atque ad cœléſtia regna peruéniat. Et vídeant ambo filios filiôrum ſuôrũ, vſque ad tértiam & quartam generatiônem: & ad optâtã peruéniant ſenectûtem. Per Dóminum noſtrum.

Tunc conuerſus ad medium altaris accepta patena dicat. Libera nos, &c. Deinde frangat hoſtiam more ſolito, & proſequatur Miſſam.

Pſal. 127. Cõmunio. Ecce ſic benedicêtur omnis homo, qui timet Dóminum: & vídeas filios filiôrum tuôrum: pax ſuper Iſraël.

Poſt communionem.

QVæſumus, omnípotens Deus, inſtitûta prouidéntiæ tuæ pio fauôre comitâre: & quos legítima ſocietâte connéctis, longæua pietâte cuſtódi. Per Dóminum.

¶ Poſt Ite Miſſa eſt. Sacerdos antequam det benedictionem, conuerſus ad ſponſum & ſponſam, dicat.

DEus Abrahám Deus, Iſaác, & Deus Iacób ſit vobíſcum: & ipſe adímpleat benedictiônem ſuam in vobis: vt videâtis filios filiôrum veſtrôrum vſque ad tértiam & quartam generatiônem: & póſtea vitam ætérnam habeâtis ſine fine, adiuuánte Dómino noſtro Ieſu Chriſto: qui cum Patre & Spíritu ſancto. ℟. Amen.

¶ Moneat Sacerdos oratione graui, vt ſibimetipſis ſeruent fidem. Orationis tempore, & præſertim ieiuniorum ac ſolennitatum, caſti maneant: & vir vxorem, atque vxor virum diligat, & in timore Dei permáneant. Poſtea eos aſpergat, & det benedictionem.

PRO SVMMO PONtifice. Collecta.

DEus fidéliũ paſtor & rector ❡ fámulũ tuũ. N. quẽ Eccléſiæ tuæ præéſſe voluíſti propícius réſpice: da ei quæſumus verbo & exémplo, quibus præeſt profícere ❡ vt ad vitam vna cum grege ſibi crédito perueniat ſempitérnam. Secreta.

OBlátis quæſumus Dómine placâre munéribus, & fámulum tuum. N. quẽ paſtôrẽ pópulo tuo eſſe voluíſti, aſsídua protectiône gubérna. Poſt communio.

HÆc nos quæſumus Dómine diuíni ſacraménti percéptio prótegat❡ & fámulũ tuum. N. quem paſtôrem Eccléſiæ tuæ præéſſe voluíſti, vna cum commiſſo grege ſaluet & múniat. Per.

PRO REGE. Collecta.

QVæſumus omnípotens Deus: vt fámulus tuus rex noſter. N. qui tua miſeratiône ſuſcêpit regni gubernácula, virtûtũ etiam ómnium percipiat increménta, quibus decẽter ornâtus: & viciôrũ monſtra deuitâre, & hoſtes ſuperâre: & ad te qui via, véritas & vita es, gratióſus váleat peruenîre. Secreta.

MVnera quæſumus Dómine oblâta ſanctífica, vt nobis vnigéniti tui corpus & ſanguis fiát, & regi noſtro. N. ad obtinéndã córporis & ánimæ ſalûtẽ, & ad peragéndũ iniúnctũ ſibi officium, te largiénte vſquequâq; profíciant. Poſt communio.

HÆc Dómine oblátio ſalutâris fámulum tuum. N. regem noſtrum ab ómnibus tueâtur aduérſis: quátenus & Eccleſiáſticæ pacis obtíneat tranquillitâtem❡ & poſt iſtîus témporis decúrſum ad ætérnam peruéniat hæreditâtem. Per Dóminũ.

PRO EPISCOPIS & Abbatibus. Collecta.

OMnípotens ſempitérne Deus, qui facis mirabília magna ſolus ❡ præténde ſuper fámulos tuos. N. & ſuper con-

gregatiónes illis cōmíſſas ſpíritum grátiæ ſalutâris: & vt in veritâte tibi compláceant? perpétuum eis rorē tuæ benedictiônis infúnde. Per. eiúſdem.

Secreta.

HOſtias Dómine famulôrum tuôrū placâtus inténde, & quas in honôrem nóminis tui deuóta mente pro eis celebrâmus, profícere ſibi ſéntiant ad medêlam. Per Dóminum noſtrum.

Poſt communio.

QVos cœléſti récreas múnere perpétuo Dómine comitâre pręſidio: & quos fouêre non déſinis? dignos fíeri ſempitérna redemptiône concêde. Per Dóminum noſtrum Ieſum Chriſtum.

PRO OMNI GRAdu Eccleſiæ. Collecta.

OMnipotens ſempitérne Deus, cuius ſpíritu totū corpus Eccléſiæ ſanctificâtur, & régitur: exaúdi nos pro vniuérſis ordínibus ſupplicántes: vt grátiæ tuæ múnere, ab ómnibus tibi grádibus fidéliter ſeruiâtur. Per. eiúſdem.

Secreta.

DA fámulis tuis, Dómine, indulgéntiam peccatôrum, conſolatiônem vitæ, gubernatiônem perpétuam: vt tibi ſeruiéntes, ad tuam iúgiter miſericórdiam peruenîre mereántur. Per Dóminum noſtrum.

Poſt communionem.

LIbera, quæſumus Dómine, à peccátis & hóſtibus tibi fámulos ſupplicántes: vt in ſancta cōuerſatiône viuéntes, nullis afficiántur aduérſis. Per Dóminum noſtrum.

PRO AMICO VEL amicis. Collecta.

DEus qui iuſtíficas ímpium & nō vis mortē peccatôrū, maieſtâtem tuam ſupplíciter deprecâmur: vt fámulum tuū (fámulos tuos) de tua miſericórdia confidéntem (confidentes) cœléſti prótegas benígnus auxílio? & aſsídua protectiône conſérues: vt tibi iúgiter famulêtur (famuléntur) & nullis tentatiónibus à te ſeparêtur (ſeparéntur.) Per Dóminum.

Secreta.

HVius Dñe quæſumus virtûte myſtérij & à próprijs nos munda delíctis & fámulũ tuũ (fámulos tuos) ab ómnibus abſólue peccátis.

Poſt communio.

PVríficent nos Dñe quæſumus ſacraménta quæ ſúmpſimus: & fámulũ tuum (fámulos tuos) ab omni culpa líberum (ros) eſſe concéde: vt qui à conſciéntiæ reátu conſtríngitur (conſtringúntur) cœléſtis remédij plenitúdine gloriêtur (riéntur.) Per Dóminum noſtrum.

ALIA COLLEcta ad idem.

FAmulum tuum quæſumus Dómine tua ſemper protectiône cuſtódi: vt líbera tibi mente deſéruiat: & te protegénte à malis ómnibus ſit ſecûrus.

Secreta.

GRata tibi ſit Dómine hæc oblátio fámuli tui quam tibi offérimus in honôrem beatíſsimi nóminis tui: quæſumuſque vt eîdem profíciat ad ſalûtem.

Poſt communio.

HVius Dñe, quæſumus vírtûte myſtérij & à próprijs mundêmur occúltis & fámulum tuum ab ómnibus abſólue peccátis.

ITEM ALIA COLlecta ad idem.

OMnípotens ſempitérne Deus miſerêre fámulo tuo (fámulis tuis) & dírige eũ (eos) ſecũdũ tuã clemẽtiã in viã ſalûtis ętérnæ vt, te donánte tibi plácita cúpiat (cúpiãt) & tota virtûte profíciat (proficiant.)

Secreta.

PRoficiat quæſumus Dñe hæc oblátio quã tuæ ſúpplices offérimus maieſtáti ad ſalûtẽ fâmuli tui (famulôrũ tuôrum) vt tua prouidéntia eíus (eôrũ) vita inter aduérſa & próſpera vbîq; dirigâtur.

Poſt communio.

SVméntes Dómine perpétuæ ſacraménta ſalûtis: tuam deprecâmur cleméntiam: vt per ea fámulum tuum (fámulos tuos) ab omni aduerſitâte prótegas. Per Dóminum noſtrum.

PRO INIMICIS

Collecta.

DEus pacis charitâtiſque amâtor & cuſtos da ómnibus inimícis noſtris pacē & charitâtem veram, cunctôrumq; eis tríbue remiſsiônem peccatôrũ & nos ab eôrum inſidijs poténter éripe. Per Dóminum. Secreta.

OBlátis quæſumus Dómine placâre munéribus: & nos ab inimícis noſtris cleménter éripe, eiſque indulgéntiã tríbue delictôrũ. Per. Poſt communio.

HÆc nos cõmúnio Dómine éruat à delíctis & ab inimicôrum deféndat inſídijs. Per Dóminum.

CONTRA PERSEcutores, & malé agentes.

Collecta.

HOſtium noſtrôrũ, quæſumus Dñe, elî de ſupérbiã: & eôrũ cõtumáciã déxteræ tuæ virtûte proſtérne. Per. Secreta.

HVius Dómine, virtûte myſtérij & à própriis mundêmur occúltis, & ab inimicôrum liberêmur inſidijs. Per Dóminum noſtrum.

Poſt communionem.

PRotéctor noſter áſpice Deus: & ab inimicôrum nos defénde perículis: vt omni perturbatiône ſemóta, líberis tibi méntibus ſeruiâmus. Per Dóminum noſtrũ.

PRO NAVIGANtibus. Collecta.

DEus qui trãſtulíſti patres noſtros per mare rubrum & trãſuexíſti eos per aquam nímiam laudem tui nóminis decantãtes; te ſúpplices deprecâmur vt in naui fámulos tuos repúlſis aduerſitátibus portu ſemper optábili curſuq; tranquíllo tueâris. Per Dóminum noſtrum. Secreta.

SVſcipe quæſumus Dómine preces famulôrum tuôrum cũ oblatiónibus hoſtiârum & tua myſtéria celebrãtes ab ómnibus defénde perículis. Per Dóminum.

Poſt communionem.

SAnctificâti diuíno myſtério maieſtâtem tuam

Dómine ſupplíciter deprecâmur & pétimus vt quos donis facis cœléſtibus interéſſe per ſignum ſanctæ crucis vt à peccátis ómnibus ábſtrahas & à perículis cunctis miſerâtus erípias. Per. Dóminum noſtrum.

ADVERSVS TENtationes. Collecta.

OMnípotens mitíſſime Deus, réſpice propícius preces noſtras: & líbera cor noſtrũ de malârum tentatiône cogitatiônum, vt ſancti Spíritus dignum fíeri habitáculum mereâmur. Per eiuſdem.

Secreta.

HAs tibi Dómine offérimus oblatiónes pro ſalûte noſtra, quátenus ánimas noſtras ſancti Spiritus grátia illuminâre dignêris. Per. eiuſdem.

Poſt communio.

PEr hoc quæſumus Dómine ſacrifícium quod tuæ obtúlimus pietáti: ab ómnibus corda noſtra emúndes tẽtatiónibus. Per Dóminum noſtrum.

AD POSTVlandam caſtitatem.

Collecta.

VRe igne ſancti Spíritus renes noſtros & cor noſtrum Dómine, vt tibi caſto córpore ſeruiâmus: & mundo corde placeâmus. Per. eiuſdem.

Secreta.

DIrúmpe Dómine víncula peccatôrũ noſtrôrũ, & vt tibi ſacrificâre hóſtiam láudis abſolúta libertâte poſſimus: retríbue quæ ante tribuíſti, & ſalua nos per indulgéntiam: quos ſaluâre dignâtus es per grátiam. Per Dóminum noſtrum.

Poſt communio.

DOmine adiûtor noſter, & protéctor in tribulatiónibus, obſecrâmus imménſam cleméntiam tuã: vt per auxílium grátiæ tuæ refloreat caro noſtra vigôre pudicítiæ: & caſtimóniẹ nouitâte: & zona caſtitâtis ſuccíncta, loríca fídei circúndata in reſurrectiône iuſtôrum ætérna gáudia te largiénte percípiat. Per Dóminum.

AD POSTVLANdam charitatem. Collecta.

DEus, qui diligéntibus te facis cuncta prodéſſe: da cordibús noſtris inuiolábilem tuæ charitâtis affáctum: vt deſidéria de tua inſpiratiône concépta, nulla poſsint tentatiône mutári. Per Dóminum noſtrum. Secreta.

DEus, qui nos ad imáginem tu am, ſacraméntis rénouas & præcéptis: pérfice greſſus noſtros in ſémitis tuis: vt charitâtis donum, quod fecíſti à nobis ſperári: per hæc quæ offérimus ſacrifícia, fácias apprehéndi. Per Dóminum noſtrum.

Poſt communionem.

SAncti Spiritus grátia, quęſumus Dómine, corda noſtra illúminet: & perféctæ charitâtis dulcédine, abundãter reficiat. Per. eiúſdem.

AD POSTVLANdam humilitatem. Collecta.

DEus qui ſupérbis reſiſtis: & grátiam pręſtas humílibus, auge in nobís verę humilitâtis virtûtẽ, cuius in ſe formam fidélibus vnigénitus tuus exhíbuit, vt nunquam indignatiônem tuam prouocêmus eláti, ſed potius pietâtis tuæ capiâmus dona ſubiécti. Per eundem. Secreta.

HÆc oblátio Dómine nobis remiſsiônem ómniũ peccatôrum & veræ humilitâtis obtíneat grátiam: quátenus coram te ſóbrie & iuſté piéq; viuéntes pręmia conſequâmur ætérna. Per.

Poſt communio.

HVius Dómine percéptio ſacraménti, peccatôrũ noſtrôrum máculas detérgat: & nos per humilitâtis exhibitiônem ad cœléſtia regna perdûcat. Per Dóminum.

AD POSTVLANdam ſapientiam. Collecta.

DEus qui per coętérnã tibi ſapiéntiã hóminẽ cũ nõ eſſet cõdidíſti: & pérditum misericórditer reformáſti: pręſta quæſumus: vt éadẽ péctora noſtra, te inſpiránte tota mẽte amêmus: & ad te toto corde

currâ-

currâmus. Secreta

SAnctificêtur quæſumus Dñe huius noſtræ oblatiônis munus: tua cooperánte ſapiéntia: vt tibi placêre poſsit ad láudem: & nobis profíciat ad ſalûtem.

Poſt communio.

INfúnde quæſumus Dómine per hęc ſancta quę ſúmpſimus, tuæ córdibus noſtris lumen ſapiéntiæ: vt te veráciter agnoſcâmus: & fidéliter diligâmus. Per Dóminum.

AD POSTVLANdam patientiam. Collecta.

DEus, qui Vnigéniti tui patiéntia antíqui hoſtis cõtriuíſti ſupérbiam: da nobis, quæſumus, quæ idem pié pro nobis pértulit, dignè recólere: ſicq; exémplo eius, nobis aduerſántia ęquanímiter tolerâre. Per Dóminum. Secreta.

MVnera noſtræ oblatiõnis, quæſumus Dómine, placâtus ſúſcipe: quæ vt nobis patiéntiæ donum condonâre dignêris, maieſtáti tuæ deuóta offérimus actiône. Per Dóminum noſtrum.

Poſt communionem.

SAcroſáncta Dómine, ſuméntes myſtéria, amíſſam nobis, quæſumus, reconcílient grátiam: atque munus patiéntiæ in illátis ómnibus, ſempér & vbîque protegéndo impértiant. Per.

AD POSTVLANdum lachrymarum fontem & cordis compunctionem. Collecta.

OMnípotens mitíſsime Deus: qui ſitiẽti pópulo in deſérto de petra fontem viuéntis aquæ produxíſti: edúc de durítia cordis noſtri compunctiônis láchrymas: vt peccâta noſtra plángere valeâmus: remiſsiônemq; te miſeránte percípere mereâmur. Secreta.

HAnc quæſumus Dómine oblatiônem quã tuæ maieſtáti offérimus propícius réſpice: & prodúc de cordis noſtri durítia lachrymârũ flúmina, quibus débita flãmârũ incéndia váleant extíngui. Poſt communio.

SAcrifícium quod tuę Dómine Deus obtúlimus pie-

tati, nobis ad véniã noſtrôrũ profíciat peccatôrum: & tuę miſeratiônis ſemper tríbuat ſolátium. Per Dóminum.

PROPRIA PRO monachis, Collecta.

DEus qui nos à vanitâte ſęculi cõuerſos, ad ſupérnæ vocatiônis amôrem accéndis pectóribus noſtris illábere: & grátiam nobis qua in te perſeuerêmus infúnde: vt protectiônis tuæ muníti præſídio: quod te donánte promíſimus impleâmus: & noſtræ profeſsiônis execútos effécti, ad ea quæ perſeuerántibus in te dignâtus es promíttere pertingâmus. Secreta.

TIbi Dómine Deus noſter noſtræ deuotiônis hóſtias immolâmus hoc orãtes ac deprecántes, vt nos ſacrifícium tuum mortificatiône vitæ carnâlis effectos: in odôre ſuauitâtis accípias: ac móribus quibus profeſsióni noſtræ congruâmus inſtítuas: vt quos ſanctæ compunctiônis ardôre ab hóminum cæterôrum propóſito ſegregáſti, étiam à conuerſatiône carnáli: & ab omni immundítia áctuum terrenôrum infúſa nobis cœlitus ſanctitâte ſecérnas. Poſt communio.

PRæſta Dómine quæſumus fámulis tuis renunciántibus ſæculáribus pompis iánuas gratiæ tuæ aperíri: qui deſpécto Diábolo confúgimus ſub título Chriſti: dignâre veniéntes ad te ſeréno vultu ſuſcípere: ne de nobis inimícus váleat triũphâre, & tríbue nobis bráchium infatigábile auxílij: menteſq; noſtras fídei loríca circúnda, vt fœlici muro valláti, per aſſumptiônem cœléſtis alimóniæ mundũ nos gaudeâmus euaſíſſe. Per Dóminum.

PRO PACE CONgregationis. Collecta.

OMnípotens ſempitérne Deus ædificâtor & cuſtos Hieruſalẽ ciuitâtis ſupérnę: ędífica & cuſtódi loca noſtra cũ habitatóribus ſuis: vt ſit in eis domicíliũ trãquillitâtis & pacis.

Secreta

HIs ſacrifícijs Dñe quæſumus placâtus inténde: vt qui à próprijs orâmus abſólui delíctis non grauémur extérnis, ſed ab ómnibus liberêmur aduérſis.

Poſt communio

FAmíliam locôrũ noſtrôrum quæſumus Dómine intercedénte beáta Dei genitrîce María cum ómnibus ſanctis tuis perpétuo gubérna moderámine vt adſit nobis &in ſecuritâte cautêla & inter áſpera fortitûdo.Per.

PRO CONGREGAtione & familia. Collecta.

DEfénde, quæſumus Dómine, beáta María ſemper vírgine intercedénte, iſtam ab omni aduerſitâte famíliam:& toto corde tibi proſtrâtam, ab hóſtium propícius tuêre clementer inſidijs. Per Dominum noſtrum. Secreta.

SVſcipe, quæſumus cleménter omnípotẽs Deus, oblatiônem noſtræ deuotiônis:& per virtûtem huius ſacraménti, fámulos tuos à cunctis prótege aduerſitátibus. Per Dóminum noſtrum.

Poſt communionem.

SVmptis redemptiônis noſtræ munéribus: præſta quæſumus, omnípotẽs Deus, eôrũ nobis celebratiône, tuæ protectiônis contra omnes aduerſitátes ſubſídium. Per.

PRO SALVTE VIuorum. Collecta.

PRætende Dómine fámulis & famulâbus tuis déxterã cœléſtis auxílij vt te toto corde perquírant & quæ digne póſtulant aſſequántur. Per Dóminum noſtrum. Secreta.

PRopiciâre Dómine ſupplicatiónibus noſtris & has oblatiónes famulôrũ famulârumq; tuârum quas tibi pro incolumitâte eôrum offérimus benígnus aſſûme & vt nullîus ſit írritum votum, nullîus vácua poſtulátio præſta quęſumus, vt quod fidéliter pétimus efficáciter conſequâmur. Per Dóminum.

Poſt communio.

DA fámulis & famulâbus tuis, quæſumus Dómi-

ne in tua fide & ſinceritâte conſtántiam vt in charitâte diuina firmáti nullis tẽtatiónibus ab eius integritâte vellántur. Per Dóminum.

PRO GRATIARVM actione dicitur Miſſa de. SS Trinitate, vel de Spiritu ſancto, vel de ſancta Maria, additis ſequentibus.

Collecta.

DEus, cuius miſericórdiæ non eſt númerus, & bonitâtis infinîtus eſt theſáurus, piíſsimæ maieſtáti tuæ pro collátis donis grátias ágimus, tuã ſemper cleméntiam exorántes: vt qui peténtibus poſtulâta concêdis, eóſdem non déſerens, ad præmia futûra diſpónas. Per Dóminum noſtrum.

Secreta

ODôrem Dómine, ſacrifícij huius cum grâtiârum actiónibus ſúſcipe ſuauitâtis, & præſta: vt quos exaudîre, & incólumes ſeruâre dignâtus es: ab omni in póſterum aduerſitâte cuſtódias, & in tuo ſeruítio, & amôre concréſcant. Per Dóminum.

Poſt communionem.

DEus, qui néminem in te ſperántem, nímium affligi permíttis: ſed pium précibus præſtas audîtum: pro poſtulatiónibus noſtris, votíſque ſuſcéptis grátias ágimus, te piíſsime deprecántes: vt per hæc, quæ ſúmpſimus, à cũctis éripi mereâmur aduérſis. Per Dóminum.

OFFICIVM PROprium Sancti Prudentij, Epiſcopi & confeſſoris.

DE ore prudẽtis procêdit mel alleluia dulcedo mellis eſt lingua eius alleluia: fauus diſtillãs lábia eius alleluia.

℣: Sapiéntia requiéſcit in ore eius: & prudéntia in ſermône illîus. ℣. Glória. Ibid.

Collecta.

DEus qui beâtum Prudéntium confeſſôrem tuum atque põtíficem intelligéntiæ ſpíritu copióſius illuſtráſti fac nos quæſumus ipſîus erudíri ſcientia, & precis aſſiduitâte deféndi. Per Dóminum noſtrum.

Epiſtola. Ecce ſacérdos magnus. Vt in com. Ponti. fol. 5.
℟. Vita tua ò Prudénti lex vitæ & diſciplínæ, mors tua mortis portus, & porta vitæ, memória tua dulcêdo ſuauitâtis & glóriæ: & præſentia tua corôna glóriæ in manu Dei tui. ℣. Non tibi èxcidat quæſumus noſtri memória beâta fruénti præſéntia. ℣. Alleluia, dilé-
Eccle. 45. ctus à Deo & homínibus póntifex Prudéntius in conſórtio Angelôrum recípitur, nunc fœlícius gloriôſi interpretátio nóminis adimplêtur, quando pari cum Angelis glória & felicitáte læ-
Eccleſi. tâtur, Alleluia. ℣. O lux meridiâna ardens & lucens récipe nos in cõſórtio lúminis quo accénſus ſuáuiter intus, foris mirabíliter effulſiſti. Alleluia.

Euangeliũ. Vos eſtis ſal terræ Vt in cõmu. Doct. fol. 7.

Offert. O odoríferũ lílium ſpargẽs vbîque viuíficum ſuauitâtis odôrem, cuius apud nos memória in benedictiône eſt, apud ſúperos præſéntia in honôre fac canéntes tantæ plenitúdinis participio non priuári alleluia.

Secreta.

Hoſtias ſuperpóſitas altári tuo Dómine ſancti Prudéntij commédet orátio, vt eas nobis póſtulet fíeri ſalutáres.

can. 3. Communio. Filiæ Hieruſalém venîte & vidête pontíficem Dómini, cum coróna qua coronâuit eum Dóminus in die ſolennitâtis & lætítiæ alleluia. Poſt communio.

COEléſtis alimôniæ ſumpta libámina quęſumus Dómine Deus noſter: vt interceſsiône ſancti Prudéntij Confeſſôris tui atq; Pontificis vitam nobis perpétuam miſericórditer operétur. Per Dóminum noſtrum. &c.

DE S. THOMA DE Aquino Doctore. Collecta.

DEus qui Eccléſiã tuã Beatíſsimi Thomæ confeſſôris tui mira eruditiône claríficas, & ſancta operatiône fœcúndas da nobis quæſumus & quæ dócuit intelléctа conſpícere & quæ egit imitatiône complêre. Per. Secreta.

SAncti Thomæ confeſſôris tui atq; Doctôris nobis Dómine pia non deſit orátio, quæ & múnera noſtra concíliet & tuam nobis indulgéntiã ſemper obtineat. Per Dominũ. Poſt commu.

VT nobis Dómine tua ſacrifícia dent ſalútem

Beâtus Thomas conféſſor tuus & Doctor egrégius quæ ſumus precâtor accêdat. Per Dóminum noſtrum.

DE SANCTO IOſeph, Sponſo Beatiſsimæ virginis Mariæ. Collecta.

SAnctíſsimæ genitrîcis tuæ ſponſi quæſumus Dómine méritis adiuuêmur vt quod poſsibilitas noſtra non óbtinet eius nobis interceſsiône donêtur. Qui viuis.

Secreta.

DEbitum tibi Dómine noſtræ réddimus ſeruitûtis ſupplíciter exorántes vt ſuffrágiis Beáti Ioſeph Sponſi genitrîcis fílij tui Ieſu Chriſti Dómini noſtri in nobis tua múnera tueâris, ob cuius venerándã feſtiuitâtem laudis tibi hóſtias immolâmus. Per eundem.

Poſt communio.

ADéſto nobis quæſumus miséricors Deus & intercedénte pro nobis Beáto Ioſéph confeſſôre tuo, tua circa nos propiciâtus dona cuſtódi. Per Dóminum noſtrũ.

DE B. P. NOSTRO Benedicto. Collecta.

OMnípotens ſempitérne Deus qui hodiérna die, carnis edúctum ergáſtulo Beatíſsimum confeſſôrẽ tuũ Benedíctum ſubleuáſti ad cœlum: concêde quæſumus, hęc feſta fámulis tuis celebrántibus cunctôrum véniam delictôrum: vt qui exultántibus ánimis, eius claritáti congáudent, ipſo apud te interueniénte, conſociéntur & méritis, Per Dóminum noſtrũ.

Secreta.

OBlátis Dómine ob honôrem beati Benedícti confeſſôris tui placâre munéribus & tuis fámulis, ipſius interuéntu: cunctôrum tribue peccatôrum indulgéntiam. Per Dóminum noſtrũ.

Poſt communio.

PErcéptis tui córporis & ſánguinis Dómine ſacraméntis, concêde nobis ſupplicánte beáto Benedícto confeſſôre tuo; vt quæ pro illius.

Vene-

Venerando gerimus obitu, nobis profíciant ad medêlam. Qui viuis.

DE SANCTO HIEronymo Presbytero & Doctore. Collecta.

DEus qui Eccleſiæ tuæ in exponẽdis ſacris ſcriptúris Beâtum Hierónymum confeſſôrem tuum, Doctôrem máximum, prouidêre dignâtus es; presta, quæſumus, vt eius ſuffragántibus méritis, quod ore ſimul & ópere docuit, te adiuuánte exercêre valeâmus. Per Dóminum noſtrum. Secreta.

DOnis cœléſtibus, quæſumus Dómine, líbera nos tríbue mente inſeruîre; vt múnera, quæ deférimus, intercedẽte Beáto Hierónymo confeſſôre tuo, & medêlam nobis operéntur, & glóriam. Per Dóminum. Poſt cõmu.

REpléti alimónia cœléſti, quæſumus Dómine; vt interueniénte Beáto Hierónymo confeſſôre tuo miſericórdiæ tuæ grátiam cõſequi mereâmur. Per Dóminum.

DE SANCTO MAlachia Archiepiſcopo & confeſſore. Collecta.

DEus qui Beâtum Malachîam Pontíficem tuũ ſanctíſsimo Patri Bernárdo veræ charitâtis fœdere dúlciter ſociáſti, concêde propícius vt & prauôrum ómnium conſénſus nóxios cautè vitêmus, & cœléſtis milítiæ ſacras amicítias ſemper optêmus. Per Dóminum noſtrum. Secreta.

PRoſit nobis Dómine quæſumus intercedénte Beáto Malachía Põtífice tuo præſens oblátio ſalutâris, vt per hanc cunctôrũ conſequâmur véniam peccatôrum, & beatificôrũ obtineâmus grátiam merïtôrum. Per Dóminum noſtrum. Poſt cõmun.

PRæſta quæſumus Dómine Deus noſter: vt Eccléſia tua quæ de Beáti Malachiæ Pontíficis tui veneratiône lætâtur: & ſanctitâtis in præſénti bona ſectêtur & in futúro beatitúdinẽ cápiat ſempitérnam. Per Dóminũ.

DE SANCTA CAtherina Martyre.

Collecta.

DEus, qui dediſti legem Moyſi in ſummitâte montis Sínai: & in eôdem loco per ſanctos Angelos tuos corpus beátæ Catherínæ virginis & mártyris tuæ mirabíliter collocáſti: præſta quæſumus: vt eius méritis & intercesſiône, ad montem, qui Chriſtus eſt, peruenîre valeâmus. Per eundem Dóminũ. Secreta.

SVſcipe Dñe, múnera, quę in beátæ Catherínæ vírginis & mártyris tuæ ſoléni tâte deférimus cuius nos confídimus patrocínio liberári. Per Dóminum noſtrum.

Poſt communionem.

AVxiliéntur nobis Dómine, ſumpta myſtéria, & intercedénte beáta Catherína vírgine & mártyre tua, ſempitérna fáciãt protectiône gaudêre. Per Dóminum.

ORDO AD FACIENdam aquam benedictam.

[illegible] ſalis.

EXorcizo te, creatura ſalis, per Deũ ✠ viuum: per Deũ ✠ verũ: per Deum ✠ ſanctum: per Deũ, qui te per Eliſeum prophetã in aquã mitti iuſsit, vt ſanaretur ſterilitas aquæ: vt efficiaris ſal exorcizatum in ſaluté credentium: & ſis omnibus ſumentibus te ſanitas animę & corporis: & effugiat atque diſcedat à loco in quo aſperſum fueris, omnis phantaſia & nequitia vel verſutia diabolicæ fraudis, omniſq; ſpiritus immundus adiuratus. Per eum qui venturus eſt iudicare viuos, & mortuos, & ſæculũ per ignem. Reſp. Amen: Oremus.

IMmenſam clementiã tuã, omnipotens æterne Deus, humiliter imploramus: vt hãc creaturam ſalis, quam in vſum generis humani tribuiſti, bene ✠ dicere, & ſancti ✠ ficare tua pietate digneris: vt ſit omnib[9] ſumẽtibus ſalus mẽtis & corporis: & quicquid ex eo tactũ vel reſperſum fuerit, careat omni immũditia, omniq; impugnatione ſpiritalis nequitiæ. Per Dominũ.

¶ Exorciſmus aquæ: & dicatur abſolutè.

EXorcizo te creatura aquæ in nomine Dei ✠ Patris omnipotẽtis, & in nomine ✠ Ieſu Chriſti filij eius Domini noſtri, & in virtute Spiritus ✠ ſancti: vt fias aqua exorcizata ad effugandam omnem poteſtatem inimici: & ipſum inimicum eradicare & explantare valeas cum Angelis ſuis apoſtaticis: per virtutem eiuſdem Domini noſtri Ieſu Chriſti: qui venturus eſt iudicare viuos & mortuos, & ſæculum per ignem. Reſpo. Amen: Oremus:

DEus qui ad ſalutẽ humani generis, maxima quæq; ſacramenta in aquarũ ſubſtantia cõdidiſti: adeſto propicius inuocationibus noſtris, & elemẽto huic multimodis purificationibus præparato, virtutẽ tuæ bene ✠ dictionis infunde: vt creatura tua myſterijs

ſterijs tuis ſeruiens, ad abigendos dæmones, morboſque pellendos, diuinæ gratiæ ſumat effectum: vt quicquid in domibus vel in locis fidelium hæc vnda reſperſerit, careat omni immunditia, liberetur à noxa: non illic reſideat ſpiritus peſtilens, non aura corrumpens: diſcedant omnes inſidiæ latentis inimici: & ſi quid eſt, quod aut incolumitati habitantium inuidet, aut quieti, aſperſione huius aquæ effugiat: vt ſalubritas per inuocationem ſancti tui nominis expetita, ab omnibus ſit impugnationibus defenſa. Per Dominum.

¶ Hic mittat ſal in aquam in modum crucis, dicendo.

COmmiſtio ſalis & aquæ pariter fiat: in nomine Pa ✠ tris: & Fi ✠ lij, & Spiritus ✠ ſancti. Reſpon. Amen. Verſ. Dñs vobiſcum. Reſ. Et cum ſpiritu tuo. Oremus.

DEus, inuictæ virtutis auctor, & inſuperabilis imperij rex, ac ſemper magnificus triumphator: qui aduerſæ dominationis vires reprimis: qui inimici rugientis ſæuitiam ſuperas: qui hoſtiles nequitias potenter expugnas: te Domine trementes & ſupplices deprecamur ac petimus: vt hanc creaturam ſalis, & aquæ dignanter aſpicias, benignus illuſtres, pietatis tuæ rore ſanctifices: vt vbicunque fuerit aſperſa, per inuocationem ſancti tui nominis, omnis infeſtatio immundi ſpiritus abigatur: terrorque venenoſi ſerpentis procul pellatur: & præſentia ſancti Spiritus nobis miſericordiam tuam poſcentibus, vbique adeſſe dignetur. Per Dominum.

In die Paſchæ & tempore reſurrectionis ad aſperſionem aquæ.

Antipho.

VIdi aquam egredientem de templo à latere dextro: alleluia. Et omnes ad quos peruenit aqua iſta ſalui facti ſunt: & dicent alleluia alleluia. Verſ. In die Paſchæ tantum.

Hæc eſt dies quam fecit Dominus exultemus & lętemur in ea. Gloria Patri & filio & Spiritui ſancto: Sicut erat in principio. Alleluia alleluia.

Cæteris Dominicis. Verſ. Confitemini Domino, quoniam bonus: quoniam in ſęculum miſericordia eius.

¶ In die Pentecoſtes tantum. Verſ.

Emitte ſpiritum tuum & creabũtur: & renouabis faciem terræ. Gloria Patri & filio: & Spiritui ſancto. Sicut erat in principio. Alleluia alleluia.

¶ Alijs autem temporibus ad huiuſmodi aſperſionem dicatur.

ASperges me Domine hyſſopo & mundabor, lauabis me: & ſuper niuem dealbabor. Pſal. Miſerere mei Deus ſecundum magnam miſericordiam tuam. Gloria Patri & filio: & ſpiritui ſancto: Sicut erat in principio & nunc & ſemper: & in ſæcula ſæculorum Amen. Lauabis me: & ſuper niuẽ dealbabor.

¶ In Dominica Paſsionis, & in Ramis palmarum non dicitur Gloria. ſed poſt Miſerere reincipitur Aſperges vſque in finem.

℣. Dóminus vobiſcum.

℟. Et cum ſpíritu tuo.

Oremus. Collecta.

EXáudi nos Dómine ſancte, pater omnípotens, ætérne Deus: & míttere dignâre ſanctũ ángelum tuũ de cœlis, qui cuſtódiat, fóueat, prótegat, víſitet, defēndat omnes habitãtes in hoc habitáculo. Per Dñm. ℟. Amen.

INCIPIT OFFICIVM ad induendum puerum vel puellam pro deuotione, vel voto, habitu noſtri ordinis.

BENEDICTIO VESTImentorum.

SAcerdos cum ſtola accedẽs ad altare, aſtante puero vel puella, benedicat veſtimenta hoc modo. Verſ. Adiutoriũ noſtrũ in nomine Domini. Reſp. Qui fecit cœlum & terrã. Verſ. Domine exaudi orationẽ meã. Reſp. & clamor meus ad te veniat. Verſ. Dominus vobiſcum. Reſ. Et cũ ſpiritu tuo. Oremus. Collecta.

DOmine Ieſu Chriſte: qui pro ſalute noſtra humanã naturã ſuſcipiens, te veſtimento carnis induere dignatus es benedictione tua ſancta bene ✠ dic indumẽta iſta: quæ pro gratijs tibi exoluendis cũ deuotione ſanctoq; voto ac veneratione beatiſſimæ Mariç ſemper Virginis: & ſanctiſſimi Patris noſtri Bernardi Abbatis paruulus iſte ſuper ſe ſuſcepturus eſt: infunde in eum quæſumus tuã benedictionẽ: vt cũ primũ induerit hoc veſtimentum religioni ſimile: intercedẽte eodẽ Beato Patre noſtro Bernardo deſcendat ſuper eum gratia tua: quæ illũ protegat ab omni malo mentis & corporis. Qui viuis & regnas.

Deinde aſpergat ſacerdos veſtimẽta & puerum aqua benedicta: poſtea eũ exuens veſtimentis ſecularibus dicat. Eripiat Deus de corde tuo ſæculi pompas: quibus abrenuntiaſti dũ baptiſmum ſuſciperes.

Poſtea induat eũ tunica & dicat Immittat in te Dñs ſanctũ religionis amorẽ: ſanctoq; feruore ſuccendaris, & ardeas cœleſtium bonorum deſiderio.

Poſt modũ cingat eũ dicendo Præcingat te Dñs Zona iuſtitiæ: vt immaculata cõſerues omnia mandata ſua.

Poſtea ponat ei ſcapulare, & dicat. Induat te Dñs veſtimentis ſalutis, quę per gratiam ſuã munda & immaculata cuſtodias: vt ex his dignus exiſtas, qui ſecum ambulabunt in albis in regno cælorum.

Deinde veſtiens eũ cucull a dicat. Induat te Dominus Ieſus Chriſtus veſtimento ſalutis: & indumento iuſtitiæ circundet te.

Poſtea det ei candelam accenſam in manibus, & dicat Pſal. Laudate pueri Dominum. Verſ. Oſtende nobis Domine. Dominus. Oremus. Collecta.

DOmine Ieſu Chriſte fili Dei viui: qui tegimẽ noſtræ mortalitatis induere dignatus es, obſecramus immenſæ largitatis tuæ abundantiam: quatenus puerum iſtũ. (vel puellam iſtam:) quẽ (vel quam) habitu ſanctę religionis ad honorẽ tuũ, & beatiſſimæ virginis Mariæ & Beati Patris noſtri Bernardi veſtiuimus: ita tua gratia & benignitate illuſtrare digneris: quatenus te induere mereatur. Qui cũ patre & Spiritu ſancto viuis & regnas Deus in ſæcula ſæculorum. Amen.

¶ Hac oratione finita puerum ad altare offerat, & dicat.

Confirma hoc Deus in puero iſto: (vel puella iſta) quod in eo: (vel in ea) operari cœpiſti à templo ſancto tuo, deducat eum (vel eam) Spiritus ſanctus in viam rectam: & benedictio tua ſit ſuper eum (vel eam) ſemper.

¶ Poterit deinde dicere orationem de Virgine.

Protege Dñe famulũ tuũ (lam tuam) ſubſidijs pacis & Beatę Mariç ſemper Virginis patrocinijs cõfidentẽ à cunctis aduerſitatibus redde ſecurum. (ſecuram.) Et orationem de S. Patre noſtro Bernardo. Perfice quæſumus Domine.

Poſtea benedicat circũſtãtes dicẽdo. Benedictio Dei omnipotentis ✠ Patris & filij & Spiritus ſancti deſcendat ſuper vos & maneat ſemper. Amen.

ORDO AD EXVENDVM puerũ ſiue puellã, cũ per annũ portauerit habitũ ex voto, vel deuotione.

Sacerdos cũ ſtola veniens ad altare: præſentatum ſibi puerum, à parentibus accipiens, eum exuendo veſtimẽtis vel habitu ordinis dicat.

Reddite vota veſtra Deo cũ gratiarum actionibus, vouete & reddite domino Deo veſtro: omnes qui in circuitu eius affertis munera. Pſal. Laudate Dñm omnes gentes, totum.

Poſtea deponat habitum ſuper altare vel donet parentibus ſi voluerit, & dicat. Reſ. Adiutorium noſtrum. Verſ. Domine exaudi orationẽ meam, Dominus vobiſcum. Oremus.

Domine Sãcte pater omnipotẽs æterne Deus: àquo omne bonũ deſcendit: tibi gratias referimus, & expleta vota reddimus: ſuſcipe vota noſtra cũ gratiarũ actionibus: & intercedẽte beatiſsima filij tui Dñi noſtri Ieſu Chriſti genitrice Maria & beato Patre noſtro Bernardo huic puero (ſiue puellæ) de cætero mentis & corporis præſta ſalutẽ: vt te creatorẽ recta fide colat: in te redẽptore ſpẽ ſuam confirmet: te bonum ſuper omnia diligat, atq; ſanctis mandatis tuis ſemper obediat. Per eundem Dñm noſtrũ Ieſum.

¶ Deinde omnibus benedicat dicẽs. Benedictio Dei omnipotentis, patris & filij ✠ & Spiritus ſancti: deſcẽdat ſuper vos & maneat ſemper. Amen.

Poſtea aſpergat eos aqua benedicta.

SVPER LECTOREM menſæ Benedictio.

Lector dicat ter, Dñe labia mea aperies, & os meum anunciabit laudem tuam. Idem & totidẽ conuẽtu repetẽte. Deinde Hebdomadarius. Verſ. Saluũ fac ſeruũ tuũ. Verſ. Mitte ei Domine auxilium de ſancto. Verſ. Conuertere Domine vſquequo. Ver. Dominus cuſtodiat introitum tuum & exitum tuum, & auferat à te ſpiritum elationis, Amen.

BENEDICTIO INCENSI quando in Altari thurificatur Miniſter dicat, Dñe iube benedicere Sacerdos; Ab illo benedicatur in cuius honore & nomine concrematur. Amen.

IN OMNIBVS INFRA POſitis benedictionibus debet adeſſe lux, crux; & aqua benedicta.

Benedictio Crucis.

Dominus vobiſcum &c: Oremus.

Rogamus te Dñe ſancte Pater omnipotens æterne Deus, vt digneris bene ✠ dicere hoc lignũ crucis; vt ſit remediũ ſalutare generi humano, ſit ſoliditas fidei profectuſque bonorum operũ; redemptio animarum; protectio ac tutela contra ſæua iacula inimicorum. Per Dominum.

BENEDICTIO AGNI Paſchalis:

Verſ. Adiutorium noſtrũ in nomine Domini. Reſ. Qui fecit cœlum & terram. Ver. Dñs vobiſcum. Reſp. Et cũ ſpiritu tuo. Oremus. Collecta:

Deus qui per famulum tuũ Moyſen in liberatione populi tui de Ægypto agnũ occidi iuſsiſti in ſimilitudinẽ Domini noſtri Ieſu Chriſti, & vtroſq; poſtes domorũ de ſanguine huius agni perungi præcepiſti: ita bene ✠ dicere & ſancti ✠ ficare digneris hãc creaturam carnis, quã nos famuli tui ad laudem tuam ſumere deſideramus: per reſurrectionem Dñi noſtri

ſtri Ieſu Chriſti; Qui tecũ viuit & regnat in ſæcula ſæculorũ. Reſp. Amé.

Et mox aſpergit aqua benedicta.

BENEDICTIO PANIS.

Verſ. Adiutorium noſtrum in nomine Domini. Reſp. Qui fecit cœlum & terram. Verſ. Dominus vobiſcum. Reſp. Et cum ſpiritu tuo. Oremus. Collecta.

Domine Ieſu Chriſte, panis Angelorum, panis viuus & æternæ vitæ, bene ✠ dicere dignare panem iſtũ: ſicut benedixiſti quinque panes in deſerto: vt omnes ex eo digne guſtantes, inde corporis & animæ deſiderabilem percipiant ſanitatem. Per Chriſtum Dominum. Reſ. Amen.

Aſpergatur aqua benedicta.

BENEDICTIO NOVOrum fructuum.

Verſ. Adiutorium noſtrum in nomine Domini. Reſ. Qui fecit cœlum & terram. Verſ. Dominus vobiſcũ. Reſ. Et cũ ſpiritu tuo. Oremus. Collecta

Bene ✠ dic Domine, hunc nouũ fructum N. & præſta: vt qui ex eo in tuo ſancto nomine veſcetur, corporis & animæ ſalute potiatur. Per Dominum. Reſp. Amen.

Et aſpergatur aqua benedicta.

BENEDICTIO AD quodcunq; comeſtibile.

Verſ. Adiutoriũ noſtrum in nomine Dñi. Reſ. Qui fecit cœlum & terram. Verſ. Dominus vobiſcũ. Reſp. Et cũ ſpiritu tuo. Oremus. Collecta.

Bene ✠ dic Domine, creaturam iſtam N. vt ſit remedium ſalutare generi humano: & præſta per inuocationem ſancti nominis tui: vt quicunque ex ea ſumpſerint, corporis ſanitatem, & animæ tutelam accipiant. Per Dominum. Reſpon. Amen.

Aſpergat ipſum aqua benedicta.

BENEDICTIO CANdelarum.

Verſ. Adiutorium noſtrũ in nomine Domini. Reſ. Qui fecit cœlum & terrá. Verſ. Dominus vobiſcũ. Reſp. Et cum ſpiritu tuo. Oremus. Collecta.

Domine Ieſu Chriſte, Fili Dei viui, bene ✠ dic cãdelas iſtas ſupplicationibus noſtris: infunde eis Domine, per virtutem ſanctæ cru ✠ cis benedictionem cœleſtem, qui eas ad repellendas tenebras humano generi tribuiſti: talemque benedictionem ſignaculo ſanctæ cru ✠ cis accipiant, vt quibuſcunque locis accenſæ ſiue poſitæ fuerint, diſcedant principes tenebrarum, & contremiſcant, & fugiant pauidi cum omnibus miniſtris ſuis ab habitationibus illis: nec præſumant amplius inquietare, aut moleſtare ſeruientes tibi omnipotenti Deo. Qui viuis.

¶ Poſtmodum aſpergantur aqua benedicta.

BENEDICTIO LOCI.

Verſ. Adiutorium noſtrum in nomine Domini. Reſpon. Qui fecit cœlum & terram. Verſ. Dominus vobiſcum. Reſp. Et cum ſpiritu tuo. Oremus. Collecta.

Bene ✠ dic Domine Deus omnipotens, locum iſtum, vt ſit in eo ſanitas, caſtitas, victoria, virtus, humilitas, bonitas, & manſuetudo, plenitudo legis, & gratiarum actio, Deo Patri & Filio & Spiritui ſancto: & hæc benedictio maneat ſuper hũc locum, & ſuper habitantes in eo. Per Chriſtum Dominum. Reſp. Amen.

¶ Aſpergatur aqua benedicta.

BENEDICTIO DOMUS NOUÆ.

Verſ. Adiutorium noſtrum in nomine. Dñi. Reſp. Qui fecit cœlũ & terrã. Verſ. Dominus vobiſcũ. Reſp. Et cum ſpiritu tuo. Oremus. Collecta.

TE Deum Patrem omnipotentẽ ſuppliciter exoramus pro hac domo, & pro eius habitatoribus ac rebus: vt eam bene ✠ dicere, & ſanctificare, ac bonis omnibus ampliare digneris. Tribue eis Domine, de rore cœli abundantiam, & de pinguedine terræ vitæ ſubſtantiã, & deſideria voti eorum ad effectum tuæ miſerationis perducas. Ad introitum ergo noſtrum bene ✠ dicere & ſanctificare dignare hanc domum, ſicut benedicere dignatus es domum Abrahã, Iſaac, & Iacob: & intra parietes domus iſtius, angeli tuę lucis inhabitẽt, eamque & eius habitatores cuſtodiant. Per Chriſtum Dominũ. Reſp. Amẽ.

¶ Aſpergatur aqua benedicta.

BENEDICTIO NOUÆ NAUIS.

Verſ. Adiutorium noſtrũ in nomine Domini. Reſ. Qui fecit cœlum & terram. Verſ. Dominus vobiſcũ. Reſ. Et cum ſpiritu tuo. Oremus. Collecta.

PRopiciare Domine, ſupplicationibus noſtris, & bene ✠ dic nauim iſtã dextera tua ſancta, & omnes qui in ea vehentur, ſicut dignatus es benedicere arcam Noë ambulantem in diluuio. Porrige eis Domine dexteram tuã, ſicut porrexiſti beato Petro ambulanti ſupra mare, & mitte ſanctũ angelum tuum de cœlis, qui liberet & cuſtodiat eam ſemper à periculis vniuerſis, cum omnibus quæ in ea erunt: & famulos tuos, repulſis aduerſitatibus, portu ſemper curſuque trãquillo tuearis, trãſactiſq; rite, q; perfectis negotijs omnibus iterato tẽpore ad propria cum omni gaudio reuocare digneris. Per Dominum noſtrum.

¶ Aſpergat nauim aqua benedicta.

BENEDICTIO SACERDOTALIUM INDUMENTORUM IN GENERE.

Verſ. Adiutorium noſtrũ in nomine Dñi. Reſ. Qui fecit cœlum & terram. Verſ. Dominus vobiſcũ. Reſp. Et cũ ſpiritu tuo. Oremus. Collecta.

OMnipotens ſempiterne Deus, qui per Moyſen famulum tuũ pontificalia, & ſacerdotalia: atq; leuitica veſtimenta, ad explendum miniſterium eorum in conſpectu tuo ad honorem, & decorem nominis tui fieri decreuiſti: adeſto propicius inuocationibus noſtris: & hæc indumenta ſacerdotalia deſuper irrigante gratia tua ingenti benedictione per noſtrę humilitatis ſeruitutẽ puri ✠ ficare, bene ✠ dicere, & conſe ✠ crare digneris: vt diuinis cultibus, & ſacris myſterijs apta & benedicta exiſtant: hiſque ſacris veſtibus pontifices, ſacerdotes, ſeu leuitæ tui induti, ab omnibus impulſionibus ſeu tentationibus malignorum ſpirituum muniti & defenſi eſſe mereantur: tuiſque myſterijs apte & condigne ſeruire, & inhærere, atq; in his tibi placite & deuote perſeuerare tribue. Per Chriſtum Dominum. Oremus. Alia Collecta.

DEus inuictæ virtutis auctor, & omnium rerum creator, ac ſanctificator: intende propicius preces noſtras: & hæc indumẽta leuiticæ & ſacerdotalis gloriæ miniſtris tuis fruenda, tuo ore proprio bene ✠ dicere, conſe ✠ crare, & ſancti ✠ ficare digneris: omneſque eis vtẽtes, tuis myſterijs aptos, & tibi in eis deuote &

te & amabiliter ſeruientes, gratos effici concedas. Per Dominũ. Oremus.

Collecta.

DOmine Deus omnipotens, qui veſtimenta pontificibus, ſacerdotibus, & leuitis, in vſum tabernaculi fœderis neceſſaria, Moyſem famulũ tuũ agere iuſsiſti, eumq; Spiritu ſapientiæ ad id peragendum repleuiſti: hæc veſtimenta in vſum & cultum myſterij tui ſancti ✠ ficare, bene ✠ dicere, & conſe ✠ crare digneris: atq; miniſtros altaris tui qui ea induerint, ſeptiformis Spiritus gratia dignanter repleri, atq; caſtitatis ſtola, beata facias cũ bonorũ fructu operũ miniſterij congruẽtis immortalitate veſtiri. Per Dominum noſtrũ. Reſp. Amen.

Deinde aſpergit ipſa indumenta aqua benedicta.

BENEDICTIO SACERdotaliũ indumentorũ in particulari.

Benedictio Amictus.

DEus immenſe cui quæq; grauia facilia ſunt; hoc genus linteaminis ſuper caput ponendum ſancti ✠ fica & præſta vt quicunq; eo vſi fuerint nullo mentis & corporis pondere prægrauentur. Per Chriſtum Dominum noſtrum.

BENEDICTIO ALBÆ.

DEus qui per Moyſen famulum tuum, Aaron, & filios eius, ad celebrandum pro humana ſalute, ſacrificij myſterium tunicis indui præcepiſti; hanc tunicam (vel tunicas) tuæ immolationis myſterio dicatã (vel dicatas) ſancti ✠ fica virtute tuæ ✠ benedictionis vt quiſquis eã (vel eas) indutus ſalutiferam hoſtiam tibi immolaturus ante conſpectum diuinæ maieſtatis tuæ venerit, ſentiat in ſe ſalutis effectum, & iuſtitiæ incremẽtum, quatenus laſciuia carnis, edomita, omnium officio membrorum tibi placere valeat. Per Dominum.

BENEDICTIO CINGVLI.

DEus qui nobis per tui Euangelij præconium, lumbos corporis typice ſuccingere præcepiſti expectando Chriſtum à nuptijs reuerſurum, ſancti ✠ fica quæſumus tuæ virtutis potentia hoc cingulum (vel hæc cingula) noſtrum corpus in tuis officijs aſtricturum (vel aſtrictura) vt ardore libidinis extincto caſto corpore & corde tibi valeamus miniſtrare omnipotenti Deo. Qui viuis & regnas. eiuſdem.

BENEDICTIO MANIPVLI.

DEuotionis infuſor, quæſumus bene ✠ dicere dignare manipulum iſtum, vt remiſsionem macularum ſuarum ſuſcipiant in huius muneris collatione preuenti & fiducialiter quæ poſtulanda ſunt poſtulent: & facilius impetrent populi poſtulata. Per Chriſtum. Reſp. Amen.

BENEDICTIO STOLÆ.

DOmine ſancte pater omnipotens æterne Deus qui per vnicum filium tuum Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum ſtolam immortalitatis, quam protoparentis culpa perdideramus reddere dignatus es, hanc ſtolam materialem ſacerdotali miniſterio dedicatã, per virtutem ſancti ſpiritus tui bene ✠ dicere & conſecrare digneris, vt quicumque cum ea ſacris altaribus, miniſtraturi acceſſerint, ab omni vinculo ſuorum peccatorum abſolui mereantur & in reſurrectione iuſtorum & immortalitatis ſtolam indui & perfrui mereantur. Per eundem. in Vnitate eiuſdem.

BENEDICTIO PLANETÆ ſiue caſulæ.

DEus inuictæ virtutis triumphator & rerum omnium creator, ac ſanctificator, intende propicius preces noſtras; & hanc planetam ſacerdotalis glorię miniſtris tuis fruẽdā bene ✠ dicere & ſanctificare con ſecrareque digneris omneſq; ea vtentes, tuis myſterijs à nobis indignis cō ſecrandis aptos, & in eis tibi deuote & laudabiliter ſeruientes, gratos efficere concedas, & nunc & ſemper per infinita ſæcula ſeculorum. Amen.

BENEDICTIO MAPPARUM ſeu altarium. Adiutorium. &c.

Deinde. Oratio.

EXaudi Domine preces noſtras, & hæc linteamina ſacri altaris vſui præparata; bene ✠ dicere & ſancti ✠ ficare digneris, per Chriſtum.

Alia oratio.

DOmine Deus omnipotens: qui ornamenta, & linteamina, facere Moyſen famulum tuum per quadraginta dies docuiſti, quę etiā Maria texuit, & fecit in vſum miniſterij tabernaculi fœderis; ſancti ✠ ficare, bene ✠ dicere, & conſe ✠ crare digneris, hæc linteamina: ad tegendum inuoluẽdūq; altare glorioriſsimi filij tui Dñi noſtri Ieſu Chriſti. Qui tecū.

Vltimo aſpergatur aqua benedicta.

AD CORPORALIA benedicenda.

VErſ. Adiutorium noſtrum in nomine Domini. Reſp. Qui fecit cœlum & terram. Verſ. Dominus vobiſcum. Reſp. Et cum ſpiritu tuo.

Oremus.

CLementiſsime Domine, cuius inenarrabilis virtus, cuius myſteria arcanis mirabilibus celebrantur, tribue quæſumus: vt hoc linteamen tuæ propiciationis vbertate bene ✠ dicere, & ſancti ✠ ficare digneris, ad conſecrandum ſuper illud corpus & ſanguinem Domini noſtri Ieſu Chriſti. Qui tecum. Reſp. Amē.

Oratio.

OĀps ſempiterne Deus bñ ✠ dicere, & ſancti ✠ ficare, & conſe ✠ crare digneris, linteamen iſtud: ad tegendum & inuoluendum corpus & ſanguinem Domini noſtri Ieſu Chriſti. Per eundem Chriſtum.

Alia Oratio.

OMnipotens ſempiterne Deus, manibus noſtris opem tuæ benedictionis infunde: vt per noſtram bene ✠ dictionem, hoc linteamen ſancti ✠ ficetur, ac corporis & ſanguinis, redemptoris noſtri, nouū ſudarium, Sancti ſpiritus gratia perficiatur. Per Dominum noſtrum.

Vltimo aſpergantur aqua benedicta.

CONCESSVM EST ABbatibus noſtræ Regularis Obſeruantiæ peculiari priuilegio Eugenij. IIII. vt poſsint conferre ſuis Regularibus ſubditis minores ordines, qui conferri debent ordine ſequenti.

MInores ordines dari poſſunt extra miſſarum ſolennia: diebus dominicis & feſtiuis: & omnes ſimul eadem die. Ordinandi omnes ad minores ordines debent eſſe cucullis induti cum candela in manu dextera.

AD CLERICVM FACIENdum, pro prima tonſura.

Dominus vobiſcum.

ORemus dilectiſsimi Dominū noſtrum Ieſum Chriſtum pro hoc famulo ſuo. N. (famulis ſuis) qui ad deponendam comā capitis ſui (capitū ſuorum) pro eius amore feſtinat, (feſtināt) vt donet ei (eis) Spiritū

ſanctũ, qui habitũ religionis in eo perpetuo (conferuet,)& à mundi impedimento, vel ſęculari deſiderio cor eius (corũ) defendat: vt ſicut immutatur (immutantur)in vultu, ita manus dextera eius (eorum) ei (eis) virtutis tribuat incrementũ, & ab omni cęcitate humana oculos eius (corũ)aperiat, & lumen ei (eis)æternæ vitę concedat. Qui cum Deo patre, & Spiritu ſancto viuit, & regnat Deus per omnia ſęcula ſęculorum. Amen.

Dum tondet eum Abbas, dicat: Tu es Domine, qui reſtitues hęreditatẽ meam mihi. Verſ. Dominus pars hęreditatis meę, &calicis mei. Tu es Domine, qui reſtitues hęreditatem meã mihi. Gloria patri, & Filio, & Spiritui ſancto. Tu es Domine qui reſtitues hęreditatem meam mihi. Antipho. Hic accipiet benedictionem à Domino, & miſericordiam à Deo ſalutari ſuo: quia hęc eſt generatio quęrentiũ Dominũ. Pſal. Dñi eſt terra. Qui dicatur cu Gloria Patri. Quo dicto repetatur. Añã. Hic accipiet. Oremus.

Omnipotens ſempiterne Deus propiciare peccatis noſtris, & ab omni ſeruitute ſęcularis habitus, hunc famulũ tuũ. N. (los tuos)emunda, vt dum ignominiã ſęcularis habitus deponit (nunt), tua ſemper in ęuũ perfruatur (antur)gratia. Et ſicut ſimilitudinem coronę tuę eum (eos geſtare facimus in capite, ſic tua virtute hęreditatem cõſequi mereatur (antur) æternam. Per Dominum noſtrum.

Oremus.

Praſta quæſumus omnipotens Deus, huic famulo tuo. N. (lis tuis)(quorũ)cuius hodie capitis comam pro diuino amore deponimus, vt in tua dilectione perpetuo maneat, maneant &eos) eum ſine macula in ſempiterna ſęcula cuſtodias. Per.

DE ORDINATIONE oſtiariorum.

Pro oſtiarijs ordinandis parentur claues Eccleſiæ. Pontifex clericis ordinatis ſurgit & cum mitra ad faldiſtoriũ, ſeu ad ſedẽ ad cornu Epiſtolæ poſitã reuertitur vbi depoſita mitra, & ad altare conuerſus oblato ſibi libro, cantat primã collectã, deinde ſedet, reaſſumit mitrã: & cãtatur prima lectio. Interim accedũt duo capellani cũ libro& candela ante Põtificẽ, qui ſedens cum mitra ex eo legit lectionẽ primã, quibus finitis ſurgit Põtifex, & cũ mitra ad faldiſtorium ante mediũ altaris ſibi præparatũ proficiſcitur: & in illo ſedet renibus altari verſis. Archidiaconus vocat ordinãdos dicẽs. Accedãt qui ordinãdi ſunt ad officiũ Oſtiariorũ. Et mox notarius ſingulos nominatim legit, & quilibet reſpondet adſum. Omnibus in cucullis cum candelis in manibus coram Pontifice genu flexis interdicit Pontifex publice ſub anathemate ne quis ad ſuſceptionẽ illius ordinis ſe ingerere pręſumat qui nõ fuerit Canonicè examinatus& approbatus& nemo ordine vno ſuſcepto aliũ ſine licẽtia recipiat. Deinde inſtruit, & admonet illos dicẽs.

Vſcepturi filij chariſsimi (fili chariſsime) officiũ oſtiariorum (oſtiarij)videte (vide)quæ in domo Dei agere debetis (debes) Oſtiarium oportet percutere cymbalum & campanam: aperire Eccleſiam & ſacrarium, librum aperire ei qui prædicat. Prouidete (prouide)igitur ne per negligentiam veſtram (tuam)illarũ rerũ, quæ intra Eccleſiã ſunt aliquid depereat: certiſq; horis domũ Dei aperiatis (aperias)fidelibus & ſemper claudatis (claudas)infidelibus (ſtude)ſtudete etiã, vt ſicut materialibus

clavi-

clauibus eccleſiam viſibilem aperitis (aperis) & clauditis (& claudis) ſic & inuiſibilem Dei domũ: corda ſcilicet fideliũ, dictis & exẽplis veſtris (tuis) claudatis (claudas) Diabolo, & aperiatis (aperias) Deo: vt diuina verba quę audierint corde retineant, & opere cõpleant, quod in vobis (in te) Dominus perficiat per miſericordiã ſuã.

Deinde pontifex claues Eccleſiæ de altari, ſeu manibus miniſtri recipiens, illas manu dextra tenet & illis oſtendens dicit. Sic agite quaſi reddituri Deo rationem pro his rebus quæ his clauibus recluduntur.

ET mox cuilibet eorũ ad ſe accedẽti & manu dextra tãgẽti tradit ſeriatim claues ipſas. Poſt hęc Archidiaconus ducit eos ad oſtiũ eccleſię, & facit illos claudere & aperire. Tradit etiã eis funẽ cãpanarũ faciens eos cãpanas pulſare deinde illos reducit ad pontificẽ quibus coram pontifice genua flectentibus ſtans cũ mitra põtifex verſus ad ipſos ordinatos dicit.

DEũ Patrẽ omnipotentẽ fratres chariſsimi ſuppliciter deprecemur, vt hũc famulũ ſuum (hos famulos ſuos) benedicere ✠ dignetur quẽ (quos) in officio oſtiariorũ (oſtiarij) eligere dignatus eſt, vt ſit ei (eis) fideliſsima cura in domo Dei diebus & noctibus ad diſtinctionẽ certarum horarũ, ad inuocandũ nomẽ Domini Ieſu Chriſti adiuuante eodem domino noſtro Ieſu Chriſto qui cum Patre & Spiritu ſancto viuit & regnat Deus, Per omnia ſæcula ſæculorum.

Tunc mitra depoſita ſtans pontifex, & conuerſus ad altare dicit Oremus. & miniſtri ſubiungunt flectamus genua, leuate. ſtatim reuerſus ad illos genuflexos ſtans ſine mitra dicit.

DOmine ſancte Pater Omnipotẽs ęterne Deus benedicere ✠ dignare hunc famulũ tuũ (hos famulos tuos) in officiũ oſtiariorũ (oſtiarij) vt inter Ianitores eccleſię tuę tuo pareat (pareant) obſequio & inter electos tuos partẽ tuæ mereatur (mereantur) habere mercedis, Per Dñm noſtrũ Ieſum Chriſtũ filiũ tuũ &c. Reſp. Amẽ.

Poſt hæc ordinati ſuggerente Archidiacono redeunt ad loca ſua.

DE ORDINATIONE lectorum.

PRo lectoribus ordinãdis paretur liber lectionũ. Oſtiarijs ordinatis pontifex reaſſumpta mitra accedit ad ſedem ſuam à ſiniſtra parte altaris, id eſt, epiſtolæ, interim cantatur primũ graduale, vel primũ **halleluiah** (ſi ſit infra octauam Pentecoſtes) & pontifex ſedens cum mitra oblato ſibi libro & candela, legit dictum graduale, vel **halleluiah** Quibus dictis ſurgit depoſita mitra, & verſus ad altare cantat ſecundam collectam. Tunc ſedet reaſſumpta mitra, & cantatur ſecũda lectio. Interim accedunt duo capellani cum libro & candela ante pontificem qui ſedens cum mitra, ex eo legit lectionem ipſam. Quibus dictis, pontifex reuertitur ad faldiſtoriũ ante medium altaris poſitũ vbi ſedet cũ mitra, & lectores vocantur per Archidiaconum hoc modo. Accedãt qui ordinandi ſunt ad officium lectorũ. Et mox nominantur per nomiũ, vt ſupra dictum eſt, quibus coram põtifice cum candelis in manibus genuflexis pontifex iterum ponit interdictum publice ſub anathemate ne quis ad ſuſceptionem ordinis illius ſe ingerat, qui non eſt canonice examinatus & approbatus, deinde admonet eos & inſtruit dicens.

ELecti fratres chariſsimi (chariſsime fili) vt ſitis lectores (or) in domo Dei

Dei noſtri officium veſtrum (tuum) agnoſcite & implete (agnoſce & imple) Potens eſt, enim Deus vt augeat vobis (tibi) gratiam perfectionis æternæ. Lectorem ſiquidem oportet legere ea quæ prædicat, & lectiones cantare & benedicere panem & omnes fructus nouos Studete (ſtude) igitur verba Dei, videlicet lectiones ſacras diſtinctè, & apertè ad intelligentiam & ædificationem fideliū abſque omni mendacio falſitatis proferre: ne veritas diuinarum lectionum incuria veſtra (tua) ad inſtructionem audientium corrumpatur. Quod autem ore legitis (legis) corde credatis (credas) atque opere compleatis (compleas) quatenus auditores veſtros (tuo) verbo pariter, & exemplo docere poſsitis (poſsis) Ideoque dum legitis (legis) in alto loco Eccleſiæ ſtetis (ſtes) vt ab omnibus audiamini & videamini (audiaris & videaris) figurantes (figurans) poſitione corporali vos (te) in alto virtutum gradu debere cōuerſari quatenus cūctis à quibus audimini & videmini (audiris & videris) cœleſtis vitæ formam præbeatis (præbeas) quod in vobis (te) Deus impleat per gratiā ſuam.

Deinde Pontifex accipiens & tenens in manibus, & eis oſtendens codicem ſiue lectionarium de quo lecturi ſunt. dicit

Accipite & eſtote (Accipe & eſto) verbi Dei relatores (tor) habituri (habiturus) ſi fideliter & vtiliter impleueritis officiū veſtrū (impleueris officium tuū) partem cū his qui verbū Dei bene miniſtraueiūt ab initio.

Et mox ſucceſsiue cuilibet ad eum accedenti & manu dextra tangenti tradit librum ipſum tangendum, quibus expeditis illis genuflexis Pontifex ſtās cū mitra, verſus ad eos dicit.

Oremus dilectiſsimi Deum Patrem omnipotentem vt ſuper hos famulos ſuos quos (hunc famulum ſuum quem) in ordine lectorum (lectoris) dignatur aſſumere: bene ✠ dictionem ſuam clementer infundat, quatenus diſtinctè legantur quæ in Eccleſia Dei legenda ſunt: & eadē operibus impleantur, Per dominum noſtrum Ieſum Chriſtum filium tuū qui cum eo viuit & regnat, in vnitate Spiritus ſancti Deus per omnia ſecula ſeculorum. &c

Tunc pontifex mitra depoſita ſtans conuerſus ad altare dicit. Oremus. Et miniſtri ſubiungūt, Flectamus genua, Leuate. Deinde conuerſus ad ordinatos genuflexos dicit ſine mitra.

Domine ſancte Pater omnipotēs æterne Deus: benedi ✠ cere dignare hos famulos tuos in officio lectorum (hunc famulum tuum in officio lectoris) vt aſsiduitate lectionum inſtructi ſint, (inſtructus ſit atque ordinatus) atque ordinati: & agenda dicāt (dicat) & dicta opere compleāt (compleat) vt in vtroq; ſanctæ Eccleſiæ exemplo ſanctitatis ſuæ conſulatur. Per Dominum noſtrū Ieſum Chriſtum filium ſuum qui cum eo viuit & regnat in vnitate ſpiritus ſancti Deus per omnia ſecula ſeculorum. Amen.

Poſtea ſuggerente Archidiacono redeunt ordinati ad loca ſua.

DE ORDINATIONE exorciſtarum.

Pro exorciſtis ordinandis paretur liber exorciſmorum cuius loco dari poteſt pontificale vel miſſale.

Lectoribus ordinatis pontifex reaſſumpta mitra accedit ad ſedē ſuam ad cornu epiſtolæ, vbi ſedens cum mitra oblato ſibi libro, & cande-

la legit

la legit ſecundum graduale, vel ſecũdum **alleluia**, ſi ſit infra octauam Pentecoſtes interim cantatur à choro ipſum graduale vel **alleluia**, quo finito ſurgit pontifex depoſita mitra & verſus ad altare, cantat tertiam collectã. Tunc ſedet reaſſumpta mitra, & cantatur tertia lectio. Interim accedunt duo capellani cum libro & candela ante Pontificem, qui ex eo legit lectionem ipſam, quibus dictis reuertitur ad faldiſtorium ante altare & ſedet cum mitra, exorciſtæ vero vocantur per Archidiaconum modo conſueto.

Accedant qui ordinandi ſunt ad officium exorciſtarum. Et ipſi ſingulatim nominãtur per notarium vt prius dictum eſt. Quibus coram Pontifice cum candelis in manibus genuflexis Pontifex ponit interdictum publicè ſub anathemate: ne quis ad ſuſceptionem ordinis illius ſe ingerere præſumat, qui non fuerit canonicè examinatus & approbatus; deinde admonet, & inſtruit eos dicens.

ORdinandi fratres (ordinande frater) in officium exorciſtarũ debetis (exorciſtæ debes) noſcere quid ſuſcipitis(ſuſcipis.) Exorciſtam etenim oportet abijcere dæmones, & dicere populo, vt qui non communicat det locum, & aquam in miniſterio fundere: accipitis(accipis,) itaque poteſtatem imponendi manum ſuper energumenos, & per impoſitionem veſtræ(tuæ) manus, gratia Spiritus ſancti, & verbis exorciſmi, pelluntur ſpiritus immundi à corporibus obſeſſis. Studete(ſtude) igitur vt ſicut à corporibus aliorum dæmones expellitis (expellis) ita à mentibus & corporibus veſtris(tuis) omnem immunditiã & nequitiam eijciatis(eijcias) ne illis ſuccumbatis(ſuccũbas) quos ab alijs veſtro(tuo) miniſterio effugatis (effugas.) Diſcite(diſce) per officium veſtrum(tuum) vitijs imperare, ne in moribus veſtris(tuis) aliquid ſui iuris inimicus valeat vendicare. Tũc etenim recte in alijs, dæmonibus imperabitis (imperabis) cum prius in vobis(te) eorum multimodam nequitiam ſuperatis(ſuperas) quod vobis(tibi) Dominus agere concedat per Spiritum ſuum ſanctum.

Poſt hæc Pontifex accipiens & tenens in manibus librum in quo exorciſmi ſcripti ſunt, vel Pontificale ſiue Miſſale, & eis illum oſtendens dicit.

Accipite & commendate (accipe & commenda) memoriæ, & habete (habe) poteſtatem imponendi manus ſuper energumenos, ſiue baptizatos, ſiue catechumenos.

Et mox cuilibet appropinquanti ſibi, & manu dextra tangenti, tradit ſucceſsiue librum ipſum. Poſtea vero omnibus deuote genuflexis Pontifex cum mitra ſtans dicit.

DEum Patrem omnipotentem fratres chariſsimi(frater chariſsime) ſupplices deprecemur, vt hos famulos ſuos (hunc famulum ſuum) bene ✠ dicere dignetur in officium exorciſtarũ(exorciſtæ) vt ſint (ſit) ſpirituales imperatores(ſpiritualis imperator) ad abijciendos dæmones de corporibus obſeſsis cum omni nequitia eorum multiformi, per vnigenitum filium ſuum Dominum noſtrũ Ieſum Chriſtum, qui ſecum viuit & regnat Deus in vnitate Spiritus ſancti, per omnia ſæcula ſæculorum.

Tunc conuerſus ad altare depoſita mitra dicit. **Oremus**, & miniſtri, flectamus genua, leuate. Et mox conuerſus ad ordinandos genu flexos dicit.

DOmine ſancte Pater omnipotẽs æterne Deus bene ✠ dicere dignare hos famulos tuos(hunc famu-

lum tuum)in officium exorciſtarum (exorciſtæ)vt per impoſitionem manuum ſuarum(manus ſuæ) & oris officium poteſtatem & imperium habeant(habeat)ſpiritum immundorũ, nequitiam per verbum Chriſti filij tui Dñi noſtri coercendi,atq; probabiles ſint medici (probabilis ſit medicus) Eccleſiæ tuæ gratia curationum virtuteq; cœleſti confirmati(confirmatus)per eundem *D*ñm noſtrum Ieſum Chriſtũ filium ſuum,qui cum eo viuit & regnat,Reſp. Amen.

Poſt hæc ſuggerente Archidiacono redeunt ad loca ſua.

DE ORDINATIONE Acolytorum.

PRo Acolitis ordinandis parentur candelabrum cum cereo extincto,& vrceolus vacuus, ſeu ampulla pro vino,pro Sacramento.

Exorciſtis ordinatis,pontifex reaſſumpta mitra accedit ad ſedem ſuam ad cornu Epiſtolę,vbi ſedens cum mitra oblato ſibi libro, & candela legit tertium graduale,vel tertiũ **alleluia.** Si ſit infra octauam Pentecoſtes, interim à choro cantatur ipſum graduale, vel **alleluia.** Quo finito,ſurgit pontifex depoſita mitra & verſus ad altare cantat quartam collectam. Tum ſedet reaſſumpta mitra& cantatur quarta lectio. Interim accedunt duo capellani cum libro & candela ante põtificem,qui ex eo legit lectionẽm ipſam, quibus dictis pontifex reuertitur ad faldiſtorium ante altare vbi ſedet cum mitra. Acoliti vero vocantur per Archidiaconum.

Accedant qui ordinandi ſunt ad officium Acolitorum.

Et mox nominantur per Notarium vt ſupra. Quibus coram pontifice cum candelis in manibus, genuflexis, pontifex ponit interdictum ne quis ad ſuſceptionem ordinis illius ſe ingerat, qui non ſit canonicè examinatus, & approbatus. Deinde admonet & inſtruit eos cum mitra, & ſedens dicit.

SVſcepturi chariſsimi Acolitorum officium penſate quod ſuſcipitis. (ſuſcepturus chariſsime Acolite officium penſa quod ſuſcipis) Acolitum etenim oportet ceroferarium ferre,luminaria Eccleſiæ accendere : vinum & aquam ad euchariſtiam,ſeu ad miniſterium ſanguinis Chriſti miniſtrare.Studete(ſtude)igitur ſuſceptũ officium dignè implere.Non enim *D*eo placere poteritis (poteris) ſi lucem Deo manibus præferẽtes (præferẽs) operibus tenebrarum inſeruiatis(inſeruias)& per hoc alijs exempla perfidiæ præbeatis(præbeas)Sed ſicut veritas dicit,luceat lux veſtra coram hominibus vt videant opera veſtra bona & glorificent Patrem veſtrum qui in cœlis eſt. Et ſicut Apoſtolus Paulus ait.In medio nationis prauæ,atq; peruerſę poſiti,lucete(poſitus luce)ſicut luminaria in mundo,verbum vitæ cõtinentes(continens.)Sint ergo lumbi veſtri(tui)præcincti,& lucernæ ardentes in manibus veſtris(tuis)vt filij lucis ſitis & abijciatis (filius lucis ſis & abijcias)opera tenebrarum,&induamini(induaris)arma lucis, fuiſtis (fuiſti)enim aliquando tenebræ,nũc autem lux in Domino, vt filij lucis ambulate (vt filius lucis ambula.) Quæ ſit vero iſta lux, quæ tantopere luceat Apoſtolus ipſe demonſtrat ſubdens, fructus enim lucis eſt, in omni bonitate, iuſtitia, & veritate. Eſtote igitur ſollicitì,(eſto igitur ſollicitus) in omni iuſtitia, bonitate, & veritate,vt vos(te) & alios,& *D*ei Eccleſiam illuminetis (illumines,) tunc

etenim in Dei ſacrificio digne vinum ſuggeretis(ſuggeres)& aquam,ſivos ipſi(a tu ipſe)Deo ſacrificium per caſtam vitam & bona opera oblati fueritis(oblatus fueris.)Quod vobis (tibi)Dominus concedat per miſericordiam ſuam.

Poſt hæc pontifex accipit & tradit cuilibet candelabrum cum candela extincta,quod ſinguli ſucceſsiue manu dextra tangant communiter omnes,dicente,pontifice.

Accipite(accipe)ceroferarium cũ cereo,& ſciatis vos(ſcias te)ad accẽdenda Eccleſię luminaria mãcipatos (mancipatum) in nomine Domini.

Tunc accipit & tradit eis vrceolum vacuum:quem ſimiliter omnes tangere debent dicẽs cõmuniter omnibus.

Accipite(accipe)vrceolum ad ſuggerendum vinum & aquam in Euchariſtiam ſanguinis Chriſti: in nomine Domini.

Poſtea eis genuflexis permanentibus,pontifex ſtans cum mitra verſus ad eos dicit.

DEum Patrem omnipotentem fratres chariſsimi ſuppliciter deprecemur, vt hos famulos ſuos (hunc famulum ſuum) bene ✠ dicere dignetur in ordine Acolitorũ, quatenus lumen viſibile manibus pręferentes (pręferens) lumen quoque ſpirituale moribus prębeant (præbeat)adiuuante Domino noſtro Ieſu Chriſto qui cum eo & Spiritu ſancto viuit & regnat Deus: per omnia ſæcula ſæculorum.

Tum pontifex ad altare ſe conuertens depoſita mitra ſtans dicit. Oremus, & miniſtri,flectamus genua, leuate, Et mox pontifex conuerſus ad ordinandos genuflexos dicit.

DOmine ſancte Pater omnipotẽs æterne Deus, qui per Ieſum Chriſtum filium tuum Dominum noſtrum,& Apoſtolos eius in hunc mundum lumen claritatis tuæ miſiſti,quique vt mortis noſtræ antiquum aboleres chirographum, glorioſiſsimẽ illum crucis vexillo affigi,atque ſanguinem & aquam ex latere illius pro ſalute generis humani effluere voluiſti,bene ✠ dicere, & ſanctificare dignare hos famulos tuos in officium Acolitorum(hunc famulum tuum in officium Acoliti)vt ad accendendum lumen Eccleſiæ tuæ,& ad ſuggerendum vinum & aquam ad conficiendum ſanguinem Chriſti filij tui in offerenda Euchariſtia ſanctis altaribus tuis fideliter ſubminiſtrent (ſubminiſtret.)

Accẽde Domine mẽtes eorũ (mẽtẽ eius)&corda: corad amorẽ gratię tuę vt illuminati (illuminatus)vultu ſplẽdoris tui fideliter tibi in ſancta Eccleſia tua deſeruiãt(deſeruiat)Per eũdẽ Chriſtum Dominum noſtrum. Reſp. Amen. Alia benedictio. Oremus

DOmine ſancte Pater omnipotẽs æterne Deus qui ad Moyſem,& Aaron loquutus es,vt accenderentur lucernę in tabernaculo teſtimonij,bene ✠ dicere,& ſancti ✠ ficare dignare hos famulos tuos, vt ſint Acoliti (hunc famulũ tuum vt ſit Acolitus)in Eccleſia tua. Per Chriſtum Dominum noſtrum. Amen. Alia benedictio. Oremus.

OMnipotens ſempiterne Deus: fons lucis, & origo bonitatis, qui per Ieſum Chriſtum filium tuum lumen verum, mundum illuminaſti eiuſque paſsionis myſterio redemiſti, benedi ✠ cere dignare hos famulos tuos: quos in officio Acolitorum(hunc famulum tuum quẽ in officio Acoliti)conſecramus, poſcentes clementiã tuã,vt eorũ mẽtes(eius mentẽ)& lumine ſciẽtię tuæ, illuſtres

& pietatis tuæ rore irriges, vt ita acceptum miniſterium, te auxiliante peragant (peragat) quod ad æternam remunerationem peruenire mereantur. (mereatur. Per eundem Chriſtum Dominum noſtrum. Reſp. Amen.

Poſt hæc ſuggerente Archidiacono ordinati redeunt ad loca ſua, &c.

Supra dicti ordines poſſunt conferri ad libitum Abbatum, tam omnes ſimul quam quilibet illorum ſigillatim, tam veſpere quam mane; ſed ſi ad veſperum conferantur, neceſſariũ non eſt lectiones legere quę mane in Miſſa quatuor temporum legi ſolent.

EXORCISMVS contra imminentem tempeſtatem fulgurum & grandinis.

PEr ſignum ✠ Crucis de inimicis ✠ noſtris libera ✠ nos Deus noſter, in nomine patris, ✠ & filij & Spiritus ſancti. Amen.

Dicatur Symbolum fidei, ſcilicet, Credo in Deum Patrem, &c.

Deinde Kyrie eleiſ. Chriſte eleiſ. Kyrie elei. Pater noſter. Verſ. Adiutoriũ noſtrũ in nomine Dñi. Reſ. Qui fecit cœlũ & terram. Verſ. Sit nomẽ Domini benedictum. Reſp. Ex hoc nunc & vſq; in ſæculum. Verſ. Exurgat Deus & diſsipentur inimici eius. Reſp. Et fugiant qui oderunt eum à facie eius. Verſ. Exurge Chriſte adiuua nos. Reſp. Et libera nos propter nomen tuum. Verſ. Domine exaudi orationem meam. Reſp. Et clamor. &c. Verſ. Dominus vobiſcum. &c.

Oremus. Oratio.

DOmine Ieſu Chriſte qui feciſti cœlum & terram, mare & omnia quæ in eis ſunt, quiq; flumini Iordani benedixiſti atq; in eo baptizari voluiſti, & tuas ſanctiſsimas manus & brachia ſacratiſsima in Cruce ✠ extendiſti quibus aerem ſanctificaſti, obſecramus immenſam pietatis & bonitatis tuæ abundantiam, quatenus has nubes quas ante me & poſt me & ſupra me à dextris & à ſiniſtris video aerem perturbare, diſſoluere & annihilare digneris, vt alligata poteſtas Dæmonum impiè deſæuientium deficiat & turbetur ad laudem tui ſanctiſsimi nominis, & potentiſsimæ maieſtatis tuæ. Qui viuis & regnas. Poſtea conuerſus ad nubes ſignet eas ſigno ✠ dicens Circundet te nubes Deus Pater. ✠ Circundet te Deus Filius. ✠ Circundet te Deus Spiritus, ✠ ſanctus. Deſtruat te Deus Pater, ✠ Deſtruat te Deus Filius. ✠ Deſtruat te Deus Spiritus ſanctus. ✠ Comprimat te Deus Pater, ✠ Comprimat te Deus Filius, ✠ Comprimat te Deus Spiritus ✠ ſanctus, Amen. Obſecratio. Sanctus Matthæus, Sanctus Marcus, Sanctus Lucas, Sanctus Ioãnes Euangeliſta, qui Chriſti Euangelium per quatuor mundi partes diuulgarunt ipſis ſuis meritis & precibus, hãc tempeſtatem à termino iſto, & ab omnibus Chriſtianorum finibus ab eodem Domino noſtro Ieſu Chriſto obtineant effugari & depelli.

Exorciſmus. Et ego peccator, & Chriſti ſacerdos ſeu miniſter licet indignus authoritate & virtute eiuſdẽ Dei & Domini noſtri Ieſu Chriſti ſummi Imperatoris, non mea potentia innixus & confiſus vobis præcipio immũdiſsimi ſpiritus, qui has nubes ſeu nebulas concitatas, in virtute eiuſdem Dei & Domini noſtri Ieſu Chriſti. ✠ Per ſanctiſsimam eius incarnationẽ, per ſanctam Natiuitatem, per Baptiſmum & Ieiunium ipſius. Per eius ſacratiſsimam Crucem ✠ & Paſsionẽ. Per ſanctam Reſurrectionem. Per ad-

mira-

mirabilem Aſcenſionem. Per tremendum Aduentum eius & iudicium, per merita intemeratę ſemperq; virginis Mariæ & ſanctiſsimi N. & per merita omniũ Sanctorum vt exeatis ab eis & eas diſpergatis in locis ſyluestribus & incultis, quatenus nocere non poſsint hominibus, animalibus, fructibus, herbis, arboribus, aut quibuſcunq; rebus humanis vſibus deputatis. Per eundẽ Dñm noſtrum Ieſum Chriſtũ, qui vẽturus eſt iudicare viuos & mortuos, & ſæculum per ignem. Amen. Ipſe vobis Imperat dæmones qui has nubes commouetis, de quo de nube lucida dictum eſt. Hic eſt filius meus dilectus in quo mihi benè complacui. ✠ Ipſe vobis imperat qui ſua ſacratiſſima cruce, & corporis ſui ſanctiſsimi in ea extenſione aerem purgauit. ✠ Ipſe vobis imperat qui per mortem ſuam, vos, Principem veſtrũ mortẽq; deuicit & ligauit, atque æternæ gehẽnę mãcipauit ignibus ✠ Ipſe vobis imperat qui inferno ſpoliato ſurrexit à mortuis. ✠ Ipſe vobis imperat qui poſt quadraginta dies nube ſuſceptus virtute ſua aſcẽdit in cœlum. ✠ Ipſe vobis imperat qui venturus eſt iudicare viuos & mortuos & ſæculum per ignem. Reſp. Amen.

Et poſtea oſtẽdat crucẽ in aera, dicẽs.

Ecce lignũ ſanctiſſimæ Crucis, fugite partes aduerſæ, vicit enim vos & mũdum Dominus noſter Ieſus Chriſtus filius Dei, imperator ſummus, leo de tribu Iuda, radix Dauid.

Poſtea aqua benedicta in modũ crucis ✠ aſpergat per quatuor latera. Dicendę ſunt etiã Litanię ſi nondũ quieuerit tẽpeſtas. Pſal. Quicunq; vult. Aña. Salue. Regina & Sub tuũ pręſidiũ. Cant. Benedicite omnia. cũ Ver. Gloria pa. In quolibet verſ. dicti Cãti. Deinde. Verſ. Benedicamus patrẽ & filiũ cũ ſancto ſpiritu. Reſ. Laudemus & ſuperexaltemus eũ in ſæcula. Verſ. Ora pro nobis ſancta Dei genitrix. Reſ. Vt digni. Ver. Exurge Chriſte adiuua nos. Reſ. Et libera nos propter nomẽ tuũ. Verſ. Dñe exaudi, &c. Verſ. Dñs vobiſcum. &c. Oratio.

OMnipotẽs ſempiterne Deus, qui dediſti famulis tuis in cõfeſsione veræ fidei æternæ Trinitatis gloriã agnoſcere & in potentia maieſtatis adorare vnitatem quęſumus vt eiuſdẽ fidei firmitate ab omnibus ſemper muniamur aduerſis. Oratio.

PRotege Dñe famulos tuos ſubſidijs pacis, & B. Marię ſemper Virginis patrocinio confidentes, à cunctis hoſtibus & periculis redde ſecuros: Oratio.

ADomo tua quæſumus Domine ſpiritales nequitię repellantur, & aerearum diſcedat malignitas tempeſtatum. Oratio.

AD te nos Dñe clamantes exaudi, & aeris ſerenitatẽ nobis tribue ſupplicantibus, vt qui iuſtè pro peccatis affligimur, miſericordia tua pręueniẽte clementiã ſentiamus. Oratio.

LArgiri & conſeruare fructus terræ dignare Dñe Deus noſter, vt tẽporalibus gaudeamus auxilijs, & proficiamus ſpiritualibus incrementis, Per Chriſtum Dominum noſtrum Amen.

POteſt dici & oratio illius ſancti, in cuius honore conſtructa eſt Eccleſia, & aliorum ſanctorum, in quibus plus de eorum adiutorio confidimus propter ſpecialem deuotionem noſtram. Poſſunt dici & aliæ etiam deuotæ orationes cum compunctione & cordis contritione implorando ſemper miſericordiam Dei. Et ſi adhuc tempus tempeſtuoſum perſeuerauerit, poterunt ſupradicta plures repeti.

LITANIA.

Kyrie eleiſon. Reſp. Kirie eleiſ.
Chriſte eleiſon, Chriſte eleiſ.
Chriſte audi nos, Chriſte audi nos.
Chriſte exaudi nos, Chriſte exaudi.
Pater de cœlis Deus, Miſerere nobis.
Fili Redẽptor mũdi *Deus*, Miſerere.
Spiritus ſancte *Deus*, Miſerere nobis.
Sancta Trinitas vnus Deus, Miſerere.
Sancta Maria. Ora pro nobis.
Sancta *Dei* genitrix. ora.
Sancta Virgo virginum. ora.
Sancte Michael. ora.
Sancte Gabriel. ora.
Sancte Raphael. ora.
Oẽs S. beatorũ ſpirituũ ordi. orate.
Sancte Ioannes Baptiſta. ora.
Oẽs ſãcti *Patriarchę* & *Prophe*. orat.
Sancte *Petre*. ora.
Sancte Paule. ora.
Sancte Andręa. ora.
Sancte Iacobe. ora.
Sancte Ioannes. ora.
Oẽs ſancti Apoſtoli & Euãgel. orat.
Sancte Stephane. ora.
Sancte Laurenti. ora.
Sancte Vincenti. ora.
Sancte Thoma. ora.
Sancti Ioannes & Paule, orate.
Sancti Coſma & *Damiane*. orate.
Sancti Fabiane & *Sebaſtiane*. orate.
Omnes ſancti Martyres. orate.
Sancte Martine. ora.
Sancte Nicolae. ora.
Sancte Gregori. ora.
Sancte Auguſtine. ora.
Sancte Ambroſi. ora.
Sancte *Petre*. ora.
Sancte Edmunde. ora.
Sancte Malachia. ora.
Sancte Guillelme. ora.
Sancte Froilane. ora.
Sancte Attilane. ora.
Sancte Benedicte. ora.
Sancte Bernarde. ora.
Sancte Roberte. ora.
Sancte Hieronyme. ora.
Sancte Dominice. ora.
Sancte Franciſce. ora.
Omnes ſancti Confeſſores. orate.
Sancta Anna. ora.
Sancta Maria Magdalena. ora.
Sancta Agatha. ora.
Sancta Agnes. ora.
Sancta Catherina. ora.
Sancta *Lucia*. ora.
Sancta Scholaſtica. ora.
Sãcta Vrſula cũ ſociabus tuis. orate.
Omnes ſanctę Virgines. orate.
Omnes ſancti & ſanctę *Dei*. orate.
Propicius eſto. *Parce* nobis Dñe.
Ab imminẽtibus peccatorũ noſtrorũ periculis. Libera nos *Domine*.
A damnatione perpetua. Libera nos.
Per myſteriũ S. Incarnatio. tuę. Libe.
Per Natiuitatem tuam. Libera nos.
Per Paſſionem & crucẽ tuam. Libera.
Per glorioſam Reſurrect. tuã. Libera.
Per admirabilẽ Aſcenſionẽ tuã. Libe.
Per gratiã ſãcti ſpiritus paraclyti. Li.
In die Iudicij. Libera nos *Domine*.
Peccatores. Te rogamus audi nos.
Vt pacem nobis dones. Te rogamus.
Vt Eccleſiam tuam ſanctam regere & defenſare digneris. Te rogamus.
Vt inimicos S. Eccl. humiliare di. Te.
Vt Regibꝰ & principibꝰ Chriſtia. pacẽ & verã concordiã donare dig. Te.
Vt loca noſtra & omnes habitãtes in eis viſitare & cõſolari digneris. Te.
Vt regularibus diſciplinis nos inſtruere digneris. Te rogamus.
Vt omnibus benefactoribus noſtris ſempiterna bona retribuas. Te ro.
Vt fructus terræ dare & conſeruare digneris. Te rogamus.
Vt omnibꝰ fidelibꝰ defunctis requiẽ æternam donare digneris. Te ro.
Fili Dei. Te rogamus audi nos.
Agnus Dei qui tollis peccata mundi. Miſerere nobis.

REPERTORIVM

EORVM QVÆ IN PRÆSENTI MISSALI CONTINENTVR.

IN principio ſine folio ſequentia continentur.
Kalendarium cum elucidatione ipſius ſimul cum Tabellis Epactarum Cicli Aurei numeri & literarum Dominicalium.
Aliæ tabellæ pro feſtis mobilibus officijs & Collectis in Dominicis per annum recitandis.
Ritus ſeruandus in celebratione Miſſarum.
Quibus diebus Miſſa cum duplici miniſtro dicatur.
Miſſæ Abbatiales quando dicantur.
Miſſæ conuẽtuales quomodo per hebdomadã dicantur per totum annũ.
De Miſſa pro defunctis quę ſemel per hebdomadam dici ſolet.
De Miſſa Beatiſsimæ virginis Mariæ Sabbatho dicenda.
De Miſſa eiuſdem quotidiana.
Collectæ vſitatæ quando dicantur & quando intermittantur.
De Anniuerſarijs defunctorum ſolennibus & communibus menſium.
Miſſa pro pręſenti defuncto quomodo dicatur.
Ad quas Collectas incuruamur & ad quas Añas ſtamus & ad quos hymnos decantandos à ſedibus parum ſemoti ſtare debemus.
De terminatione Collectarum.
Cõfiteor Deo & Miſereatur tui & orationes dicendę & ordo ſeruandus, ad induendum ſe ſacerdotalibus veſtimentis.
Orationes deuotæ ante & poſt celebrationem Miſſæ.
Quando ſit dicẽda Gloria & Credo.
Defectus qui occurrere poſſunt in celebratione Miſſarum.
Dominicale & Feriale ab Aduentu, vſq; ad Trinitatem incipit folio. 1. & perſeuerat vſq; ad fol. 131.
Gloria & Credo folio eodem.
Præfationes propriæ & communes communicãtes &, hanc igitur, &c. cum notis & ſine illis à fol. 132. vſque ad. 142.
Canon Miſſæ à fol. 143. vſq; ad. 147.
Placeat tibi ſancta Trinitas eodẽ fol.
Benedictio Abbatialis. fol. 148.
Suffragiũ pro pace Eccleſiæ. fol. eod.
Ite Miſſa eſt, Benedicamus & Requieſcant in pace. fol. eod.
Miſſa in ſolennitate ſanctiſsimæ Trinitatis. fol. 149.
Miſſa in ſolẽnitate Corporis Chriſti. fol. 150.
Dñica ſecunda poſt Penteco. fol. eod.
Aliæ omnes Dominicę vſq; ad Aduẽtum Dñi ab eod. fol. vſq; ad. 176.
Sanctorale officium incipit. fol. 177. & perſeuerat vſque ad. 254.
Miſſa de noua Eccle. Dedic. fol. 255.
Miſſa de Anniuer. Eccl. Dedi. fo. eod.

MISSÆ DE COMMVNIBVS

Sanctorum quæ peculiari folio continentur.

De Communi Martyris pontificis, vel non pontif.
Prima Miſſa. fol. 1.
Secunda Miſſa. fol. 2.
De communi plurimorum Mart.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Prima Miſſa. fol. 3.
Secunda. fol. 4.
De communi confeſſoris Pontif.
Prima Miſſa eodem folio.
Secunda. fol. 5.
Miſſa de Communi Doctorum fol. 6.
Miſſa de Cõmuni Abbatum. fol. eod.
Miſſa de Communi confeſſ. non pontificis. fol. 8.
Miſſa de Communi virginis & martyris. fol. 9.
Miſſa de virgine Martyre, vel non Martyre. fol. 10.
Miſſa de ſancta nec virgine, nec Martyre. fol. 11.

DE COMMEMORATIONIBUS ſanctorum.

Collectę, pro vno Martyre. fol. 12.
Collectæ, pro pluribus Martyribus. fol. 13.
Collectę, pro confeſſore. Pont. fol. 14.
Collectę, pro Abbat. fol. eodem.
Collectę, pro confeſſoribus non pontifi. fol eodem.
Collectę, pro SS. Virginibus & non virgin. fol. 15.
Collectæ, pro virgine Mart. fol. codẽ.

MISSÆ QVÆ PER Hebdomadam in conuentu dici ſolent.

Miſſa pro defunctis. fol. 25.
Miſſa pro familiaribus. fol. 15.
Miſſa de Spiritu ſancto. fol. 16.
Dum ſanctificatus. fol. 17.
Miſſa de S. Cruce. fol. 18.
Miſſa de Paſsione Chriſti, vel de S. vulneribus ipſius. fol. eodem.
De Beatiſsima Maria per Aduentum. folio. 19.
De eadem Virgine per Aduentum. folio. 21.
Ordo ſeruandus in collectis decantãdis in qualibet ſolęnnitate, vel per hebdomadam aut in Miſſis ſeu Anniuerſarijs defunctorum à fol. 22. vſque ad. 25.

COLLECTÆ DIVERSÆ pro defunctis.

Pro ſummo pontifice defunct. Collecta. fol. eodem.
Pro Epiſcopo defuncto. Collecta. fol. eodem.
Pro Abbate defunct. Collect. fol. 26.
Pro ſacerdote def. Collecta. fol. eod.
Pro Anniuerſarijs ſolẽnibus & cõmunibus mentium Collecta. Præta. fol. eodem.
Collecta, Deus cui proprium, pro Anniuerſario parentum noſtrorum in Nouembri. fol. eodem.
Pro fratribus congregationis Collecta Deus venię. fol. 27.
Collecta Omnipotens cui nunquam ſine ſpe. fol. eod.
Pro defuncto Collecta, Inclina Domine. fol. 26.
Pro fœmina defuncta Collecta, Quęſumus Domine. fol. eod.
Pro his qui in cœmeterijs iacent Collecta Deus cuius miſeratione. fol. 27.
Pro fidelibus defunctis Collecta. Fidelium Deus. fol. eod.
Collecta generalis pro viuis & defunctis Omnipotens qui viuorum. folio. 28.
De eiſdem Collecta. Sanctorum tuorum. fol. eod.
De eiſdem Collecta, Pietate tua. fol. eod.
Epiſtolę & Euangelia defunctorum. folio. 29.

MISSÆ VOTIVÆ.

Miſſa de omnibus ſanctis. fol. 30.
De eiſdem Collecta, A cunctis nos quęſumus Domine. fol. 31.
Miſſa pro pace Eccleſiæ. fol. eod.
Miſſa pro Aduerſitate Eccle. fol. eod.
Miſſa pro Tribulatione. fol. 32.
Miſſa pro peccatis. fol. 33.
Miſſa pro pluuia. fol. eod.

Miſſa

Digitized by Google